




Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation





**Q. HORATII FLACCI**  
**O P E R A   O M N I A.**

**VOL. III.**



QUINTI HORATII FLACCI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE J. C. ZEUNII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

75639


VOLUMEN TERTIUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.



50736



# Q. HORATII FLACCI

## SERMONUM

SIVE

## SATIRARUM

### LIBER II.

---

### SATIRA I.

In quendam qui actionem de famosis libellis Horatio intentabat. *Baxt.* Ut conatum suorum obtrectatorum vanum esse, nec se a Satiris scribendis istorum clamoribus avocatumiri ostenderet, finxit hunc longe suavissimum facetissimumque dialogum Horatius inter se ipsum et Trebatium, virum doctissimum et juris civilis peritissimum, eumque et ingenio et facetiis excellentissimum, ut ex Ciceronis, quo familiarissime usus erat, Epistolis constat. Cum Satiras meas, inquit, vel nimis acerbas, vel plane leves et futilles esse dicant nonnulli; quid mihi faciendum sit, responde. *TREB.* Ne scribas versns. *HOR.* Recte: at, nisi scribam, capere somnum non possum. *TREB.* Itaque aut natato Tiberim, aut largius sub noctem bibito merum; aut, si scribendi cupiditas te invaserit, res gestas Angusti scribito. *HOR.* Audio: sed ad hanc rem deest mihi ingenium. *TREB.* Attamen eum ut justum et fortem potes scribere, quemadmodum Scipionem celebravit Lucilius. *HOR.* Operam huic rei dabo, cum temporis ratio tulerit: alioqui Carmina mea ille non leget, et me inopportunum repudiat. *TREB.* Consultius hoc erit, quam Satiris scribendis odium hominum in te excitare. *HOR.* Sna quisque tenetur voluptate: et me delectat scribere versus, quales Lucilius, h. e. Satiras. Hunc sequor, quanquam ego non sum Romanus, ut ille, sed sive Apulus sive Lucanus: res enim est incerta. Verum ultiro neminem unquam scriptis lacessem, nisi lacessus, quod Dens avertat: sum enim pacis cupidus. Quod si vero quis me lacesserit; is male mulcatus discedet. Nam cum se quisque defendat armis iis, quibus maxime valet; ego, quæcumque vitæ meæ conditio futura est, versibus pugnabo. *TREB.* O puer, metuo, ne ita, magni viri amicitia amissa, pro ægritudine brevi pereas. *HOR.* At procul absuit, ut Lælius et Scipio Satiris Lucilii, quibus et procerum et multitudinis vitia

perstringebantur, offendarentur, ut eo familiariter uterentur. Me quoque, quanquam et genere et ingenio disparem, tamen cum viris magnis vixisse semper, nec negabunt malevoli, qui cum malo suo me lacescent; nisi tibi seens visum fuerit. TREB. Evidem tibi non repugnabo. Verumtamen caveas velim, ne ignoratione legum, quæ poenam minantur, si quis mala Carmina in quem scripserit, in jus voceris et damneris. HOR. Concedo: si quis mala Carmina scripserit; at quid tum, si quis, ipse vitæ integer, bona Carmina, quæ ipsi Augusto probantur, in hominem opprobriis dignum? TREB. Tum omne iudicium cum risu exibit, et tu impune abibis. *Gesn.*

**SUNT** quibus in Satira videor nimis acer, et ultra Legem tendere opus; sine nervis altera, quicquid Composui, pars esse putat, similesque meorum Mille die versus deduci posse. Trebati,

HORAT. *Sunt homines, quibus videar nimis asper in Satira, et carmen intendere supra modum. Pars altera existimat sine viribus esse id omne quod scripsi: atque uno die condi posse millenos versus æquales meis. O Trebati, jube quid agam.*

Satira quinta Libri secundi in Ed. Sanad. Antiqui codd. partim librum hunc universum, partim primam libri Satiram *Trebatio* inscribunt: alii *Aucti* prænomen ei tribunt, improbante Torrentio.—1 ‘Cum quibusdam Lambini scriptis codicibus pro videar reposni videor. Etsi fateatur nihil interesse, Bentleius tamen de videor fecit videar. Satis tamen constat ex sequentibus, videor recte dici in Indicativo, cum non fiat narratio in modo dubitative.’ *Buxt.* videar Han. 1. Harl. 2. 3. 4. et dimidia pars codd. ap. Bentl. cum et edd. vett. ‘Ratio dicendi Latina eaquo severior poscit quidem videar; sed videor, cum sit structura orationis Græca, quam amat Noster, retinendum puto.’ *Zeun.*—2 Legem intendere opus quidam codd. Lambini, Cuningami, et Nic. Heinsii, nec improbat Bentleius. *L.* tendere opus omnes Bentleii et aliorum. Best, Rat. Emend. p. 128. legit: et ultra legem tendere: opus, &c.—

#### NOTÆ

1 *Sunt quibus, &c.]* Dialogismus iastic est Horatii ac Trebatii. Hunc nempe magni nominis Jurisconsultum facete consulit ille quid agat, num Satiras scribere debeat. Tandem omnes Trebatii dissidentis rationes ac legum etiam praescripta risu solvit Horatius.

*Videor nimis acer]* Nimis dicacem et acerbum me redargunt alii: alii contra velut enervatum et satyrico sale destitutum. O hominum iudicia!

*Ultra Legem]* Vel, ultra modum Satiræ convenientem; quæ quidem le-

pida, jocosa, salsa potius quam aspera, injuriosa, contumeliosa. Vel, ultra quam jubet Lex seu XII. Tab. seu Julia de Majestate, utraque scilicet vetans quenquam famoso carmine aut libello violari. Vide postea vs. 82. Item Epist. ad Pis. vs. 283. ubi sic habetur: ‘Sed in vitium libertas excidit et vim Dignam lege regi,’ &c.

2 *Tendere opus]* Metaph. ab instrumentis musicis, in quibus tensæ nimis chordæ rumpuntur.

4 *Deduei]* Epist. ad Augustum, ‘Tenui deducta poëmata filo.’

Quid faciam, præscribe. ¶ Quiescas. ¶ Ne faciam, inquis,  
Omnino versus? ¶ Aio. ¶ Peream male, si non      6  
Optimum erat: verum nequeo dormire. ¶ Ter uncti  
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto,  
Irriguumque mero sub noctem corpus habento.  
Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude      10  
Cæsaris invicti res dicere, multa laborum  
Præmia latus. ¶ Cupidum, pater optime, vires  
Deficiunt: neque enim quivis horrentia pilis  
Agmina, nec fracta pereunte cuspide Gallos,

TREBAT. *Abstine. HOR. Dicis, ne omnino scribam versus?* TREB. *Dico. HOR.*  
*Misere intearam, nisi optimum foret: at dormire non possum.* TREB. *Qui egent*  
*profundo sopore, oleo delibuti ter Tiberim transnatent, atque vesperi rino corpus*  
*irrigent. Vel si tam vehemens scribendi cupidus te occupat, insuperabilis Augusti*  
*facinora canenda suscipe, ingentem operæ mercedem accepturus.* HOR. *O bone*  
*parens, cupientem nervi destituant. Nec enim quisque valet dicere cohætes spicu-*  
*lis asperas, aut Gallos ruptis telis morientes, vel Parthos equis decurrentes præ vul-*

9 *Irriguumve Rutgers. et Harl. 2.—10 Gott. Exc. Sax. omnes Harl. alii, ra-*  
*pit; sed Bentl. ex uno cod. Colbert. capit.—14 Exc. Sax. Cuning. et Sanad.*

## NOTÆ

*Trebati] C. Trebatius Testa probi-*  
*tate, juris scientia, bellica etiam vir-*  
*tute insignis: Eques Romanus, Julio*  
*Cæsari carus, et assecla comesque ad*  
*bellum Gallicum: Tullio Ciceroni*  
*perquam familiaris et amicus passim-*  
*que laudatus. Epist. ad Famil. lib.*  
*vii. ad Attic. lib. x. 1. Topic. &c.*  
*Alex. ab Alex. vi. 23. scribit, ‘Tre-*  
*batium sub disciplina Ciceronis Juris*  
*peritissimum aliquot libros de Jure*  
*Civili composuisse, ac de religioni-*  
*bus novem: necnon heroico versu*  
*plurimum valuisse, atque inter poë-*  
*tas annumeratum.’*

*5 Quiescas. . . . Aio]* Adverte dic-  
tiones Jurisconsulto præscribenti ac-  
commodatas.

*7 Ter uncti Transnanto, &c.]* Joco-  
sæ querimoniæ jocosa et callida re-  
sponsio, certe apta homini natandi  
studiosissimo, qualem fuisse Treba-  
tium dicit Tullius Epist. vii. 10.

‘In re militari multo es cantior,  
quam in advocationibus; qui neque  
in Oceano natare volueris studiosissi-  
mus homo natandi . . . sed iam satis  
jocati sumus,’ &c.

*Ter] Corporis defatigatio somnum*  
*conciliat.*

*Uncti] Olei calore muniebant se*  
*nataturi adversus aquæ frigus.*

*9 Irriguumque mero, &c.]* Neque  
hoc a Trebatii moribus et ingenio  
prorsus abhorrens; ait enim ad eum  
Tullius Epist. vii. 22. ‘Illuseras  
heri inter scyphos, quod dixeram,’  
&c.

*12 Pater optime] Cic. Epist. vii.*  
*16. ‘Tu mi vetule, non sero,’ &c.*

*14 Fracta pereunte cuspide Gallos]*  
Ex historia C. Marii, quem adversus  
Cimbros pugnantem Plutarchus re-  
fert nova tela excogitasse. Scilicet  
hasta lignea, quæ ferrum ingreditur,  
duabus fibulis ferreis contineri sole-

**Aut labentis equo describat vulnera Parthi.**

¶ Attamen et justum poteras et scribere fortem,  
Scipiadam ut sapiens Lucilius. ¶ Haud mihi deero

Cum res ipsa feret: nisi dextro tempore, Flacci  
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem;

Cui male si palpere, recalcitrat undique tutus.

¶ Quanto rectius hoc, quam tristi lædere versu  
Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem!

Cum sibi quisque timet, quanquam est intactus, et odit.

¶ Quid faciam? Saltat Milonius, ut semel icto

neribus. TREB. Atqui poteras Cæsarem justum ac strenuum celebrare, sicut prudens Lucilius Scipionem. HOR. Hoc præstabo diligenter, quoties dabit se occasio: veruntamen non nisi opportuno tempore verba Horatii adibunt aures Augusti sapientis; cui si perperam adulteris, respuit munitus undequaque. TREB. Quanto melius id, quam molesto carmine offendere Pantolabum scurram, et Nomentanum decoctorem! quandoquidem omnes sibi metuant, atque arversantur poëtum, etiam minime lacescisti. HOR. Equis agam? Enimvero saltat Milonius cum primum ca-



neu fracta.—15 Quidam codd. ut Harl. 2. Bentleii Regin. Reg. Soc. Battel. Magdal. et Petren. alii ap. Crnq. describit. Reliqui ap. Bentl. et Cruq. quidam ap. Gesn. et ed. Glarean. describet. Edd. vett. describat.—19 Harl. 4. attentas non i. C. artes.—20 Cui male si palpere recalcitrat eod. Petren. ap. Bentl. Cui male si palpere recalcitrat Battel. ap. eundem; quod ille recepit, et inque secuti Sanad. et Kidd.—21 Cuning. tristi quam lædere.—22 Regin. Colbert. Reg. Soc. Petren. Trinit. et duo Bersmanni Nomentanumve, quod recepere Bentl. Sanad. et Kidd. improbantibus Baxt. et Gesn.—24 Codex

#### NOTE

bat: tunc autem Marius alteram ut ante reliquit; altera vero exenita, clavum ligneum fragilem in ejus locum immitti jussit, eo eonsilio ut calcum hostili elypeo impactum evaretur aut frangeretur: corpori autem vulnerato inhæreret ferrum a ligno separatum; aut lignum transversa cuspide hærens deorsum penderet; quo siebat, ut vix evelli oblique infixum, certe ab hostibus rectorqueri non posset incurvatum aut corrumpum.

15 *Labentis equo describat vulnera Parthi]* De his 1. Od. 12. et 19. et 111. Od. 5.

16 *Attamen et justum, &c.]* Atqui si Augusti bella non vales describere,

poteras certe justitiam, animi magnitudinem, aliasque virtutes celebrare; quemadmodum Scipionis Lucilius, qui vitam ejus privatam descriptis, Ennius autem bellica facinora.

20 *Undique tutus]* Rerum cognitione et sapientia affatim instructus quasvis adulaciones statim repellit ac respuit.

22 *Pantolabum scurram Nomentanumque]* De his nebulonibus jam dictum 1. Sat. 8.

23 *Cum sibi quisque timet, &c.]* Natura duee id nobis timemus malum, quod aliis fieri cernimus.

24 *Quid faciam? Saltat Milonius, ut semel, &c.]* Non magis a scribenda Satira possim temperare, quam a

Accessit fervor capiti, numerusque lucernis.	25
Castor gaudet equis ; ovo prognatus eodem,	
Pugnis : quot capitum vivunt, totidem studiorum	
Millia : me pedibus delectat claudere verba,	
Lucili ritu, nostrum melioris utroque.	
Ille velut fidis arcana sodalibus olim	30
Credebat libris ; neque, si male gesserat, usquam	
Decurrens alio, neque si bene ; quo fit, ut omnis	
Votiva pateat veluti descripta tabella	

*piti per vinum percusso accrexit ardor, et numerus lampadibus. Sic et Castor equis, eodem autem ovo editus castibus delectatur. Quot capitum, tot studiorum millia existunt. Me juvat numeris voces astringere ad instar Lucilii nobis ambobus præstantioris. Is pridem sua secreta committebat chartis tanquam amicis fidelibus, nec alio confugiebat unquam, sive prospere sive infeliciter res caderent. Unde evenit ut senis illius vita omnis appareat quasi depicta in tabella ex voto facta.*



Reg. Bentleii *Millonius*. Vid. Grut. Inscript. LIV. 1.—31 Lambinus pro *gesserat*, sine auctoritate legit *cesserat*; quod placet etiam Nic. Heinsio ad Ovid. Fast. II. 380. et Cuning. et recepero Bentl. Sanad. Francis. Heindorf. Wakef. et Kidd. *gesserat* testantur omnes omnium codd. et edd. ante Lamb. *si male*

## NOTÆ

saltando Milonius temulentus. Cic. pro Muræna: ‘Nemo fere saltat sobrius, (nisi forte insanit,) neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto. Intempestivi conviviali, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.’

25 *Numerusque lucernis*] Vini vaporibus concutitur mens et caput, nec sibi constat: simul oculorum nervis nimium et inæqualiter distentis, visnales, ut aiunt, radii distrahuntur: et hinc lucernam unam videns ebrius plures se videre putat. Aristot. Problem. Sect. 3. Athen. lib. x. Cœl. Rhodig. xxviii. 34. Lucret. lib. iv. &c. ‘Bina lucernarum flagrantia lumen flammis, Et duplices hominum facies et corpora bina.’ Juvenal. Sat. VI. 302. ‘geminis exsurgit mensa lucernis.’ Huc etiam referri potest quod ait Virgil. Æneid. IV. ‘Et sollem geminum, et duplices se ostendere Thebas.’

26 *Castor gaudet equis, &c.*] De Castore et Polluce I. Od. 3. et 12. ‘Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem.’

27 *Quot capitum vivunt, totidem studiorum Millia*] Terent. ‘Quot homines, tot sententiæ.’ Pers. Sat. v. ‘Mille hominum species, et rerum discolor usus. Velle summ cuique est: nec voto vivitur uno. Hic campo indulget,’ &c.

29 *Melioris*] Poëtica facultate. Alii male referunt ad nobilitatem et opes: de quibus infra, vs. 75.

31 *Male gesserat [cesserat]* Legunt alii *gesserat*.

32 *Decurrens alio*] Id est, non aliud quærebatur levamentum aut solatium in adversis: nec in rebus secundis lætitiam suam cum aliis communicabat.

33 *Votiva tabella*] Infortunia enim sua perinde ille descripsit, ut prosperos vitæ successus. De naufragis

Vita senis. Sequor hunc, Lucanus an Apulus, anceps :  
 Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus, 35  
 Missus ad hoc, pulsis (vetus est ut fama) Sabellis,  
 Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis :  
 Sive quod Apula gens, seu quod Lucania bellum  
 Incuteret violenta. Sed hic stylus haud petet ultro  
 Quenquam animantem ; et me veluti custodiet ensis 40  
 Vagina tectus ; quem cur destringere coner,  
 Tutus ab infestis latronibus ? O pater et rex  
 Jupiter, ut pereat positum rubigine telum,

*Hunc imitor ego dubius utrum Lucanus sim, an Apulus: quippe Venusinus agriculta terram exercet ad utriusque limites; eam ubi rem deductus istuc, post ejectos Samnites, (quemadmodum antiqua fert opinio,) ut hostis per inane non irrueret in Romanos: vel quia natio seu Apulorum seu Lucanorum gravia bella molirentur. Verum aculeus iste meus neminem vivum sponte ladet, me vero tubebit ut gladius vagina conditus. Etenim quare hunc eduxerim securus ab infensis latronibus? O parens et dominator Jupiter, faxis ut ensis tectus rubigine absumatur; nullusque*

cesserat unquam Glarean.—36 *Sabinis pro Sabellis Exc. Sax.*—37 *Qua ne quidam codd. Lambini, improbante Bentleio. Venet. 1477. 1478. 1479. 1486. et Mediol. 1482. inquireret hostis.*—41 *Venet. 1559. et Glarean. cur distingere coner.*—43 *Han. 1. positum rubigine ferrum. Bentl. p. robagine telum.*—47 *Ser-*

## NOTEÆ

tabellam in templis Deorum suspen-  
dere consuetis, 1. Od. 5.

34 *Vita senis*] Senem vocat Lucilius Poëta non tam ætatis quam ho-  
noris et venerationis causa. Nec ad  
rem videtur quod afferunt ex Gell.  
x. 28, milites annum quadragesimum  
sextum supergressos seniores fuisse  
appellatos. Nec valde certum est  
mortem Lucilio contigisse anno æta-  
tis 46. quod refert Eusebius. Sunt  
qui senem vocari putent quod veteri-  
bus poëtis accenseatur Lucilius 1.  
Sat. 4. et 10.

35 *Venusinus*] Venusia, hodie Ve-  
nosa, urbs in Apuliae Lucaniæque sita  
confinio, Horatii patria. Vide III. Od.

4. 9.

36 *Missus ad hoc, &c.]* Colonia Ro-  
mana Venusiam missa est, expulsis  
inde Sabellis, id est Samnitibus : qui  
quam graves fuerint Romanis hostes,  
passim legitur apud Liv. VII. VIII. IX.  
x. Porro ne a Samnitibus credere-  
tur oriundus noster Poëta, postquam  
Venusinum se indicavit, notat inde  
pulsos olim Samnites, coloniamque  
illuc Rom. fuisse transmissam, unde  
originem habuerit.

37 *Per vacum*] Si Venusia præsi-  
dio Rom. destituta manisset, vel re-  
currisset hostis inde pulsus, nempe  
Samnites; vel Apuli ac Lucani res  
continuo novas moliri potuissent.

38 *Apula gens...Lucania]* De Lu-  
cania, Epod. 1. sub finem. De Apu-  
lia, III. Od. 30. et Epod. II.

Nec quisquam noceat cupidō mihi pacis ! at ille Qui me commorit (Melius non tangere ! clamo)	45
Flebit, et insignis tota cantabitur urbe.	
Cervius iratus leges minitatur et urnam :	
Canidia, Albucī, quibus est inimica, venenum :	
Grande malum Turius, si quid se judice certes ;	
Ut, quo quisque valet, suspectos terreat, utque	50

*me provocet amantissimum pacis. Sed quisquis me lacesset (satius esse moneo non provocare me) paenas dubit, et famosus per omnem civitatem decantabitur. Ita Servius offensus interminatur leges et judicium : Canidia Albutii filia toxicum his quibus fuerit irata : Turius dannun ingens, si quispiam disceptarit apud se Judicem. Quod autem quisque terreat invisos ea parte qua valet plurimum, et quod*

-----  
*rius iratus Venet. 1559. et Lamb. Cervius i. legem Exc. Sax.—48 ‘Albuci Lamb. et Bentl. quod quia alibi sic scribitur, recepimus. Vulgo dant Albuti.’ Zeun.—49 Gott. Mediol. 1477. et 1486. Venett. 1477. 1478. 1479. et Vet. Comb. quid se judice certet. Harl. 2. 4. 6. quis se judice certet. Harl. 3. quid se judice certes. ‘In editionibus priscis, utraque Veneta et Locheriana, habetur, si quid se judice certet : etiam in Reginensi codice si quid pro varia lectione ponitur. Vestigium sane hoc est verae lectionis. Scribe enim, ut clare exhibent Galeanus noster et Battelianus, et olim a prima manu Magdalensis : Grande malum Turius, si quid se judice certes. Hoc est, ‘si quam rem certes, si quam item habeas.’ Noster II. Sat. 5. 27. ‘Magna minorve foro si res certabitur olim.’ Vulcatius Sedigitus apud Gellium xv. 24. ‘Multos ineertos certare hanc rem vidimus, Palmam poëtæ comicò eni deferant.’ Noli de hac lectione dubitare ; quam paulatim corruperunt librarii, primo certet, deinde si quis substitentes : quod crederent certare non posse regere casum accusativum. Extabat quidem apud Martialem XIII. 92. in vilioribus scilicet editionibus : ‘Inter aves turdus, si quis me judice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus.’ At ex vetustis codicibus sic postea dedit diligentissimus Gruterus : ‘Inter aves turdus, si quid me judice certum est, Inter quadrupedes mactea prima lepus.’ Adeo ut nihil ex hoc Martialis loco*

## NOTÆ

46 *Insignis tota cantabitur urbe]* Populi fabula erit, me illum diffamante. Plato monebat, si quis infamari metueret, ne illum offenderet Poëtarum : hos enim valere plurimum ad famam ; seu laudent, seu vituperent.

47 *Cervius [Servius]* Al. *Cervius* : is certe delator ac Sycophanta crebris accusationibus insignis et formidolosus. *Leges minitatur]* Minatur se acturum reos, et accusaturum quos odit.

*Urnam]* Judicariam nimirum. Nam quia cantum est tacite ferri suffragia, in urnam tabellas coniiciebant Judi-

ces, quarum aliæ continebant literam A. id est absolvo ; aliæ literam C. id est condemnō. Cic. III. de Leg. Ascon. in Divin. Sigon. de Judic. Alex. ab Alex. III. 5. Juvenal. Sat. XIII. ‘Gratia fallaci Prætoris vicerit urna.’

48 *Canidia]* De ea benefica insigni, Epod. III. v. xvii. ‘Canidia Albuci :’ Sic Virg. Æn. VI. 36. ‘Deiphobe Glauci.’

49 *Turius]* Index maxime severus et corruptus, atque in primis iracundus.

Imperet hoc natura potens : sic collige mecum :  
 Dente lupus, cornu taurus petit ; unde, nisi intus  
 Monstratum ? Scævæ vivacem crede nepoti  
 Matrem : nil faciet sceleris pia dextera (mirum ?)  
 Ut neque calce lupus quenquam, neque dente petit bos), 55  
 Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.  
 Ne longum faciam ; seu me tranquilla senectus  
 Expectat, seu mors atris circumvolat alis ;  
 Dives, inops ; Romæ, seu fors ita jusserrit, exul ;  
 Quisquis erit vitæ, scribam, color. ¶ O puer, ut sis 60

*hoc suadeat natura maxime, ita mecum intellige. Lupus dente, tauris cornu impedit. Unde hoc, si non intus suggeratur? Scævæ luxurioso committe parentem longavam: illius bona manus haud putrabit ultum crimen, (mirandum scilicet: ita nec pedibus lupus, nec dentibus taurus ullum impedit:) sed improba cicuta melle admixta retulam interficiet. Ne diu morer, sive quieta senectus mihi erit, sive mors nigris alis circa me volat; seu dices, aut pauper; seu Romæ, seu extorris rixero, sic volente fortuna; quicumque futurus est vitæ status, ego versus*

\*\*\*\*\*

petere possis, quo receptam Flacci lectionem jure defendas.' Bentl.—51 *Imperet natura Cuning. et Sanad.*—54 Han. 1. *nil faciet cædis pia.* ' Post mirum signum interrogandi posui, ut sensus esset: Num hoc mirandum est? scil. quod Scævæ matrem ferro non occidit. Abhorret hoc ab ejus ingenio sic, ut abhorret a natura lupi calce petere.' Zeun.—55 Codd. Leid. Regius, et Reg. Soc. ap. Bentl. *neque dente petat bos.* Bentleius conj. *Ni neque;* vel *Si neque.* —56 *Sed male tollet Cuning. et Sanad.*—59 Harl. 2. *seu sors.* ' Omnino legendum: *Dives, inops, Romæ, (si fors ita jusserrit) exul.* Lectio hæc propria luce

#### NOTÆ

52 *Dente lupus, &c.]* Cic. de Nat. D. II. n. 127. ' Jam illa cernimus, ut contra metum et vim suis se armis quæque defendat. Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones, aliae fuga se, aliæ occultatione tutantur,' &c. Lucret. lib. v. ' Sentit enim vim quisque suam, qua possit abiuri. Cornua nata prius vitulo quam frontibus extent; Illis iratus petit, atque infensus inurget. At catuli pantherarum, scymnique leonum Unguis ac pedibus jam tum morsuque repugnant, Vix jam etiam cum sunt dentes unquesque creati.' Ante hos autem Phocylid. Carm. Admonit. "Οπλον ἔκαστρῳ νέμε θέος, κ. τ. λ. ' Arma,' inquit ille, ' unicuique Deus attribuit: avibus

magnam celeritatem, robur leonibus, tauris cornua, apibns aculeos innatum tutam dedit. At ratio pro-pugnaculum est homini, ac telum omni telo potentius.'

53 *Scævæ]* Hic veneno matrem impie necaverat, melle dulcem effectam potionem ei propinans. De cicuta succo ob nimium frigus letifero dixi ad Epop. III. 3.

60 *O puer]* Horatius patrem vocavit Trebatium, initio.

*Ut sis Vitalis, metuo]* Plant. Bacchid. Seen. 20. ' Da, si esse salvum vis me aut vitalem tibi.' Homer. Iliad. Σ. 95. ad Achilleum filium sic Thetis: 'Οκύμορος δή μοι, τέκος, ξσπει, οἵ' ἀγρένεις.

Vitalis, metuo; et majorum ne quis amicus  
 Frigore te feriat. ¶ Quid? cum est Lucilius ausus  
 Primus in hunc operis componere carmina morem,  
 Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora  
 Cederet, introrsum turpis; num Lælius, et qui      65  
 Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,  
 Ingenio offensi? aut læso doluere Metello,

*condam.* TREB. *O juvenis, timeo ne non diu vivas: ac ne aliquis magnatum tibi modo amicus aspectu frigido te percutiat.* HOR. *Equivid?* Quando Lucilius haud dubitavit primus condere versus ejusmodi, et auferre larvam qua quisque facie decorus incdebat, fædus licet intus, an Lælius vel is qui justum elogium a deleta Carthagine retulit, animo irato fuerunt? an ulti sunt Metellum offensum, ac Lu-

se commendat.' Wakef.—63 Markland. Epist. Crit. p. 11. conjectabat: *Pri-mus in hanc o. c. c. formam.* Vide Valart. Pref. p. 11. Nescio quis alius: *P. ad hanc . . . normam.*—64 Exc. Sax. *qua quisque per ora in-cederet, &c.*—65 'Optimi codd. et qui. Significat autem Scipionem Africanum Minorem, cuius amicitia Lucilius floruit, et bello Numantino ipso duce militavit: auctor Velleius Paterculus.' Torrent. 'Scribe ex vetustis editionibus, et melioribus libris, nostris certe Reginensi, Magdalenensi, et Colbertino: *num Lælius et qui Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen Ingenio offensi, aut læso doluere Metello?* Num Lælius et Scipio Africanus offensi doluere? aut enim, quod editiones jam obsidet, ex pejoris notæ codicibus male petutum, ne Latinum quidem est: quippe tum verba singulare numero ponenda forent, *Num Lælius aut Scipio offensus doluit?*' Bentl. Pro aut qui 'Bentleius recte posuit, et qui, ex veteribus libris: μεγάλη χάρις αὐτῷ.'

## NOTÆ

61 *Majorum ne quis amicus Frigore te feriat]* Ne quis procerum Satiris tuis offensus tibi necem inferendo se ulciscatur: vel, ne Mæcenas aliquando tandem aduersetur et excludat te ab sua familiaritate velut contumeliosum et sycophantam. Ita Persius Sat. 1. 108. 'Vide, sis, ne majorum tibi forte limina frigescant.'

62 *Frigore]* Morte qua: frigida est: vel, frigido ac fastidioso vultu.

Quid? cum est *Lucius ausus, &c.*] Trebatio respondet Horatius: seque tueretur exemplo Lucilii, qui Satiras scribens valde acres, nec vitæ dampnum tulit, nec ab amicorum familiaritate excidit.

64 *Detrahere et pellem, &c.]* Oculta procerum vitia divulgare, ac

turpes ostendere eos ipsos qui honesti et probi existimabantur.

65 *Lælius, &c.]* Scipionis Africani impense ille amicus, magna sapientiæ fama apud Rom. inlytus. Huic Diologum de Amicitia Cicero inscripsit.

66 *Qui Duxit ab oppressa, &c.]* Scipio Æmilianus, seu minor, ab Africani majoris filio adoptatus, qui delecta incendio Carthagine etiam Africanus appellatus est. Is Lucilium juvenem duxit ad bellum Numatinum, semperque deinde familiariter adhibuit. Vell. Paterc.

67 *Metello]* Consulares multi hujus nominis Romæ exitere, rebus præclare gestis insignes. Macedonicus a domita Macedonia cognominatus cum Scipione similitates exercuerat:

Famosisque Lupo cooperto versibus? Atqui  
Primores populi arripuit populumque tributim;  
Scilicet uni æquus virtuti atque ejus amicis.

70

Quin ubi se a vulgo et scena in secreta remorant  
Virtus Scipiadeæ et mitis sapientia Læli;  
Nugari cum illo, et discincti ludere, donec  
Decoqueretur olus, soliti. Quicquid sum ego, quamvis  
Infra Lucili censem ingeniumque, tamen me

75

pum carmine dicaci proscissum? Attamen ille insectatus erat populi primates et singulus tribus, soli nimirum virtuti ejusque studiosis parcens. Immo vero cum a publico et spectaculis in privatum secesserant fortis Scipio et sapiens benignusque Lælius, cum Lucilio nugari consuerant et libere jocari, dum herbae coquerentur. Qualis qualis ego sum, tametsi Lucilio inferior opibus et ingenio, cum proceribus

Harl. 3. 4. 6. Venet. 1559. Glarean. et Lamb. *num Lælius, aut qui.*—69 Lambinus e codl. *populumque tribulum;* et interpretatur ‘plebem infimam’ seu

## NOTE

postea Metellus Numidicus Jugurthæ ac Numidarum triumpho clarus, Scipionis æmulus fuit. Quem Lucilius petiverit Scipionem amicum ultus, haud constat. Vide Val. Max. VII. I. et seq. Plin. VII. 43. et 44.

68 *Lupo*] Pub. Rutilius Lupus impietatis etiam arcessitus a Lucilio istis versibus: ‘Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filiu’ Divos Esse putasset, tam impius aut perjur’ fuisse?’ Vide Cicer. de Nat. D. I. n. 63. Rutilius iste Lupus neglecta Aruspicum obnuntiatione, adversus Marsos pugnans, ipse cum exercitu contradicatus est.

69 *Primores populi, &c.*] Consules, Praetores.

*Tributim*] De Pop. Rom. in tribus 35. diviso Liv. &c. Cic. in Verrem III. n. 14. ‘Credent omnes quinque et triginta Tribus homini gravissimo.’

73 *Discincti*] Solutis vestibus et animis ab omni cura.

*Ludere*] Cic. de Orat. II. Ita Catilus loquitur: ‘Sæpe ex socero meo audivi cum is diceret sacerum suum Lælium semper fere cum Scipione

solutum rusticari: eosque incredibili- ter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe tanquam e vinculis evolavissent. Non audeo dicere de talibus viris; sed tamen ita solet narrare Scævola, conchas eos et umbilicos ad Cajetam et ad Laurentum legere consuesse, et ad omnem animi remissionem, ludumque descendere.’ Vetus Comment. in hunc locum sic habet: Scipio Africanus et Lælius feruntur tam fuisse familiares et amici Lucilio, ut quodam tempore Lælio circum lectos triclinii fugienti Lucilius superveniens, eum obtorta mappa quasi feritur sequeretur.

*Donec Decoqueretur olus*] Dum parabatur cena frugalis ex oleribus; ex lege nimirum sumtuaria, quæ tunc vigebat. vide A. Gell. II. 24.

74 *Olus*] Malvæ, betæ, helvellæ, fungi, aliaque; quæ quidem ita condiebant, ut nihil esset snavins, teste Cic. Epist. VII. 26. ubi etiam de scipso ita scribit: ‘qui me ostreis et murenis facile abstinebam, a beta et malva deceptus sum.’

75 *Infra Lucili censem*] Lucilius

Cum magnis vixisse invita fatebitur usque  
Invidia, et fragili quærens illidere dentem,  
Offendet solido : nisi quid tu, docte Trebatii,  
Dissentis. ¶ Evidem nihil hinc defringere possum.

*tamen vixisse me vel invita fatebitur invidia: quæ si dentem volet imprimere fragili, impinget ad solidum: si quidem ita judicas, erudite Trebatii. TREB. Certe*

‘tunicatum popellum,’ ut Cicero vocat.—79 Land. in annot. Venett. 1477. 1478. 1479. et 1486. *huius diffidere*: sed in ipso contextu *hunc diffingere*. Exc. Sax. Harl. 4. 6. Zarot. Mediol. 1477. et Florent. 1482. *diffingere*. Harl. 2. 3. *diffidere*. Al. *defingere*. ‘Miris modis in hoc vocabulo indulserunt sibi Librarii, *diffigere, defringere, diffidere, diffidere*. Cuinam ex his lectionibus palam dabis? Jam a saeculo et quod excurrit *diffidere* hic maluerunt Interpretates, Acronem Scholiasten secuti, qui hic adnotat: ‘*Juris verbo usum esse Trebatium*. Prætor enim dicere solebat: ‘*Hic dies diffissus esto.*’ Præterea ex Festo in voce ‘*Reus*’, ex Ulpiano Digest. II. 11. 2. ex Livio IX. 38. ex Gellio XIV. 2. ostendunt, ‘diem diffidere’ perinde esse ac ‘diem proferre’, ‘prolatare’: quod in judiciis fieri solebat, quoties aut judex aut actor aut reus ob cansam soniticam adesse non poterat; aut quoties de re controversa judicii nondum liquebat. Esto sanc hoc: at quam deinde sententiam ex Flacci loco sic constituto possunt excudere? *Evidem nihil hic diffidere possum: Sed tamen ut monitus careas, &c.* Hoc scilicet respondet Trebatius: Evidem nihil hic possum ampliare, non possum in aliud tempus rejicere. Postremo illud omnium obscurissimum est: *se nihil posse diffidere*. ‘*Dies*’ enim duntaxat, non ‘*res ipsa*’ sive ‘*lis*’, ‘*diffindi*’ dicebatur; quantum hodie compertum habere possumus. Sic Festus: ‘*Dies diffissus esto*;’ Ulpianus: ‘*Jubet diem esse diffissum*;’ Livius: ‘*Triste omen diem diffidit*;’ Gellius: ‘*Jussi igitur diem diffindi*.’ Hæc sola jam extant loca, in quibus hæc formula comparet. Quæ ad exempla etiam hic dictum oportuit: *Evidem diem hic diffidere non possum*. Ille vero se *nihil diffidere* ait; quasi non ‘*dies*’ tantummodo, sed causæ ipsæ et earum partes diffindi dicerentur. Ne multis morer; neque sententia, neque verba ipsa apud Flaccum procedent, si *diffidere* hic legeris. Ut mirer evidem enarrationem tot vitiiis scatentem tot interpretibus placuisse. Solus ex his Dacierius verbum hoc *Juris non habere hic lacunam vidit*; quod ipse melius sequeretur, non vidit. Nempe hoc modo, distinctione sublata, defungi se posse credit: *Nisi quid tu, docte Trebatii, Dissentis, evidem nihil hic diffidere possum*. Quod totum ex Horatii persona sic interpretatur: *Nisi tu, Trebatii, dissentis; ego quidem nihil hic di-*

## NOTÆ

erat e Patricia gente, utpote cuius soror fuerit avia Magni Pompeii.

*Censum*] Equestris census erat sesseriorum 400. Senatorius 800. Vide Epist. ad Pis. vs. 383. ibique Not.

76 *Cum magnis*] Augusto, Mæenate, Pollione.

77 *Fragili quærens illidere dentem,*  
&c.] Alludit ad Fabulam de Vipera et Lima. Phædr. IV. 7.

78 *Nisi quid tu, docte Trebatii, Dis-*

*sentis*] Hoc modestiæ et reverentiæ causa dictum quidam referunt ad sequentem sententiam; ego cum aliis ad præsentem: nec verba hæc, *Evidem nihil hic, &c.* attribuenda putem Horatio, sed potius Trebatio; ut mox dicam: quanquam non nemo contra sentiat.

79 *Evidem nihil hic defringere [diffidere] possum]*] Fateor, Horati, invidiæ te morsibus superiorum, sed ta-

Sed tamen ut monitus caveas, ne forte negoti  
Inciat tibi quid sanctarum inscitia legum;  
Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est

80

*nihil in hoc mutare queo. At nihilominus, ut monitus tibi consulas, ne fortasse  
damnum aliquod tibi facessat ignoratio sanctarum legum; hoc scito: si quis malos*

videre, sive resecare, anferre possum. Sed ut ne dicam, diffindere in eo sensu nusquam reperi, atque adeo vel prima fronte pravum et ineptum videri; illud certe adhuc pejus est, quod totum hoc Horatio tribuit: eum tamen et hoc ipsum et ea que sequuntur necessario flagitent, ut Trebatii responsio ab illo. *Equidem inchoetur.* Quam ob rem cum hac via minime successit, jam tempus est, ut aliam instituamus. Et quidem illud in promptu est, quod nobis offerunt tam editiones vetustæ omnes, quam codicium major pars: *nisi quid tu, doce Trebatii, Dissentis.* *Equidem nihil hinc diffingere possum: Sed tamen ut monitus caveas, &c.* Hinc, inquam, habent, non hic, codices meliores. Clara utique sententia, nisi nodum in scirpo querere cupimus. ‘*Equidem,*’ inquit Trebatius, ‘*nihil ex his, quæ dixisti, diffingere, hoc est, cassare, infirmare, refellere, refutare, convellere, labefactare possum.*’ Poteris igitur in Satiris scribendis pergere; neque vereri, ne in magnorum amicorum offensionem incurras. Nam et Lucilii exemplum bono animo te esse jubet. Illud tamen vide, ut intra jus et leges licentiam Satirarum coëreas: *si quis enim malum carmen et famosum in aliquem seribat, lege agere contra enī licebit.*’ Quis tam morosus et difficilis, ut haec carpere audeat? ‘*Diffingere*’ et verbum Horatianum est, et sententiæ hinc aptissimum. cf. III. Od. 29. 15. ubi ‘*diffinget,*’ plane ut hic, est ‘*cassabit,’ ‘labefactabit,’ et in I. Sat. 10. 37.*’ Bentl. ‘*Nonnulli Codices pessime legerunt diffingere.*’ Notum est quid sit ‘*Diem diffindere*’ apud Juris consultos. Significat se posse totam causam una cognitione absolvere, et pronuntiare ad mentem Horatii. Erruditissimus Bentleius plurima hic promit de verbo *diffindere*, frustra et inutiliter, nisi quod *τολνυαθλαν suam ostentet.*’ Baxt. *Diffingere* etiam mili improvide assumptum videbatur ex III. Od. 29. 47. Ait Trebatius, rēm ita liquidam, ut nullo modo defugere possit, quin pronuntiet in sententiam Horatii. Sed cum major librorum pars habeat *hinc diffingere* vel *defingere*, interpretemur cum Schol. *mutare, emendare.*’ Gesn. Pro *hic diffindere* ex cod. Cruquii Tonsano, quem landat Bentleius, cum Wielandio reposui *hinc defringere*, ut ad proxime antecedentia referatur, et sensus efficiatur hic, interprete Bentleio: ‘*Es vero solidus, et firmior, quam ut dentem tibi imprimere quis possit. Equidem nihil hinc possum defringere.*’ Zeun. Bentleium secuti Samad. Francis, Wetzel. Wakef. et Kidd. *nihil hic diffingere* Heindorf.—*Sed tamen id monitus caveas* codex Tousan, ap. Cruquium, quod ille non probat.—*82 Mediol. 1477. condideris.* Zarot. Mediol. 1477. Venett. 1477. 1478. 1479.

## NOTÆ

men cave te legibus obnoxium. *Diffindere]* Verbum juris vetus, significans mutare, rescindere, differre; Trebatio Jurisconsulto valde apposatum et accommodatum: quod non ita congrueret Horatio licet satyrice loquenti: quod volent quidam. Suum tamen sit cuique arbitrium atque iudicium. Gell. XIV. 2. ‘*In rerum dif-*

*fissionibus, comperendinationibus, et aliis quibusdam legitimis,’ &c.*

*82 Si mala condiderit in quem, &c.]* Vide Annot. in Epist. ad August. vs. 152. ubi sic habetur: ‘*Poenaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam Describi.*’

*Jus est Judiciumque]* Datur actio adversus eum qui libellos famosos in

Judiciumque. ¶ Esto, si quis mala; sed bona si quis  
 Judice condiderit laudatus Cæsare? si quis  
 Opprobriis dignum latraverit, integer ipse?  
 ¶ Solventur risu tabulæ; tu missus abibis. 85

*versus fecerit in quempiam, jus et judicium existit. HOR. Fateor, si quis malos; at si bonos scripserit, laudatur Augusto arbitro: si quisquam innocens probrosum vellicarit, libelli disrumpentur cachinis: tu vero absolutus discedes.*

1486. et Florent. 1482. *in quemquam carmina.*—84 *Judice condiderit laudatur* Harl. 6. plurimi codd. Bentleii, et edd. vett. *Judice c. laudatus* duo Blandd. Tons. et Mart. Crnqii, unus Pulmanni, unus item Bersmanni, et Magdal. Bentleii a m. pr. cum edd. Crnq. Torrent. Bentl. Sanad. Francis, et recentt. ‘Non video cur Bentleius de *laudatur* fecerit in Edito suo *laudatus?* Baxt. ‘*Laudatus* valde mihi placet, quia suspedit, et cum sequentibus connectit sententiam, facitque orationem multo concinniorem. Quis autem ferat non modo protasis et apodosin misceri; sed interrogationem Horatii, et Trebatii responsum?’ Gesn.—85 Quidam libri veteres habent, *Opprobrio;* in his Morellianus, et Clericanus, et Russardinus unus ap. Lambinum. ‘Plerique scripti codices cum Scholiastis habebant *latraverit,* nou *laceraverit,* quod Interpretamentum est prioris verbi apud Vet. Schol. et contemptius *lutraverit,* de Satira sua. Bentleius post Lambinum edidit *laceraverit* auctoritate nescio quorum obscurioris notæ Librorum. Ipse tamen fatetur omnes ubique Editores ut melius atque elegantius amplexos fuisse *latraverit.*’ Baxt. ‘Liv. XXXVIII. 54. ‘Cato allatravit Scipionis magnitudinem.’ Verbum nimis triste et injurium de Catone non adhibitus erat Livius. Vid. Epop. vi. 5.’ Gesn. Vid. Obss. Misc. Nov. Dorvill. p. 425. ubi τὸ *laceraverat* datur.

## NOTÆ

quenquam scripserit: isque reus agitur ex lege.

83 *Esto, si quis mala]* Ludit Poëta in voce, ‘mala,’ significante, ‘male-dica;’ quam tamen jocose accipit pro inconcinnis et ineptis carminibus. Itaque ipse utitur præcepto suo, quod in Sat. x. libri primi tradit vs. 14. ‘Ridiculum aceri Fortius ac melius magnas plerumque secat res.’

84 *Judice laudatus Cæsare]* Augustus enim et versus faciebat inter-

dum, et quotquot bonos facerent amabant.

86 *Solventur risu tabulæ]* Non sine ludibrio ejus qui digne fuerit laceratus, rumpentur tabulæ accusatoris, sen libelli in reum conflati accusacionem frivolam et futilem continenttes.

*Tu missus abibis]* Poëta quilibet opprobriis dignum hominem insectatus juste ac merito, absolutus dimittetur et impune.

## SATIRA II.

In vitæ urbanæ Luxuriam et Ineptias. *Baxt.* Inducitur Ofellus rusticus quidam, homo simplicis et probi ingenii, priscæque vitæ et frugalitatis tenax, qui sui temporis luxum castigat et frugalitatis commoda suis commendat. Hoc artificio Horatius effecit, ut oratio fieret gravior probabiliorque: nam cum convictor Mæcenatis aliorumque procerum esset, minus apte ipse mensæ delicias perstringere posse videbatur. Summa antem sermonis Ofelli fere hæc est: Labore et exercitationibus, non raris et exquisitis cibis opus est ad suaviter edendum. Cibus varius debilitat, simplex servat rectam valetudinem. Qui panceis contentus vivit, is facile dormit, alacris est ad laborandum, non consumit in juventute præsidia senectutis, non perdit rem et famam, atque etiam in paupertate et rebus adversis habet, quo vitam tranquillam, exemplo Ofelli, transigere possit. *Gesn.*

**QUÆ virtus et quanta, boni, sit vivere parvo  
(Nec meus hic sermo est, sed quæ præcepit Ofellus  
Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva)**

*Quæ quantaque virtus sit modico vicitare (neque mea est hæc oratio, sed quam docuit Ofellus agrestis, sapiens absque disciplina, et rudis) O boni, accipite, non*

Satira tertia Libri primi in Ed. Sanad.—1 Gott. Zarot. et Mediol. 1477. 1502. *bonis*, probante Gesnero.—2 Tres codd. Torrentii, et Harl. 2. 3. 4. *quæ*, quod primus recepit Bentl. eumque secenti Sanad. Francis, Bipont. Wetzel. Baxt. Gesn. Zenn. Wakef. Kidd. et Comb. quem Harl. 6. al. et edd. vett. *Ofella* conj. Bentl.—3 ‘ Nullus est interpretum, qui non prodiderit in suis aliquot *abnormi* haberi: in quibus sunt tres Blandinii apud Cruquium omnium veterum. Idem nos invenimus in Leidensi, Batteliano, et tribus aliis. Quæritur jam, utrum sit præferendum, *abnormi* et *crassa Minerva*, an *abnormis sapiens*. Mihi quidem posterius magis pla-

## NOTÆ

1 *Quæ virtus, &c.*] Sub Ofelli rusticu quidem at boni et sapientis viri persona insectatur homines luxui et sumtui deditos: tum frugalis vicius emolumenta percenset. Vide ultimam hujus libri Satiram argumento non longe dissimilem.

2 *Boni*] Legunt aliqui, *bonis*; nec ita perperam ut videtur nonnullis.

3 *Abnormis*] A natura non in scholis institutus bonosque mores sortitus. Alii leg. *abnormi*, et jungunt cum sequenti voce, *Minerva*. Huc

facit quod Tullius scribit in Lælio n. 18. ‘ Nunquam ego dicam C. Fabri- cium, M. Curium . . . ad istorum normam fuisse sapientes.’

Crassaque *Minerva*] Simplex, rectus, sincerus, licet minime imbutus Philosophicis regulis et documentis, aut iis artibus ac scientiis quibus præest *Minerva*. Tullius mox cit. ‘ Agamus igitur pingui *Minerva*, ut aiunt.’ Scilicet proverbium est de hominibus ingenii rudioris et impoliti.

Discite, non inter lances mensasque nitentes,  
 Cum stupet insanis acies fulgoribus, et cum  
 Acclinis falsis animus meliora recusat ;  
 Verum hic impransi tecum disquirite. ¶ Cur hoc ?  
 ¶ Dicam, si potero. Male verum examinat omnis  
 Corruptus judex. Leporem sectatus, equo  
 Lassus ab indomito, vel (si Romana fatigat  
 Militia assuetum græcari) seu pila velox,

*inter catinos epulasque lautas, quando oculi percelluntur rano splendore, mensque decepta falsis respuit præstantiora; sed hic tecum examinate jejuni. Quare hoc? explicabo si possum. Judex quilibet corruptus nunquam bene disquirit veritatem. Cum fueris venatus leporem, vel defatigatus ab equo indomito; aut si Romane exercitationes deterrent te Græcos imitari solitum; sive levis pila, sive discus te*

cet.' Bentl. Harl. 2. 3. 4. 6. et omnes ap. Gesn. cum edd. vett. *abnormis*. —4 Cuning. non lances inter. —6 Adclivis Gott. Harl. 6. et edd. primæ. Adclinis codd. Torrentii, Harl. 2. 3. 4. al. —7 Verum hoc impransi codex

## NOTÆ

4 *Discite, non inter lances*] Pers. Sat. 1. 30. 'Ecce inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.'

5 *Mensasque nitentes*] Tum copia ciborum, tum vasis aureis, argenteis, &c.

5 *Cum stupet insanis*] Tunc enim et mens male feriata nequit recte judicare de temperantiae virtute et præstantia: quin immo in omnem errorem facile propendet.

9 *Leporem sectatus, &c.*] Romani se venatione, equitatione, ac militaribus artibus exercebant.

11 *Assuetum græcari*] Delicati quidam a duris laboribus et exercitacionibus ante dictis abhorrentes, ludis saltem Græcorum operam navabant. Hos octo fuisse refert Alex. ab Alex. mox citand. Alii de compotatione Græca interpretantur: cujns ita meminit Cie. in Verrem act. III. 'Disenbitur: fit sermo inter eos et invitatio, ut Græco more biberetur: hospes hortatur; poscent majoribus poculis; celebratur omnium sermone lætitiaque convivium.' In istis Græ-

corum conviviis toties bibere oportebat, quoties Deos aut caros nominassent. Lex autem erat, οὐ πίθη οὐ ἄπιθη, aut bibe, aut abi. Hanc refert et explicat Tullius sub finem Tusc. v. 'Et recte,' inquit, 'aut enim fruatur cum aliis pariter voluptate potandi: aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat.'

9 *Pila velox*] Apud veteres Indus pilæ et folliculi præcipuæ commendationis et magni studii fuit. Eo Jul. Cæsar, Octavius, aliquique viri graves, pnta Scævola Jurisconsultus, Dionysius tyrannus, exercendi corporis et animi vegetandi causa studiosissime lusere. Rom. autem juventus in campo Martio frequenter ludebat pila seu paganiæ seu trigonali; in qua sinistræ usus præcipuus traditur magis quam dextræ; corporis autem agilitas maxime valebat; nt sciret apte pilam jacere atque excipere, modo incurrere, modo recurrere. Hæc Alex. ab Alex. III. 21. Pila etiam mulieres lusitasse, Homerus docet. De Mæcenate constat ex I. Sat. 5. 48. Vide ibi Not.

Molliter austерum studio fallente labore,  
 Seu te discus agit (pete cedentem aëra disco)  
 Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis  
 Sperne cibum vilem; nisi Hymettia mella Falerno      15  
 Ne biberis diluta: foris est promus, et atrum  
 Defendens pisces hyemat mare; cum sale panis

*delectat, oblectamento leniente operam mediocriter gravem, disco verbera aërem cedentem: quando, inquam, labor expulerit nauseam, sitiens et famelicus respue riles escas: neque bibas Falernum vinum nisi melle Hymettio mitigatum. Cellarius exerit foras; et mare procellosum inhibeat pisces; panis cum sale optime sedabit*

\*\*\*\*\*

Bersmanni. Mox in eodem codice: *Cur non?*—13 Duo codd. Bersmanni: *Seu te discus aget.*—14 Pæne omnes codd. Torrentii, Bentleii Regin. Galean. Petrens. et a m. pr. Magdal. Exc. Sax. et Harl. 2. 6. *extulerit.* Bentleii Bodl. *expulerit;* et sic edd. Bentl. et Kidd. *extuderit* Harl. 3. 4. et edd. vett.

#### NOTÆ

12 *Studio fallente labore]* Gall. *L'application et le divertissement fait oublier la peine.*

13 *Discus]* Nomen a δίκω, jacio. Moles erat saxea, plumbea, ferrea, figuræ planæ ac rotundæ; cuius jactu decertabant athletæ. Victor erat, qui aut altius, aut longius, aut proprius destinatam metam projecisset. Vide jam annotata i. Od. 8.

14 *Cedentem aëra]* Projecto disco cedit aëris: utpote gravioribus corporibus leviora cedunt.

15 *Sperne cibum vilem]* Id est, profecto non spernes cibum vilem, quando inani stomacho fueris. Hippocratis præceptum est: 'Ο πόνος στρογγυλεύσθω, labor cibo præcut. Cie. ii. de Fin. n. 90. 'Socratem audiò dicentem, eibi condimentum esse famem, potionis sitim.' Tusc. v. n. 97. 'Socratem ferunt cum usque ad vesperam contentius ambularet, quæsitumque esset ab eo, quare id faceret, respondisse, se quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem.'

16 *Foris est promus, &c.]* Si domo abfuerit promus qui tibi famelico promat apponatque opsonia et dapes; vel tempestas hyberna impedierit piscari: tum certe esurienti satisfaciens 'cum sale panis' simplex. Cic. Tusc. v. n. 102. 'Aperta res est, et quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus.'

17 *Cum sale panis]* Plin. xxxi. 7.

18 *Nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta]* Hypallage, id est, ne biberis nisi optimum vinum melle optimo dilutum et suave effectum. De Falerno vino, i. Od. 20. Hymettus regionis Atticæ mons, Athenis proximus, thymi atque adeo mellis excellentissimi copia celebratus. Porro vini austерitatem veteres temperare solebant melle admixto, vel alio vino mitiori: ut est. i. Sat. 10. 24. Vide et infra Sat. iv. 24. Virgil. Georg. iv. 101. 'Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum Et liquida; et durum Bacehi domitura saporem.'

19 *Cellarius exerit foras;* et mare procellosum inhibeat pisces; panis cum sale optime sedabit

Latrantem stomachum bene leniet. Unde putas? aut  
 Qui partum? Non in caro nidore voluptas  
 Summa, sed in te ipso est. Tu pulmentaria quære      20  
 Sudando: pinguem vitiis, albumque, neque ostrea,

*stomachum obmurmurantem. Unde credis, vel quomodo sic factum? Nimirum summa voluptas haud in odore ciborum exquisitorum, sed in temet consistit. Tu condimenta para tibi ad sudorem usque laborando. Enimvero viciose optimum et*

—19 *Caro non in nidore voluptas* Cuning.—21 Harl. 2. 4. al. Vet. Comb. et quædam vett. cdd. ante Bentl. nec ostrea. ‘Lege ex scriptis et olim editis, neque ostrea. Semel antea de his monui, quod satis est.’ Bentl. Ita Harl. 3.

## NOTÆ

‘Varro pulmentarii vice nsos veteres auctor est: esitasse enim salem cum pane et caseo, ut proverbio appetat.’ Ex Plutarcho Symp. iv. q. 4. citra salem nihil prope est edendo: qui panem quoque gratum facit additus: hincne Neptunus eodem quo Ceres templo colitur. Cic. Tusc. v. ex Xenophonte: ‘Persæ nihil ad panem adhibebant quicquam præter nasturtium.’

18 *Unde putas? &c.]* Unde putas fieri nt jucundus tunc videatur cibus quilibet vilis et parabilis?

20 *Pulmentaria quere Sudando]* Opposna famem laborando, tuque fac ut tibi quævis esca videatur suavis et optima. Cic. Tusc. v. cit. ‘Parvo cultu natura contenta. Quis non videt desideriis condiri omnia? Darius in fuga, cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens Ptolemaeus ederat, cui cum peragranti Ægyptum, comitibus non consecntis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius.’ Lege ibidem quod Dionysio tyranno jus quoddam nigrum fastidienti respondit coquus: ‘Scilicet condimenta defuere, labor in venatu, sudor, cursus, fames, sitis.’

*Pulmentaria]* Plin. xviii. 8. ‘Pulte,  
 Delph. et Var. Clas.

non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur.’ Porro pulmenta et pulmentaria usurpari pro cibis delicatis, vel pro condimentis palatum jucunde titillantibus, patet ex Macrob. vii. 4. sub finem, ubi sunt hæc verba ad rem præsentem omnino pertinentia: ‘Pulmentorum varietas recipit varia condimenta, quibus gula ultra quam naturæ necesse est lassetur: et fit inde congeries, dum pruritu desiderii amplius, vel certe de singulis parva libantur. Hinc Socrates suadere solitus erat, illos cibos potusque vitandos, qui ultra sitim famemque sedandam producent appetitiam,’ &c.

21 *Pinguem vitiis, albumque, &c.]* Ni-mio cibo potuque plenum, atque ex cruditate et ægra coctione laborantem, et inde pallidum, te non juvabunt exquisita quævis, ostrea, scarus, lagois. Seneca de Brev. Vitæ: ‘Quam multi continnis voluptatibus pallent!’ Vide infra vs. 76.

*Album]* Quidam interpretantur, nitidum, cute bene curata et candida: quales esse solent qui optimo victu utuntur abundantiter quidem. Pers. Sat. iii. 98. ‘Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur.’

*Ostrea]* Ostreis delectatos Roma-

Horat.

3 N

Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois.  
 Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin  
 Hoc potius, quam gallina, tergere palatum,  
 Corruptus vanis rerum; quia veneat auro                    25  
 Rara avis, et picta pandat spectacula canda:  
 Tanquam ad rem attineat quicquam. Num vesceris ista,

*pallidum non delectabunt ostrea vel scarus, vel lagois externa. Attamen rix obtinebo, si pavo apponatur, ut non hoc libertius quam gallina fricare palatum velis, scilicet vana rerum specie delusus; eo quod avis rara vendatur auri pretio, et spectaculum præbeat cauda picta: quasi ad rem aliquid faciat. An comedes eam plumam*



6.—22 Ad hinc vs. Wakefieldus: ‘Lege Aut scarus: nunquam coalescunt ad finem versus duas syllabæ; una semper eliditur, ut in hoc versu, proximo a vocali incipiente; quam lectionem si lectori nasuto exemplorum congerie probare aggrederer, cito fastidium moverem.’ Sed *ostrea* dissyll. est, ut ‘cerea’ supra 1. Sat. 8. 43.—23 *Vix tandem eripiam* duo Blandd. Crnqñii cum nota interrogatioñis posita post vs. 26. *picta pandat spectacula canda?*—25 Unus Harl. *rebus vanis*, interpretamento Græcismi.—26 Dan. Heinsius ad Claud. Paneg. in Prob. et Olyb. Cons. 248. et II. Cons. Stilich. 204. legit *pandit*.—27 Han. 1. *ad rem attingat*. Unus

#### NOTÆ

nos patet ex Varrone. Juvenal. Sat. IV. 140. et seq. Item Sat. VIII. 85. Plin. XXXII. 6. Gell. VII. 16.

22 *Scarus*] Gall. *Sarget*: de hoc pisce exquisito, Epop. II. 50. Not.

*Peregrina lagois*] E longinquis regionibus advecta avis, cuius caro similis leporinæ: unde nomen. Nam Græcis λαγὼς vocatur *lepus*. Plin. VIII. 57. ‘Censorinæ leges cœnis ademere conchylia, et ex alio orbe connectas aves.’ Pisces esse lagoin perperam credunt nonnulli. Siquidem ex Plin. XXXII. 1. *lepus mariinus* ‘venenum est in cibo vel potudatus, atque etiam visns,’ &c. Eo extinctus est Titus Imperator a Domitiano fratre, consorte imperii et successore; ut quidam scribunt. Isto etiam genere veneni usum aliquando Neronem affirmant. Vide Cœl. Rhodig. XXVI. 30.

23 *Vix tamen eripiam*, &c.] Neque tamen istis rationibus et argumentis

evincam, ut abjicias errorem mentis vana specie delusæ. Quin, si tibi appouantur simul pavo et gallina, hunc illum anteferes; et suaviorem putabis pavonem, quia carior et rarior, quam gallina, tametsi non est revera melior.

24 *Tergere palatum*] Pers. Sat. III. in fine: ‘Tentemus fances: tenero latet uleus in ore Putre, quod hand deceat plebeia radere beta.’

25 *Quia veneat auro*] Juvenal. Sat. XI. 14. ‘Interea gustus elementa per omnia quærunt, Nunquam animo pretiis obstantibus. Interius si Attendas, magis illa juvant quæ pluris emnutur.’

27 *Tanquam ad rem attineat quicquam*] Quasi ad gustum et saporem faciat plumarum fulgor. Cie. III. de Finib. n. 18. ‘Quædam a natura ad usum donata sunt, nt crura, pedes: alia nullam ob utilitatem, sed ad quendam ornatum, ut cauda pavoni.’

Quam laudas, pluma ? cocto num adest honor idem ?  
 Carne tamen quamvis distat nihil hac magis illa,  
 Imparibus formis deceptum te patet. Esto : 30  
 Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto  
 Captus hiet, pontesne inter jactatus, an amnis

*quam demiraris? an par decor superest cocto? Quandoquidem nullum discriminem est hanc inter et illam carnem, specie dissimili te deceptum constat. Sane. Unde animadvertis utrum appositus iste lupus Tiberi vel mari captus os pandat? an inter*

\*\*\*\*\*

Bersmanni, *nunc vesceris*.—28 Glarean. et al. vett.  
*coctore adest*. ‘Vocula *num* non eliditur hie in scansione, sed pronuntiatur; ut frequenter apud Comicos, etiam vocali sequente. Sic Terent. Adelph. I. 2. 38. Andr. v. 4. 41. Heaut. III. 3. 23. Id duntaxat observandum, nunquam hoc fieri in ultima pedis syllaba, cuius rei rationem soli Musici intelligent. Lucretius III. 1095. Nihil ergo opus est sagacissimi Nic. Heinsii conjectura, qui ad Clandiani II. Cons. Stil. 167. fortassis ait legendum, *Coctone adest honor idem*; sine vocalis elisione. Hoc enim multo adhuc durans est et horridius: quippe vocalis brevis nusquam hiatum facit, sed semper eliditur, ut docui ad III. Od. 14. 11. Evidem, siquid mutatum vellem, sic potius legerem, *Coctone etiam est honor idem?* Etiamque *cocto honor idem est?* Sane codex Battelianus, *Cocto num est honor: Galeanus vero et alter, Cocto nec adest.*’ Bentl. ‘Cum Lambinio, Cruquio, Torrentio Vetereque Scholiaste reposui *Cocto num adest*. Sciolus fecit *Coctore*, causa Metri.’ Baxt. ‘*Cocton* et adest Cnning. color idem Harl. 6. Venet. et Vet. Comb.—29 Han. I. distat color hac magis illa.—30 Cnning. te patet istoc.—31 Nic. Heins. emend. *Unde*

#### NOTÆ

Vide Athen. VIII. 12. Idem XIV. 20. ex Anaxandride: ‘An non furiosum alere domi pavones, quorum pretio queant emi statuae?’ Ibid. Strattis: ‘Tanti sunt haec facienda, quanti pavones, et alia vestrae nugae, quas domi pascitis ob pennarum pulchritudinem.’ Vide I. Sat. 2. 116. ibique Not.

28 *Cocto num adest honor idem?*] An cocto pavoni remanet idem pennarum nitor et splendor?

29 *Carne tamen quamvis, &c.]* Ergo cum discriminem nullum fit inter carnem pavonis et gallinæ, patet te delusum specie et forma pavonis, ut hunc suaviorem putas, quia gallinam vincit pulchritudine.

31 *Unde datum sentis, &c.]* Unde habes ut gusto explores, judices, sentias quo loco sit captus iste piscis,

lupus nempe: an in alto mari, an in Tiberi: neque hoc solum, sed etiam utrum ad ostium Tiberis, an inter pontes? O sagacem et ingeniosam nimis profecto gulam! Juvenal. Sat. IV. 140. similiter canit: ‘Circeis nata forent, an Luciferum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu; Et semel aspecti littus dicebat echini.’

32 *Hiet*] Piscis iste a voracitate dictus lupus hianti ore belle exprimitur: sive quod pisces omnes recens capti os diducunt.

*Pontesne inter jactatus, &c.]* E mari pisces quidam subire flumina cognoscuntur: atque hos inter lupus marinus. Porro ex fastidiosi helluonum seu catillonum palati judicio, bonus erat ille e medio mari; melior ad ostium Tiberis fluvii; at optimus qui

Ostia sub Tusci? laudas, insane, trilibrem  
 Nullum, in singula quem minus pulmenta necesse est.  
 Dicit te species, video: quo pertinet ergo                   35  
 Proceros odisse lupos? quia scilicet illis  
 Majorem natura modum dedit, his breve pondus.

*pontes exagitatus, an ad ostium fluminis Hetrusci? Stulte, laudas barbum trium librarum, quem oportet dividas in plura frustula. Capit te forma, ut cognosco. Quorsum igitur spernis lupos ingentes? nempe quod natura mensuram ampliorem*

## NOTÆ

inter pontes concitatori aqua jactatus, proindeque tenerior, pinguior, snavior effectus fuerat. Columel. XII. 16. ‘Multorum gula subtilior... et erudita palata fastidinnt fluvialem lupum, nisi quem Tiberis adverso torrente defatigasset.’ Plin. IX. 54. ‘Quando,’ inquit, ‘eadem aquatiliū genera aliubi atque aliubi meliora: sicut lupi pisces in Tiberi amne inter duos pontes, rhombus Raven næ, muræna in Sicilia,’ &c. Vide Macrob. Satur. III. 16. ubi ex Varrone et Lucilio statuit lupum marinum ‘egregii saporis’ habitum qui inter duos pontes captus esset: atque a Lucilio pisces hunc dici ‘catillonem quasi liguritorem; scilicet qui proxime ripas sterens insectaretur: ‘pon tes Tiberini’ duo inter captu’ catillo.’ Id. ibid. ex C. Titio ætatis Lucilianæ viro homines prodigos describente: ‘Edimus turdum pinguem, bonumque pisces lupum germanum qui inter duos pontes captus fuit.’

*Annis Tusci?* Tiberis Tuseiam aluentis et a Latio distaminantis. Virg. Georg. I. sub finem: ‘Tuscum Tiberim.’

33 *Laudas, insane, trilibrem Nullum, &c.*] Delicatorum et catillonum erat etiam aliud vitiosi fastidii genus: inter pisces natura parvos laudabant volebantque magnos: contra parvos quærebant ex iis quos natura magnos

facit. Itaque Horatius, in ejusmodi fastidiosos helluones insurgens, laudas, inquit, insane, trilibrem nullum, eo quod raro talis inveniatur: odisti vero lupum marinum qui procerns est et magni ponderis. Plin. ix. 17. ‘Ex reliqua nobilitate et gratia maxima est et copia nullis, sicut magnitudo modica: binasque libras pondereis raro admodum exsuperant, nec in vivariis piscinisque crescunt.... alga vescuntur, et ostreis, et limo, et aliorum piscium carne.’

34 *Nullum*] Barbatulos vocat Cicero, Gall. *barbeau*: quidam tamen sunt imberbes, at minus laudantur. Plin. mox cit. ‘Barba gemina insigniunt inferiori labore... laudatissimi conchylium sapiunt. Nomen his Fenestella (nullis) a colore mulleorum calciamentorum datum putat... nullum exprimentem versicolori quadam et numerosa varietate spectari, proceres gulae narrant... Asinius Celer e Consularibus, hoc pisce prodigus, Claudio principe, unum mercatus octo millibus nummum.’ Vide Senec. Epist. 95. Sueton. Tiber. cap. 34. refert, ‘tres mullos triginta millibus nummum venisse:’ quod damnavit Tiberius. Vide Macrob. III. 16. Juven. Sat. IV. 15. ‘Nullum sex millibus emit Aequantem sane paribus sextertia libris.’ In quem locum olim pluribus dissenni, ut et Sat. V. 92.

[*Jejunus rare stomachus vulgaria temnit.*]

*Porrectum magno magnum spectare catino*

Velle, ait Harpyiis gula digna rapacibus. At vos 40

*Præsentes Austri coquite horum opsonia! quamvis*

*Putet aper rhombusque recens, mala copia quando*

*Ægrum solicitat stomachum; cum rapula plenus*

*tribuit illis, istis vero minorem. Stomachus esuriens raro communia respuit. Cuperem videre ingentem nullum ingenti patina extensem, inquit gula digna rapacibus Harpyiis. Sed vos, Austri, adeste, atque harum dapes corrumpite: quamquam fætet aper et rhombus recens, cum mala abundantia rexat morbosum stoma-*



*ratum sentis, improbante Bentleio.—38 Hunc versum cum Bentleio spurium putant Zeun. et Valait. Præf. p. 4. Vid. Bentl. ad Art. Poët. 337. Jejunus rare omnes fere scripti codd. et sic Schol. Vulgata lectio est, *Jejunus stomachus raro.* Bentl. et recentt. edd. *Jejunus raro stomachus, &c.*—39 Porrectum in magno codex Bersmanni.—40 Nic. Heinsius, Lege, inquit, *ais.* Sed recte habet persona tertia *ait;* etiamsi aliquem ex adverso respondentem fingimus; ut docui ad t. 4. 79.' Bentl.—41 Exc. Sax. codd. Bersmanni quatuor, Harl. 3. 4. 6. Zarot. Florent. 1482. Cuning. Bentl. Sanad. Francis,*

#### NOTÆ

39 *Porrectum magno, &c.]* Observa, lector studiose, versum hunc crebris spondæis exprimentem grave nulli pondus. Alibi jam notavi luxuriam Romanorum in apponendis magnis et integris opsoniis. Juvenal. Sat. 1. 140. ‘Quanta est gula quæ sibi totos Ponit apros?’ Contra Tiberius, ‘Ut parsimoniam publicam exemplo quoque juvaret, solemnibus ipse cœnis pridiana sæpe ac semesa opsonia apposuit, affirmans dimidiatum aprum omnia eadem habere quæ totum.’ Sueton. Tiber. cap. 34.

40 *Harpyiis gula digna]* Harpyiae appellatione et numero incertæ; in primis celebrantur Aëllo, Celæno, Ocypte, Iris, Thyella: dicuntur ab ἄρπαξ, *rapio.* Has describit Virgil. Æneid. lib. III. 215. et seq. Sic de iis fabulantur. Phineus rex ob excæcatos filios, a Jove excæcatus immissis etiam Harpyiis penas detinet. Hæ alatae furiæ (nam Harpyias in Inferis esse et vocari Furiæ Servius affirmit) apposita statim opso-

nia rapiebant ex alto devolantes: quin et relictas forte dapes tetro odore fœdabant et corrumpabant. Virgil. cit. ‘Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Proluvies, uncæque manus, et pallida semper Ora fame... nec sævior ulla Pestis, et ira Deum Stygiis sese extulit undis. ... Quatiunt clangoribus alas, Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant Immundo,’ &c.

41 *Præsentes Austri coquite horum opsonia]* Satyricus, excandescens in gulosos helluones, invocat Austros meridionales ventos, qui humido suo calore illorum cihos putrefaciat. Sed mox ipse se corrigit, memor scilicet iis putrida videri quævis opsonia.

Quando Putet aper, &c.] Verum non opus est Austri flatu, ipsa illorum satietas nauseam movet stomacho repleto: atque facit putere cibos etiam recentes.

*Rhombus]* De eo pisce laudatissimo, Gall. Turbot, in Epod. II. 50.

43 *Cum rapula plenus, &c.]* Cum sa-

Atque acidias mavult inulas. Necdum omnis abacta  
 Pauperies epulis regum: nam vilibus ovis,  
 Nigrisque est oleis hodie locus. Haud ita pridem  
 Galloni praeconis erat acipensere mensa

45

*chum; quando satur expetit rapas et inulas acres. Verum omnis cibus rilior non-dum exulat a mensa divitum. Etenim admittuntur ova et olive nigrae: neque dum Gallonii praeconis mensa acipensere infamata fuit. Quid? An tunc mare*

## NOTÆ

tur cupit acida, rapas, inulas, quibus appetitus excitetur, discussis viscosa pituita crudisque humoribus.

*Rapula]* Gall. *des rares.* De his plura narrat Plin. xviii. 13. Item xx. 3. ‘Est et rapo vis medica,’ inquit.

44 *Inulas]* Gall. *de l'aunée.* Plin. xix. 5. Item xx. 5. inulae virtutes affert: priori loco sic habet: ‘Amarior inula per se stomacho inimicissima, eadem dulcibus mistis saluberrima. Pluribus modis austерitate victa gratiam invenit . . . defectus præcipue stomachi excitat, illustrata maxime Juliæ Augustæ quotidiano cibo.’

*Necdum omnis abacta Pauperies, &c.]* Cibi vulgares, viles, parabiles, adhuc locum habent in mensa et conviviis divitum. Nam ova caput cœnae sunt: et ab iis semper dueitur initium epulandi: ut dixi 1. Sat. 3. 6. ad hæc verba: ‘ab ovo usque ad mala.’

46 *Nigris oleis]* Nigror in oleis et nivis maturitatem indicat.

47 *Galloni]* Is helluo insignis primus apposuit acipenserem exquisitissimum pisces: atque ob id a Lucilio carpitur Satira sua iv. istis versibus, quos etiam refert Cicero ii. de Finibus n. 24. ‘O Publi, o gurges, Galloni, es homo miser, inquit: Cœnasti in vita nunquam bene, cum omnia in ista Consumis squilla atque acipensere cum decumano.’ Ibid. n. 90. ‘Qui ad voluptatem omnia referens vivit ut Gallonius,’ &c. Idem

Cic. pro Quintio n. 94. ‘Qui, relictæ bonorum virorum disciplina, et quæstum et sumptum Gallonii sequi maluerunt.’

*Acipensere]* Acipenser vel acipensis, Gall. *Eturgeon;* vulgo *tursio,* vel *sturio,* sed *perperam;* Galeno γαλαξιας: Rondeletio ex genere galeorum est: valde pretiosns et nobilis; ut pote qui singulari pompa inferretur mensa divitum. Plin. ix. 17. ‘Pisces nubilissimus acipenser, unus omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat . . . rarus inventu.’ Macrob. iii. 16. ‘Nec acipenser illius sæculi delicias evasit . . . quo in honore fuerit hic piscis apud P. Scipionem Africanum illum et Numantinum, accipite ex Cicer. Dialog. de Fato. Nam cum esset apud Lavernium Scipio, unaque Pontins, alatus est forte Scipioni acipenser qui admodum raro capitur: sed est pisces in primis nubilis . . . acipenser iste paucorum hominum est . . . a coronatis ministris cum tibicine introferri solitus . . . hæc Sammonicus prodens venerationem qua piscis habebatnr, ut a coronatis inferretur cum tibicinis cantu, quadam veluti non dileiarum sed numinis pompa.’ Athen. iv. 5. ‘His præterat fortissimus imperator acipenser, insignis hasta: quem etsi jam satur gustare percupi: ambrosia certe is mihi visus est.’ vii. 12. ‘Quem acipenserem vocant Romani, cum tibiis et coronis circumferunt in cœnis; coronatis eti-

**Infamis : quid ? tum rhombos minus æquora alebant ?**  
**Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,**  
**Donec vos auctor docuit prætorius. Ergo** 50  
**Si quis nunc mergos suaves edixerit assos,**  
**Parebit pravi docilis Romana juventus.**  
**Sordidus a tenui victu distabit, Ofello**

*minus nutriebat rhombos? Securus rhombus, et secura nido ciconia degebatur, usque-  
quo Prætorius indicavit primus. Itaque si aliquis modo suadeat jucundos esse  
mergos assos, continuo auscultabit Romana juventus facilis doceri vitiosa. Sor-*

---

Heindorf, et Kidd. *quoniam pro quamvis.*—48 ‘ Plurali hæc efferunt numero Editiones Venetæ et Locheriana : *quid? tum rhombos minus æquora alebant?* quibus accedunt bona pars codicium, ut inter nostros Reginensis, Battelianus, Petrensis, Lambethanus, et a prima manu Magdalenensis. Quo igitur pertinebat, receptam in vetustis editionibns lectionem e loco sno ejicere? Certe, siquid interest, hanc potius prætulerim. Neque enim unum æquor, sed *plura alebant rhombos : et minus æquor* in fronte gerit nescio quid ambigui, quod in altera lectione penitus evitatur.’ Bentl. Gott. Exc. Sax. Harl. 3. Mediol. 1477. 1502. et Florent. 1482. etiam, *æquora alebant*; item Venet. 1599. Gla- rean. Bentl. Sanad. Heindorf, Wakef. et Kidd. et recepit Zeun. *æquor alebant* Harl. 2. 4. 6. Baxt. Gesn. Bipont. Wetzel. al.—53 *Sordibus a victu tenui Cuning. distabat* duo codd. Bersmanni, meliores Cruquii et Pulmanni, Bent-

## NOTÆ

am illis qui portant . . . Acipenser minor est galeo, rostro longiore, figura magis triangulari.’ Quæ cum ita sint, ne, Lector, mirere quod scribit Martial. xiii. 91. ‘ Ad Pallatinas acipensem mittite mensas: Ambrosias ornent munera rara dapes.’

48 *Infamis*] Nam et Gallonius a Lucilio *gurses* vocatus, et quivis gulæ et hellnationibus turpis Gallonii similis vulgo dictus. Patet ex cit. Cicer. de Finibus II. &c.

*Tum rhombos minus æquora alebat*] Ostendit Poëta non tam opsoniorum bonitatem quam gulæ insanum fastidium valere ut plurimum. Olim, inquit, acipenser in pretio ac delicis fuit; deinde rhombus: alias ciconiæ, pavo, &c. immo si quis modo novas dapes excogitet, etsi minime bonas, v. g. mergos assos, hos continuo ceteris omnibus anteponi et optimos haberi cernas.

50 *Donec vos auctor docuit prætorius*]

Asinius Sempronius Rufus ciconias primus devorare instituit, Augusti temporibus: illum vocat Satyricus *prætorium* ironice; quoniam Prætrum petens ob gulæ infamiam repulsus est: hique de eo versicoli per Indibrium etiam claudicantes in vulgus sparsi: ‘ Ciconiarum Rufus iste conditor, Hic est duobus elegantior Planctis; Suffragiorum puncta non tulit septem. Ciconiarum populus ultus est mortem.’

51 *Mergos assos*] Gall. *plongeon.* Hi cum siut macri admodum, si etiam assentur nihil præter ossa et pellem erunt. Si quis tamen gulæ antesiganus et magister edicat mergos assos suaves esse, et sic apponi debere; parebit juventus stulte, et quasi boños devorabit.

53 *Sordidus a tenui victu distabit*] Prudenter monet Poëta tenuem frugalemque victum differre a sordido; hunc vitiosum ac turpem, illum con-

Judice : nam frustra vitium vitaveris illud,  
 Si te alio pravum detorseris. Avidienus,  
 Cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret,  
 Quinquennes oleas est, et sylvestria corna;  
 Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum; et  
 Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit  
 Ille repotia, natales, aliasve dierum

55

60

*didus cibus a frugali differt, Ofello Judice: enim vero frustra vitium hoc declinabis, si te ad aliud male convertas. Avidienus Canis merito appellatus edit olivas quinquennes et corna sylvestria: nec libenter defundit vinum, nisi corruptum: ipse vero e rase corneo duas libras continente brassicas aspergit oleo veteri, cuius odorem tolerare non possis, large quidem fundens acetum; quamvis repotia, natales, aliasque*

\*\*\*\*\*

leii Leid. Regin. et quatuor alii.—55 Bentleius ex uno codice Bersmanni legit, *Si te alio pravus*; non male, inquit Zeun.—56 Han. 1. *ex vero dictum*. Harl. 3. 4. 6. Bersmanni codd. quatuor, unus Pulmanni, Exc. Sax. Venet. 1559. Vet. Comb. Glarean. et Lamb. *cognomen ulhaesit*.—57 Quinquennas Exc. Sax. et Zarot.—58 Quidam codd. Lambini, Gott. Mediol. 1477. Venet. 1559. et Glarean. ap. Zeun. *diffundere*. Alii *defundere*; ‘bene; deerant enim Veteribus siphones.’ Baxt. ‘Si quis diffundere mallet, referendum erit ad aliam consuetudinem: de qua dicemus ad illum locum ‘Vina bibes iterum Tauro diffusa’ Epist. 1. 5. 4.’ Lamb.—59 Tres codd. Torrentii cum Bentleii Colbertino, *Cujus odorem oleum*. ‘Putabam olei Græcismo ponи pro oleum: Oleum, ejus olei odorem nequeas perferre, instillat: ut Terent. And. prol. vs. 3. ‘Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.’ Gesn.—

## NOTÆ

tra honestum dignum laude.

55 *Avidienus, &c.]* Exemplo demonstrat quid sit victus sordidus. Avidienus a sordibus et immunditia canis cognominatus vere est, quippe qui veseitur oleis vetustate corruptis, et cornis sylvestribus: caules vero aspergit exiguo oleo vetere quidem et fœtente, acetum duntaxat abunde affundens. Hæc certe vivendi ratio sordida est.

58 *Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum]* Etiam in libationibus ad honorem Deorum fieri solitis ille vapores adhibet; nec vinum patera defundit nisi acescens.

60 *Repotia]* Festus: ‘Postridie nuptias apud novum maritum coenatur, et quasi reficitur potatio;’ quæ inde ἐπανάλη dicitur, pridie vero nuptia-

rum προανάλη, inquit Cælius xv. 18. et 24. Alex. ab Alex. ii. 5. Repotia, inquit, postridie nuptias lætiore convictu affines apud novum maritum percolebant: qua die nova nupta in viri domum libertatem auspicari, et dominam agere simul, et rem divinam facere assuerat.

*Natales]* Vide Pers. init. Sat. ii. ubi natalem diem ‘meliore lapillo numerandam,’ hilariterque transigendam, atque in ea ‘fundendum Genio merum,’ præcipit.

*Aliosve dierum Festos]* In his mos erat optimum vinum promere et quidem liberaliter, ad lætitiam excitandam: nam ‘lætitiae Bacchus dator,’ ex Virgil. Æn. i. 738. At Avidienus contra

Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri  
 Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.  
 Quali igitur victu sapiens utetur? et horum  
 Utrum imitabitur? Hac urget lupus, hac canis, aiunt.  
 Mundus erit, qui non offendat sordidus, atque      65  
 In neutram partem cultus miser: hic neque servis,

*dies festos colat indutus veste candida. Quo ergo victu utetur sapiens; et quem istorum imitabitur? Inde premit lupus, illinc instat canis. Nitidus erit qui nec sordida peccarit vivendi ratione, nec se misere curabit hac aut illa parte. Is neque*

62 Zarot. et Vet. Comb. *non largus aceti.* ‘Sordidior erit Avidienus, si cum prima omnium editione legas, *non largus aceti*, in quo facile alias est largum esse.’ Gesn.—64 Exc. Sax. Harl. 3. 4. 6. Zarot. Mediol. 1477. 1502. Venetr. 1477. 1478. 1479. Florent. 1482. Vet. Comb. et omnes ante Lambinum, *hac canis angit.* ‘Bene Lambinus aiunt. Nam et ego in fidelissimis exemplaribus ita scriptum inveni: et sane magis proverbium sapit, quam si *angit* legamus.’ Torrent. Vet. Schol. et Torrentii codd. etiam *aiunt*; sic forsan omnes Bentleii; sed ille silet.—65 Blandd. Cruquii, Brod. *qua non.* Harl. 6. et sex codd. Crnui Lamb. Glarean. al. *offendet.* Bentleii edd. in margine *offendit.* Brod. Han. 1. Harl. 3. 4. 6. omnes Torrentii, sex codd. Cruquii, Vet. Schol. Zarot. Mediol. 1477. Florent. Glarean. et Lamb. *sordibus.* Hinc Bentleius edidit, *qua non offendat sordibus;* eumque secuti Sanad. Francis, et Kidd. *qua non offendat sordidus* Wakef.—66 *In neutram cultus partem* Cuning.—

## NOTÆ

61 *Albatus]* Ex more veterum: toga indutus recens lota et dealbata. Pers. mox cit. Sat. II. 40. ‘negato, Jupiter, hæc illi, quamvis te albata rogarit.’

*Cornu ipse bilibri Caulibus instillat, veteris]* Adverte singulas voces sordidam parcitatem notantes: e vasculo in olus vile guttas aliquot olei foetidi instillat ipse quidem, veritus ne alter copiosius affundat; vel ne servus inde quid delingat, delibet, surripiat.

*Veteris]* Hoc epithetum alii jungunt cum praecedenti voce, *olei*: alii cum sequente, *aceti*. Simile quid habet Pers. Sat. III. 27. et seq. ‘Pan nosam faciem morientis sorbet aceti.’

63 *Horum Utrum imitabitur]* An Gallonium luxuriosum et prodigum, an Avidienum sordidum et nimis parcum?

64 *Hac urget lupus, hac canis, aiunt [angit]* Loco vocis *angit*, quidam legunt *aiunt*. Certe proverbium est. Porro comminiscuntur hinc edacitatem et ingluvi lupi, illinc immun ditiam canis: item delicias interpon tanti lupi, de quo supra; atque sordes Avidieni canis cognominati.

65 *Mundus erit, &c.]* Is erit mundus, honestus, bonus, rectus in vivendi modo, qui medium tenebit ac modum; nec profuse sumtuosus, nec indecora parsimonia sordidus.

*Non offendat sordidus, utque In neutram partem cultus miser]* Non se odiosum aut miserum præstabit, cultu seu sumtibus seu parcite immoderato; nentra parte nimius erit. Vocem *cultus* accipe in genit. id est, curæ sui majoris aut minoris quam par sit.

Albucī senis exemplo, dum munia didit,  
 Sævus erit; neque, sicut simplex Nævius, unctam  
 Convivis præbebit aquam: vitium hoc quoque magnum.  
 Accipe nunc, victus tenuis quæ quantaque secum      70  
 Afferat. In primis valeas bene; nam variæ res  
 Ut noceant homini, credas, memor illius escæ,

*verberabit famulos officia distribuens, ad instar Albutii retuli; neque, ut Nævius inconsultus, dubit convivis aquam immundam. Est enim hoc etiam grande peccatum. Jam disce quæ et quanta bona secum advehat frugalitas. Primo sanitatem habebis. Etenim ciborum diversitatem esse homini perniciosa minime dubitabis, recordatus*

67 *Albuti* edd. ante Bentl. *Albuci* codd. Lambini, quatnor Bersmanni, Bentl. Zeun. Sanad. Francis. Wetzel. Heindorf. Wakef. et Kidd.—68 Harl. 3. 4. 6.

## NOTÆ

67. *Albuci senis exemplo*] Hunc avaritiæ quidam, alii contra profusionis accusari volunt. Netri bene. Horatius primo culparit intemperantiam et immoderationem in querendis cibis carioribus, pariter ac sordidiorum victimum. Jam damnat nimium lauitiæ et elegantiæ studium in struendo parandove convivio, atque huic contrarium negligentiae vitium: affertque exempla Albucii et Nævii opposita. Albucins nimia eura peccat, qui sævit etiam in famulos iunctis officiis paulo minus sedulos; ac si quid non satis accuratum compéreret, dure plectit: immo, inquiunt, servos ille ante verberabat; seu ad arcendam statim segnitiem, seu ne postea peccantes cædere non vacaret. Contra Nævius indiligens et pa- rum laetus; ut mox dicetur.

*Didit*] Dat, dividit. Vetus est verbum dido, is; quod frequens usurpat Lucretius; quin et Virgil. Æneid. VII. 144. ‘Diditur hic subito Trojana per agmina rumor,’ et Æneid. VIII. 132. ‘Tua terris didita fama.’

68. *Simplex Nævius*] Negligens, pa-

rum sapiens et prudens, non satis mundus; quippe qui aquam impuram, lutulentam, sordibus contaminatam præbet conviviis admiscendam vino ac bibendam. Ergo Albucins ille plus æquo erat curiosius in epularum apparatu; Nævius autem minus quam decet: quod utrumque vitium magnum est.

70. *Accipe nunc, victus tenuis, &c.*] Cic. Tuscul. v. n. 99. ‘Adde siccitatem quæ sequitur continentiam in victu. Adde integratatem valetudinis.’ Offic. II. n. 86. ‘Valetudo sus-tentatur . . . continentia in victu omni atque cultu,’ &c.

72. *Credas, memor illius escæ, &c.*] Facile credes varietatem ciborum homini esse noxiæ, si modo velis meminisse quam utilis tibi fuerit esca simplex, quæ in stomacho placide cocta, bono succo, atque, ut aiunt, chylo, repararit vires corporis: et c contrario, quantum molestiæ tibi crearit esca multiplex, quoties deglu-tiisti simul assa cum elixis, carnes cum piscibus, &c.

Quæ simplex olim tibi sederit : at simul assis  
Miscueris elixa, simul conchylia turdis ;  
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum      75  
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis  
Cœna desurgat dubia ? Quin corpus onustum

*ejus escæ, quæ una tibi aliquando constiterit : verum si miscueris elixa cum ussatis, et conchylia cum turdis; dulcia mutabunt se in bilem, atque iners pituita stomachum perturbabit. An aspicis quemadmodum quisque pallens surgut e convivio sumtuoso?*

Vet. Comb. nec sicut. Venet. Glarean. Bentl. al. nec sic ut.—77 Han. 1. ne

## NOTÆ

73 *Tibi sederit*] Quieverit concocta absque ullo ventriculi aut stomachi perturbatione ac tumultu. Teste Hippocrate, cibi dissimiles invicem se corrumpunt et seditionem concitant, τὰ γὰρ ἀνθρώπια στασιάζει. Plutarch. Sympos. 4. ‘Ciborum copia turbat et corrumpit.’ Senec. Epist. 11. ‘Fas-tidientis est stomachi multa degustare, quæ uti varia sunt et diversa, non aliunt, sed inquietant et inquinant.’ Vide Macrobium Saturn. VII. 4. et 5. hac de re pluribus et luculentter disserentem : ‘Qui simplicem cibum sumit facile quo succo ejus corpus vel juvetur vel gravetur usu docente cognoscit:... et ita fit ut noxa, cuius causa deprehensa sit, facile vittetur. Qui autem multiplici cibo aliatur, diversas patitur qualitates ex diversitate succorum : nec concordant humores ex materiae varietate nascentes, nec efficiunt liquidum purumve sanguinem, in quem jecoris ministerio vertuntur; et in venas cum tumultu suo transeunt. Hinc morborum scaturigo, qui ex repugnantium sibi humorum discordia,’ &c.

74 *Conchylia*] Pisces conchis inclusos, ostrea, &c. Cic. in Pisonem : ‘Mensa exstructa non conchylis aut piscibus, sed multa carne.’ Plin. VIII. 57. ‘Censorinæ leges, princeps-

que M. Scaurus in consulatu, cœnis ademere conchylia, et ex alio orbe convectas aves.’ Cœl. Rhodig. XXVII. 23. ex Phalereo Demetrio, et Sophrone mimographo; ‘Conchylia,’ inquit, ‘gulæ proceribus adeo probata, ut vel inde sit conformatum adagium : esse conchylia viduarum cupedias.

75 *Dulcia se in bilem vertent*] Gall. grires. De his iam 1. Sat. 5. et postea 1. Epist. 15. ‘obeso Nil melius turdo.’ Vide ibi Not.

75 *Dulcia se in bilem vertent*] Quæ scilicet non bene cocta fuerint in ventriculo, maxime vero dulcia in bilem amarosque humores convertuntur.

76 *Stomachoque tumultum Lenta feret pituita*] Pituita humidus ac frigidus humor a cerebro defluens in stomachum, ibique offendens excitatam billem calidam et sicciam, turbas ingentes ac tumultus movebit. Macrob. ante cit. ‘Humores repugnantes ac discordes non purum faciunt sanguinem, et in venas cum tumultu suo transeunt.’

76 *Pallidus omnis, &c.*] Decolor, male habens, dum ægre coquuntur cibus multiplex et varius; qui calorem naturalem gravat imbecillorem et extinguit: atque hinc pallor.

77 *Cœna dubia*] Sumtuosa, tam co-

Hesternis vitiis animum quoque prægravat una,  
Atque affligit humo divinæ particulam auræ.  
Alter, ubi dicto citius curata sopori

80

*Immo corpus oppressum præcedenti intemperantia simul deprimit animum, et prosternit in terram divini spiritus portionem. Alter contra, postquam recreavit cor-*

dubia surgat.

Exc. Sax. *desurgit dubia*.—79 ‘*Atque affigit* et veteres editiones habent, et omnes omnium codices; præterquam quibus usus est Lambinus, quorum duodecim, si fides est, *adfligit* præferebant. Nos sane in nullo id vidimus. Neque vero id multum refert, utrum ulli, qui nunc quidem extant, ita habeant necne: cum satis constet tam ex alio Flacci loco i. Sat. 1. 81. quam ex multis aliorum auctorum, voces ‘*Affigere*’ et ‘*Affligere*’ passim a Librariis confundi solere. Hoc igitur hic agamus; non utra lectio plures codices sponsores habeat, sed utra melior, loco aptior, et ad sententiam convenientior. Et de hoc quidem litigant Interpretes; neque ullus litigandi finis erit, nisi si auctor ab umbris excitatus controversiam ipse dirimat. Quippe utraque lectio proba est; ut necesse sit hanc illi, illam alteri pro vario hominum gusto magis placere. Recta, ni fallor, et extra omnem reprehensionem posita est lectio illa Lambini. Neque tamen nihil minus tibi arideat illa altera, quam aliorum codices tanto consensu subministrant: ‘*Atque adfligit humo divinæ particulam auræ*.’ Bentl. Han. Gott. Exc. Sax. Harl. 2. 3. 4. 6. Zarot. Mediol. 1477. 1502. et codd. quatuor Bersmanni, *affigit*. ‘Auctoritas pæne par utriusque verbi. Vis diversa, sed utraque huic loco apta: *affigit* vi quadam; *affigit*, ut non possit surgere.’ Gesn.—

## NOTÆ

piosa, ut quem e tot cibis capias dubius sis. Terent. Phorm. Act. ii. ‘*PH.* Cœna dubia apponitur. *GE.* Quid istuc verbi est? *PH.* Ubi tu dubites quid sumas potissimum.’

78 *Animum prægravat una*] Hebetem reddit ac sui similem, secumque ad terram inclinat animum, qui, cum divinæ consors naturæ sit, sursum debet et ad sublimia cœlestiaque conniti. Cic. Tusc. v. n. 100. ‘Quid, quod ne mente quidem recte uti possumus multo cibo et potionē completi?’

79 *Affigit [affigit] humo*] Al. *affigit humi*. Cic. de Senectute: ‘Est animus cœlestis ex altissimo domicilio depresso, et quasi demersus in terram, locum divinæ naturæ æternitatique contrarium.’

*Divinæ particulam auræ*] Cic. Tusc. v. n. 38. ‘Humanus animus ex divi-

na mente decerptus cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.’ Senec. Epist. 56. ratio nihil aliud est quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa. Juvenal. Sat. xv. 146. ‘Sensus a cœlesti demissum traximus aree.’ Egregiam hanc illi Ethnici sententiam hausere ex Sacris Codicibus, quos non ignoravere, ut alibi dixi. Genes. cap. ii. ‘Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae: et factus est homo in animam viventem.’

80 *Alter, ubi dicto citius, &c.*] Alter frugali utens vietu, postquam cibo somnoque modico curavit corpus, surgit alacer et expeditus ad solitas actiones. Contra qui hesternis epulis adhuc graves, ad resumendum mane laborem parum sunt vegeti.

Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit. Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam: Sive diem festum rediens adduxerit annus, Seu recreare volet tenuatum corpus; ubique Accident anni, et tractari mollius ætas	85
Imbecilla volet: tibi quidnam accedet ad istam, Quam puer et validus præsumis, mollitem; seu Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus? Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus	
Illis nullus erat, sed, credo, hac mente, quod hospes	90
Tardius adveniens vitiatum commodius, quam	

*pus brevi cibo et somno, exsurgit alacer ad injunctas functiones. Nihilominus iste poterit transire interdum ad lautiorem cibum, seu tempus recurrens adduxerit sacram diem, seu cupiet debilitatum corpus reficere; item cum anni multiplicati fuerint, atque melius urari posset atas ingravescens. Tu vero ad eam mollitem quam adhuc juvenis ac vegetus præripis, quid adjunges, cum vel ægritudo molesta vel senectus pigra acciderit? Prisci amabant aprum rancidulum, non quod carerent odoratu, sed, ut opinor, eo consilio quod hospes sero accedens aptius comedat paulo*



81 Codd. aliquot Lambini, *ad munia surget*.—83 ‘Adrexerit non adduxerit lectio est plurimum Codicum: nobis tamen placuit adduxerit; nam advehi dicuntur merces quæ de transmarinis partibus importantur. Quin et video scripturam istam superioris sæculi editoribus unice placuisse. Bentleio magis placuit adrexerit, etsi vox sit nantica.’ Baxt. Han. 1. et Harl. 3. 4. item ed. Lamb. adrexerit.—84 *Seu recreare velit* Exc. Sax.—85 ‘In omnibus Pulmanni et Bersmanni codd. et in pluribus Torrentii desideratur particula et; abest etiam ab edd. vett. et a libris meis, præter Regiu. omnibus. Atque hæc quidecum lectio satis commoda est, et libris plerisque fundata. Nequaque tam ambigo, quin altera illa, quam clare habet codex Regin. sola vera et sincera sit; dummodo pro que ex conj. reponas ve; sic: *ubire Accident anni, et tractari, &c.* ‘Ve’ enim particula disjunctiva cum ‘seu’ et ‘sive’ tertium locum obtinere solet. Recte igitur hic habet *ubire*; atque hoc modo evitabitur ambiguitas vocabuli *ubique*; quæ legentem continuo offendit.’ Bentl.—87 Codex Bersmanni *puer invalidus*.—91 Harl. 2. 4. 6. Han. 1. Gott. Exc. Sax. omnes Cruquii præter duo, edd. antiq. Lamb. Crnq. Lamb. Torrent. et recent. præter Baxt. qui ita annotat: ‘Vetus Interpres cum duobus Cruquii scriptis Codicibus legerunt *vitiaret* pro *vitiatum*. ‘Ordo cum hoc sensu; quod commodius hospes *vitiaret* servatum, quam totum dominus absumeret.’ Vet. Schol. Annotationes ad tres antiquissimos Cruquii Codices reddebant *vitiaret*, ‘reprehenderet.’ Com-

## NOTÆ

82 *Hic tamen ad melius, &c.]* Qui cibum quotidie capit exiguum, poterit interdum lantiori se convivio exhilarare et recreare, seu publicæ lætitiae causa et occasione, seu ob

propriam necessitatem. Qui vero moliter vivit, senio vel ægritudini incidenti quod præbeat levamen aut solatum nullum insuper habet.



Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter  
Heroas natum tellus me prima tulisset!

Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem  
Occupat humanam? grandes rhombi patinæque      95  
Grande ferunt una cum damno dedecus: adde  
Iratum patrum, vicinos, te tibi iniquum,  
Et frustra mortis cupidum, cum deerit egenti  
As, laquei pretium. Jure, inquit, *Trausius* istis

*corruptum, quam vorax dominus incorruptum. Utinam me prima terra genuisset inter istos heroas. An quidpiam tribuis existimationi, quæ jucundior carmine intrat in aures hominum? Magni rhombi et catini magnum probrum simul cum detimento afferunt. Adjunge infensum patrum, vicinos, temet tibi inimicum, et frustra mori querentem, quando inopi non aderit as pretium restis. Dices: Merito*

modius *vitiaret*, quod mallent hospite meum vituperare. Bentleius retinuit *vitiatum* quod in Editis legerat, contra consuetum sibi morem.' Harl. 3. *vitiaret*.—95 'Occupet in plurimiis quidem libris extat, idque Lambino, Torrentio, Cruquio, et Bersmanno placuit, sed immerito; hæc enim lectio Poëtae verbis mirifice adversatur; quod et Bentleins in notis tandem animadvertisit. Alii libri habent *Occupat*, et omnino recte; *Occupat* autem valet 'occupare solet.' Cuning. Occupet Harl. 2. Han. 1. Bentleii Regin. Leid. et quinque alii, et duo Bersmanni. Occupat Harl. 3. 4. 6. Gott. Exc. Sax. Magdal. Trinit. et edd. antiq.—99 *Æs laquei pretium* Gott. Exc. Sax. Harl. 4. 6. major pars codd. Bentleii, et Mediol. 1502. As l. *pretium* Blandd. Crnq. nonnulli ap. Bentl. Harl. 2. 3. Lamb. in ed. secunda. al. 'Mira varietas, *Trasius*, *Travius*, *Traulius*, *Trausius*, *Tosius*, *Trallius*. Cum autem *Travius* occurrat in Veteribus Scholiastis, ego *Trallius* prætuli; quod Nomen videtur

#### NOTÆ

91 *Quæ carmine gratior*] Vel, quæ gratior quavis modulatione: vel, quæ fit per carmen celebrior. Norunt omnes Alexandrum illum magnum Achilli invidisse, quod nactus esset eximum laudum suarum præconem Homerum.

96 *Adde Iratum patrum, &c.*] Præter allata jam luxuriosi victus mala, adde quod odium incurris propinquorum, amicorum, immo et vicinorum, qui omnes oderunt luxuriam. Cic. contra Rullum: 'Odit populus Romanus privatam luxuriam.' Offic. i. 'Turpe est diffinire luxuria... Luxuria cum omni ætati turpis, tum se-nectuti fecissima est.'

*Patrum*] Cujus es tutelæ commis-

sns, et cui proinde obsequi te par est a prodigendo patrimonio deterrenti, sumitus nimios vetanti.

*Te tibi iniquum*] Quippe qui tuas opes effundis in alios, nihil tibimet reservans, seu quo ingruenti inopie subvenias, seu quo in desperatione rerum tuarum mortem tibi conciscas.

99 *As [Æs], laquei pretium*] Sat penitiae ad emendum laqueum. Placet alia lectio *As*, hoc sensu: Ut nec assem unum habeas superstitem, quo emas restim, ad suspendium, finierendasque simul cum vita ærumnas et miseriam summæ egestatis assecelas. Huc spectat adagium: 'Ad assem redactus.'

*Trausius*] Homo prodigus, et hinc

- Jurgatur verbis : ego vectigalia magna, 100  
 Divitiasque habeo tribus amplas regibus. Ergo  
 Quod superat, non est melius quo insumere possis ?  
 Cur eget indignus quisquam, te divite ? quare  
 Templa ruunt antiqua Deum ? cur, improbe, caræ  
 Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo ? 105  
 Uni nimirum tibi recte semper erunt res.

*quidem Thrasius ejusmodi sermonibus increpatur : ego vero reditus ingentes possedeo, et opes tribus regibus suffecturas. An igitur deest melior ratio insumendi quod superfluum est ? Quare inops est aliquis immeritus, dum tu es opulentus ? Cur vetusta numinum fana decidunt ? Quare, pessime, e tam abundanti cunno non detrahis quicquam dilectæ patriæ largiendum ? Scilicet tibi soli bene semper fluent*



deductum a Trallibus Asiae civitate : siquidem duplex *L* facile mutari possit in *U*. Erat autem iste Trallius pauper et prodigus. Vet. Schol. Bentleius prætulit *Trausius* ex sola sua conjectura, quod illud Nomen repererit in Gruteri Inscriptionibns.<sup>7</sup> Baxt. *Trausius* Blandd. Crnqnii, aliquot Bentl. Han. 1. Gott. Zarot. Mediol. 1477. Florent. 1482. Venett. 1477. 1478. 1479. &c. *Trosius* in quibusdam aliis Bentl. et Cruq. *Trarius* Leid. et Regin. ‘Porro inquit hic legendum pro inquis, cum edd. vett. et codd. melioris notæ, ut Leid. et Regin. enm aliis.’ Bentl.—105 Harl. 6. et Vet. Comb. magno emetiris acervo.—106 *Uni nimirum recte tibi* qnatnor codd. Bersmanni et edd. quædam vett. ‘Alio ordine codices nostri, Leidensis, Zilichemianus, Galeanus, et Reg. Societatis, *tibi recte*; nisi quod nonnulli male preferant *rectæ*. *Uni nimirum tibi*; id est, *Soli tibi*: ita hæc melius conjunguntur. Deinde pro erunt legendum ex ingeniosa Nic. Heinsii conjectura eunt : *Uni nimirum tibi recte semper eunt res*. Ita Cicero ad Atticum XIV. 15. ‘Incipit res melius ire, quam putaram.’ et XIV. 20. ‘Dolabellæ et prima illa actio, et hæc contra Antonium concio mibi profecisse permittunt videtur: prorsus ibat res.’ Tacitus Annal. XII. 68. ‘Cebroque vulgabat, ire in melius valetudinem principis.’ Ita ‘res procedere,’ ‘bene cedere,’ ‘pessum ire,’ ‘retro ire,’ ‘redire’ dicuntur. Bentl. *rectæ* in libris quibusdam reperiri testatur Lambinns. eunt

## NOTÆ

prorsus inops et egens rerum omnium.

100 *Ego vectigalia magna, &c.]* Prolepsis est. Qui non amplas habet et magnas opes, ac sumtus facit magnos, is jure admonetur et objurgatur. Atqui ego non ita. Nam ingentes divitias possideo cuilibet magno sumtu pares.

*Vectigalia]* Privatos reditus copiosos publicis vectigalibus æquales.

101 *Tribus amplas regibus]* Plutarchus ita scribit, Marium ædes et opes habuisse multis regnis pares.

*Ergo Quod superat, non est melius quo, &c.]* Respondet Horatius: Atqui divitias illas ingentes non dilapidare, sed recte insumere oportet: superflua tibi multa sunt: quin iis sublevas cives quos iniqua sors panperes fecit meliori conditione alioqui dignos? Quin restauranda curas dirinta vetustate Deorum templâ? Quin e tanto bonorum acervo decerpsum aliquid impertis Reipubl. et patriæ, quæ tibi certe cara esse debet?

106 *Uni nimirum tibi, &c.]* Attende vero quam stulte præsenti rerum sta-

O magnus posthac inimicis risus! Uterne  
 Ad casus dubios fidet sibi certius? hic, qui  
 Pluribus assuerit mentem corpusque superbum?  
 An qui, contentus parvo metuensque futuri, 110  
 In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?  
 ¶ Quo magis his credas; puer hunc ego parvus Ofellum  
 Integris opibus novi non latius usum,  
 Quam nunc accisis. Videas metato in agello  
 Cum pecore et gnatis fortem merccede colonum, 115

*omnia: O cachinnus ingens deinde adversariis! Quis duorum sibi confidet securius in casibus incertis; an is qui unum et corpus arrogans assuefecerit multis, an qui, modico contentus et futuri providus, in pace comparaverit necessaria ad bellum, uti solet sapiens? Verum ut majorem his habeus fidem; ego parvus puer Ofellum hunc animadvertis non largius usum facultatibus integris, quam nunc attritis. Cernas jam ir dimenso agro cum liberis et grege strenuum agricolum mercenarium sic lo-*



Harl. 4. 6. Bentl. et Kidd.—107 Venet. 1559. et Glarean. *Uter nam.* ‘Vir doctus Henricus Stephanus pro latius reposuit laetus ex conjectura, quod miror placuisse Cruquio viro eleganti. *Latius* posuit quia dicturn erat ‘accisis.’ Baxt. ‘Juvenal. Sat. xiv. 234. ‘Indulgent sibi latius ipsi,’ Gesn. *latius*

#### NOTÆ

tui confidas, quasi prospera semper habiturus: immo cave ne alto corruens lapsu graviore, præbeas et inimicis risum ac ludibrium, et malitiosæ Fortunæ ludum ac joenum, atque, ut ait Juvenalis, ‘nimum,’ Sat. vi. 607.

107 *Uterne Ad casus dubios, &c.] Urget porro noster Poëta: Dic, amabo, uter in adversis constantior futurus est, an qui rerum omnium copia semper se satiarit, an qui bonis licet affluens modico se victui assueficerit? exemplo rem accipe. Ofellus olim dives, nunc pauper, mutatam sortem vix sentit; quoniam inter opes non abundantiori cibo usus est, ‘futuri metuens;’ atque ‘in pace,’ et secundis rebus, ‘ut sapiens, aptans idonea bello’ et egestati præsidia, nempe tolerantiae studium, animumque et corpus ‘contentum parvo.’*

112 *Ofellum] Post Philippensem victoriam reductis in Italianam militi-*

*bus agros divisit Augustus veteribus dominis ademtos. Sic et Propertius prædia amisit, quod ipse conqueritur: et Virgilius ipse suorum possessione depulsus ac tantum non spoliatus est: patet ex Bucolicis, Ecl. i. et ix. Sic etiam Ofellus suum agrum Umbreno cuidam militi attributum perdidit; ac deinceps velut alienum mercede conductum excœlinet: snoque labore et opera rustica se suamque familiam sustentavit et aluit.*

114 *Metato in agello] Salmasius metatum interpretatur opimum, quasi electum et assignatum. Malim tamen cum aliis intelligere simplicius pertica dimensum. Nam ita cuique certa mensura, certa jugera assignabantur. Virg. in Diris: ‘Pertica quæ nostros metata est impia agellos.’ Propert. iv. l. 130. ‘Abstulit excultas pertica tristis opes.’*

¶ Non ego, narrantem, temere edi luce profesta  
 Quicquam præter olus, fumosæ cum pede pernæ :  
 Ac mihi seu longum post tempus venerat hospes,  
 Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem  
 Vicus, bene erat, non piscibus urbe petitis,      120  
 Sed pullo atque hædo : tum pensilis uva secundas  
 Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu :  
 Post hoc ludus erat culpa potare magistra ;

*quenam : haud ego die non festa comedi quidpiam temere nisi herbas cum pede fumoso porci. Quando vero hospes accesserat post diuturnum intervallum, aut vicens jucundus mihi conviva, per pluviam laborem intermittent, lautæ erant epulæ non e piscibus urbe quæsitis, sed e pullo et capro. Deinde pensiles uvaæ, et nuces, et crassiores fucus instruebant secundam mensam. Postea ludus erat bibere craterem*

Nic. Heinsius.—118 *At mihi Venet. 1559. cum longum Venet. 1559. Glarean.*  
 R. Steph. Rutgers. Bond. Schrevel. Delph. al. ante Bentl. Sed *seu longum* Harl. 2. 3. 4. 6. Gott. Han. 1. Exc. Sax. omnes Bentleii edd. antiq. et recent. post Bentl. *venerit hospes unus Bersinanni.*—121 Harl. 3. et Vet. Comb. tunc *pensilis.*—123 *Posthac codex Bersmanni.* ‘Hunc locum in omnibus fere libris corruptum ego una litera detracta emendavi *cupa;* enjus emendationis spero omnes politos, et eruditos homines approbatores fore : ab Adriano quidem Turnebo eam magnopere olim probatam memini.’ Lamb. Lambinum seuti Bentl. et Kidd. Nic. Heinsius conj. *pulpa;* et Bentl. *nulla.*

## NOTÆ

116 *Non ego, &c.]* Hæc et quæ sequuntur ad finem hujus Satiræ, Ofelli narrantis verba sunt.

117 *Pernæ]* Pernam cum petasone male confundunt aliqui. Petaso est coxa porcina salita costas etiam comprehendens : perna est petasonis pars carnosior, pedi proxima, cum ipso pede. Unde patet Poëtæ nostri accurata dictio, atque Ofelli parsimonia, qui profestis diebus non peruan sed pedem tantum, pernæ partem deteriorem, comedeteret, etiam dum integræ opes erant.

119 *Per imbrem]* Num plueret, atque intermitti opus necesse erat.

121 *Pensilis uva]* Quæ passa suspenditur hyeme comedenda. Varro de Re Rust. 1. 58. ‘Cato ait . . . uvas quas suspendas, opportunissimas esse duracinas, amineas, et scantianas.’ Et cap. 68. ‘Pensilia, ut uvaæ, mala, et

sorba, ipsa ostendunt quando ad usum promi oporteat: quod colore mutato, et contractu acinorum, si non demiseris ad edendum, ad abjiciendum descensurum se minitantur.’ Plin. XIV. 1. ‘Uvaæ durant aliae per hyemem pensiles nodo concameratae, congerminatae, conglomeratae.’ Sunt enim variae lectiones hujus vocis.

122 *Cum duplice ficu]* Alii intelligunt caricas seu fucus siccas duplicitis generis, albas et nigras, præcoces et serotinas. Alii referunt ad ficum quæ bifera dicitur. Alii volunt significari mariscas, quæ sunt fucus grandiores, at insipidae, viles, ‘fatuæ’ Martiali VII. 24. certe Ofelli convenientes frugali mensæ. Aristot. Problem. Ισχάδες αἱ δίχα ἐσχισμέναι. Vide Columel. XII. 15. Plin. XV. 18. Macrob. III. 20. &c.

*Delph. et Var. Clas.*

*Horat.*

123 *Ludus erat culpa [cuppa] potare*

3 O

Ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto,

Explicit vino contractæ seria frontis.

125

Sæviat, atque novos moveat fortuna tumultus;

Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcus, aut vos,

O pueri, nituistis, ut huc novus incola venit?

Nam propriae telluris herum natura neque illum,

*magistro. Denique Ceres, rogata ut celsam aristam erigeret, vino porrigebat frontem rugosam et solicitam. Ergo sors adversetur novaque bella moliatur, quid inde auferet? Quanto minus vel ego, vel vos, o pueri, culti fuistis, ex quo novus inquitinus istuc accessit? Etenim proprii agri dominum neque hunc, neque me, nec ullum*

—124 *Ac ventura Mediol.* 1477. ‘Cruquins et Lambinus sic dederunt: *Ac venerata Ceres, uti culmo surgeret alto.* Et nuper vir eruditus: *Ac venerata Ceres, ita culmo uti surgeret alto: oblii scilicet vocabulum uti posteriorem syllabam semper producere.* Editiones priscæ, et membranæ, opinor, omnes, certe nostræ exhibent: *ita culmo surgeret alto: rectissime.*’ Bentl. *ut culmo* Mediol. 1502. Talbot, Pine, et Sandby. *ita culmo* Mediol. 1477. Cuning. Sanad. Wetzel. et recentt.—127 ‘Quidam libri manucripti habent, *Quantum hinc eminuet?* unde conjicere possis, legendum deminuet.’ Lamb.—128 ‘Male qui pro nituistis hic virxistis legunt, quanquam non uno in cod. sic reperi.’ Torrent. —132 ‘Neseio quare post Lambinum et Cruquium jam omnes fere edd. Postremo hic præferant; Venetae enim et Locheriana, et membranæ omnes notæ melioris, Postremum.’ Bentl. Postremum Harl. 3. 6. Mediol. Vet. Comb. Glarean. Heins. R. Steph. Rutgers. Bond. Schrevel. Wetzel. Sanad. Francis, Heindorf. Wakef. et Kidd. Postremo Harl. 2. 4. Han. 1. Gott. Exc. Sax.

#### NOTÆ

*magistra]* Nulla archiposia, nullo convivii rege bibendi modum præscribente: sed quasi ipsa cuppa duntaxat domina, potabamus ad arbitrium, libere, quantum placeret. De rege ac legibus convivii, I. Od. 4. et II. Od. 7. Quidam legunt *culpa*, ut qui peccasset adversus leges convivii et symposiarchæ, in poenam haurire cyathum juberetur: afferuntque Plant. Stich. ‘Qui peccarit poculo multabitur.’ Verum hæc parum congruunt simplicitati rusticæ et moribus Ofelli.

*Culpa [Cuppa]* A κύββα, poculum: Hesych. Gall. une coupe.

124 *Venerata Ceres]* Religiosa libatione Cererem venerabamur, ac precabamur ut amplam daret messem: tunc bona spe concepta hilaritati indulgebamus. Antiqui ‘venero’ et ‘veneror’ dixerunt. Virgil. Æneid.

III. 460. ‘Venerata sacerdos:’ passiva significatione, ut hoc Horatii loco.

126 *Sæviat, atque novos, &c.]* Fortunam recte provocat Ofellus, ‘angustam pauperiem pati’ assuetus. Ad rem omnino Seneca Epist. 18. ‘Quod necessitati sat est Fortuna debet etiam irata.’

127 *Quanto aut ego parcus, &c.]* Ex quo Umbrenus tenet agrum meum, an Fortunæ ictus, an diminutum victimum sensimus? an corporis color ac nitor deperit? Immo cibi parabiles, ut ante, in promtu semper affuerunt: eadem vivendi agendique ratio: idem animus.

129 *Nam propriae telluris herum, &c.]* Cic. Offic. I. n. 21. ‘Sunt autem privata nulla natura: sed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua

- Nec me, nec quenquam statuit : nos expulit ille ; 130  
 Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris,  
 Postremo expellet certe vivacior hæres.  
 Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli  
 Dictus erat, nulli proprius ; sed cedit in usum  
 Nunc mihi, nunc alii : quocirca vivite fortes, 135  
 Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

*natura constituit : iste nos abegit ; istum abiget vel fraus, vel ignoratio tricarum juris, tandem certe hæres superstes. Ager ille modo sub nomine Umbreni, paulo ante Ofelli nuncupatus, nemini proprius est : at fructum afferet jam mihi, mox alteri. Quapropter constantes estote ; et rebus contrariis magnos animos ob- jicite.*

Delph. Dunster. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. et Comb.—134 *Dictus, erit Han.*  
 1. Gott. alii, et edd. ante Bentl. item Cuning. Sanad. Francis. Heindorf. et Wakef. *Dictus erat Harl. 2. 3. 4. 6. Bentleii Battel. Galiens. Magdal. Reg. Soc. et Trinit. Exc. Sax. et nnus Bersmanni; item Zarot. Bentl. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Wetzel. Comb. et Kidd. cedet omnes qui habent erit, paucis exceptis eodd.*

## NOTÆ

venerunt : aut victoria, ut qui bello potiti sunt: aut lege, pactione, conditione, sorte.’ Senec. Epist. 88. ‘Non dominus isto, sed colonus intrasti.’

131 *Illum aut nequities, &c.] Sua ipsius luxuria, vel aliena frans et improbitas. ‘Vafri inscitia juris’ Gall. une chicane malicieuse. Vide postea II. Epist. 2. 172. et seq.*

132 *Vivacior hæres] Horat. mox cit. ‘Perpetuus nulli datur nsus ; et hæres Hæredem alterius velut unda supervenit undam.’*

133 *Nunc ager Umbreni, &c.] Expressa dictio ex Luciani Epigrammate : Ἀγρὸς Ἀχαιμεγίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου· Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἑτερον· Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν*

*μέ ποτ’ φέτο, καὶ πάλιν οὗτος Οἰεταῖς εἰμὶ δὲ ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ Τύχης. Ager Achæmenidæ eram olim, nunc vero Menippi. Et rursus ab alio transibo ad alium. Etenim ille possidere me putabat : et hic modo putat. Nullius autem omnino sum, sed Fortunæ.*

134 *Cedit in usum Nunc mihi, nunc alii] II. Epist. 2. 171. ‘tanquam Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ, Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema Permutet dominos, et cedat in altera iura.’*

135 *Quocirca vivite fortes, &c.] Quæ cum ita sint, o pueri mei, discite exemplo meo nihil proprium vobis existimare, parvo contenti esse, et sic Fortunnæ vim frangere.*

## SATIRA III.

Omnes insanire, etiam ipsos Stoicos, dum hoc docent. *Baxt.* Ut rem duram et offensionis plenam, omnes insanire, tuto, apte, et probabiliter diceret Satiriens, Damasippum, ex prodigo Stoicum philosophum repente factum, quem vulgo insanum vocabant, loquentem induxit. Hic primum ipsius Horatii in scribendo segnitiem perstringit: tnm verbis Stertinii Stoici magistri inductione utitur ad dogma Stoicorum docendum, omnes esse stultos et insanos. Ad hos igitur esse referendos ait, ‘timidos,’ qui temere metuant: ‘audaces,’ qui metuenda non reformident: ‘lucri cupidos,’ qui creditoribus incertis, malæ fidei, et prodigiis dent mutuo peccarias: ‘avaros,’ et qui rem ostentaudi gratia corradant, et qui a corrisis abstinent, et ipsi sordidissime miserrimeque vivant: Aristippum, qui aurum abjicere servos jusserit: ‘sævos’ erga uxorem matremque: ‘ambitiosos,’ veluti Agamemnonem, qui ob gloriam immolaverit filiam: ‘luxuriosos,’ exemplo Nomentani, Æsopi filii, Arrii filiorum: ‘libidinosos,’ qui meretrices sectentur: ‘superstitiosos,’ exemplo libertini eujusdam et matris. Tandem et ipsum Horatium esse insanum insanus dicit ob imitationem Mæcenatis in ædificando, ob carmina, iracundiam, magnificentiam in cultu et habitu, et amorem puerorum puellarumque.

**SIC raro scribis, ut toto non quater anno  
Membranam poscas, scriptorum quæque retexens,**

DAMASIP. *Tam infreque[n]ter scribis, ut anno integrō rix quater petas membran-*



Satira quinta Libri primi in Ed. Sanad.—**1** *Si raro* Gott. Exc. Sax. unus Bos. tres Bland. et alter ap. Cruq. et duo Pulmanni. *scribes* tres codd. Pulmanni. Unde Bentl. edidit, *Si raro scribes*; eumque secuti Franeis et Kidd. *Sic raro scribis* alii omnes codd. etiam Harl. et edd. antiq. ‘Quod si *Sic* retinere velis, tum per interrogationem efferas censeo: *Sic raro scribes, ut toto*

## NOTÆ

**1** *Sic raro, &c.]* Plures hic dialogismi, sed duo sunt præcipui: prior Damasippi Philosophi cum Horatio, usque ad versum 39. ubi hunc ille Stoico supercilie redarguit, quod nihil novi scriberet: alter est Stertinii item Stoici cum Damasippo. Vel si mavis, Damasippus ipse refert Horatio Stertinii secum et cum aliis quibusdam sermocinationem sat prolixam. Atque in hac Satiriens noster, excutiendo solenne Stoicis placitum, acute vellicat plerosque vanæ mentis

homines, qui solos se sapere vendabant.

*Ut toto non quater, &c.]* Primum se castigari insimularique desidia a Damasippo fingit Horatius, ut inde sensim ac pedetentim ad propositum subrepatur; atque ‘vafer vitium’ ac vulnus quod rescindere vult, ‘tangat:’ quemadmodum ait Persius Sat. I. 116.

**2 Membranam poscas]** Ex adversariis in membranam nihil transcribis velut emendatum, atque hominum

Iratus tibi, quod vini somnique benignus  
Nil dignum sermone canas. Quid fiet? at ipsis  
Saturnalibus huc fugisti; sobrius ergo 5  
Dic aliquid dignum promissis: incipe; nil est.

*nam, singula tua scripta recensens; adversus temetipsum iratus, quod vino et somno indulgens nihil componas dignum celebrari. Ecquid erit? Huc venisti ab ipsis Saturnalibus. Igitur sobrius scribe quidpiam pollicitis respondens. Age: nihil*

*non quater, &c. Nil dignum sermone canas? quid fiet?* Bentl.—4 Harl. 2. 4. 6. Vet. Comb. Venet. 1559. Glarean. Lamb. et vulg. ante Bentl. *ab ipsis codd. Bersmanni, ab istis. Bland. vetust. ap. Cruq. Bentleii Regin. a m. pr.*

## NOTÆ

lectioni dandum: multa quidem habes in tabulis exarata, quæ perpetuo retexis, sed panca aut nulla in chartam et mundum refers. Prisci nimirum scriptitavere primo in ceratis tabellis; ut annotavi 1. Sat. 10. Deinde in charta seu papyro: 1. Sat. 4. Postea in membranis, quæ pelles animalium, quod Pergami inventæ et aptatae ad scribendum, pergamenæ dictæ sunt. Plin. XIII. 11. S. Hieron. Epist. ad Chromatium: ‘tam parvam Epistolam miseritis...chartam definisse non puto, Ægypto ministrante commercia. Et si alieni Ptolemaeus maria clausisset, tamen rex Attalus (Eumenes) membranas a Pergamo miserat, ut penuria chartæ pelibus pensaretur: unde et pergamentorum nomen ad hunc usque diem, tradente sibi invicem posteritate, servatum est.’ Ubi ex occasione et ἐν παρόδῳ, Lector, meminisse oportet, Pergami reges fere omnes appellari consuevit Attalos: pariterque Ægyptios nominatos deinceps Ptolemaeos, qui antea Pharaones.

*Retexens]* In tabulis enim, verso stylo, ceraque complanata, licebat mutare et rescribere quidlibet: non perinde in membranis. Ovid. ‘Incipit, et dubitat: scribit, damnatque tabellas: Et notat, et delet; mutat, culpatque, probatque.’ Vide Quin-

til. x. 3. sub finem.

3 *Iratus tibi quod, &c.]* Quod satis elaboratum nihil tibi videtur, irascerris et succenses tibimet: hinc relegis, deles, vertis, donec aliquid menti occurrat quod ipse probes, dignumque judices evulgari et tradi lectitandum eruditis. Epist. ad Pisones: ‘carmen reprehendite quod non Multa dies et multa litura coerent,’ &c.

4 *Dignum sermone]* Dignum Satiris mandari, proindeque legi et laudari.

*At ipsis Saturnalibus huc fugisti]* Quorsum hoc secessisti in villam tepidiori cœlo, vel foco luculentiori commodam, quasi ad scribendum aptiorem?

5 *Saturnalibus]* In memoriam priscae libertatis sub imperio Saturni, Romæ celebrabantur Saturnalia XIV. Kal. Jan. tumque servis domini præstabant epulas, ipsique ministabant; omni data quidvis loquendi licentia. Vide Macrob. Satur. 1. 10. Athen. XIV. et infra Sat. VII. 4. ubi de ‘libertate Decembri.’

*Sobrius ergo Dic aliquid, &c.]* Si quidem Romanæ plebis in Saturnalibus comessationes ac tumultus fugiens huc venisti, et quiete exoptata jam frueris, vinoque et somno parce indulgere licet, jam scribe quidpiam sobria mente dignum.

Culpantur frustra calami, immeritusque laborat  
Iratis natus paries Dis atque poëtis.

Atqui vultus erat multa et præclara minantis,  
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.  
Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro?

10

*prohibet. Sine causa calamos accusas: nec jure cædit paries factus adversis numeris et poëtis. At vultu multa et eximia spondebas, cum primum villa domicilio calenti te exceperisset. Quid prodest adjunxisse Platonem Menandro: atque Eu-*

*et Leid. Harl. 3. et edd. antiq. et recentt. post Bentl. at ipsis.—9 Cunning-  
Sanad. et Francis, multa ac præclara.—10 Bentl. conj. tepido c. v. lecto, quod*

## NOTE

6 *Nil est]* Nihil excusationis habes.

*Culpantur frustra calami]* Non est quod pueriliter culpam rejicias in calamos parum idoneos. Vide Pers. Sat. iii. init. ubi. ‘Tum queritur crassus calamo quod pendeat humor. . . An tali studeam calamo?’

7 *Immeritusque laborat, &c.]* Immerito cædis parietem, iratus quod votis respondentia non pariat mens. Pers. Sat. i. 106. ‘Nec pluteum cædit,’ &c. Quintil. x. 3. ‘Tum illa quæ apertorem animi motum sequuntur, . . . jactare manum, torquere vultum, . . . quæque Persius notat,’ &c. Hic nonnulli perperam afferunt fuisse veteribus parietes ceratos, in quibus noctu scriberent si quid menti occurseret. At fuerunt tabulæ certatae; quas quidem, vel fortasse ipsas parietibus lecto proximis appensas, ceratos parietes interpretari licet. Prior tamen explicandi ratio magis arridet.

8 *Iratis natus paries Dis, &c.]* Qui nempe toties immerito verberetur, Poëtis suam exonerantibus indignationem et iram quod animus eximia non excogitaret. Ita veteres dixerunt Diis adversis fieri, si quid male cederet.

10 *Si vacuum tepido, &c.]* Horatius

impatiens frigoris in villam suam prope Tarentum secedere consueverat. 11. Od. 6. ‘Ver ubi longum, tepidasque præbet Jupiter brumas.’ 1. Epist. 7. ‘Quod si bruma nives Albanis illinet agris, Ad mare descendet vates tuus,’ &c. Vide et Epist. xvi.

11 *Quorsum pertinuit, &c.]* Quorsum igitur tot libros tecum detulisti? Platonem, ad sententias. Epist. ad Pis. ‘Rem tibi Socratice poterunt ostendere chartæ.’ Menandrum, ad morum imitationem, qua præcellit: Eupolidem et Archilochum, ad sales et acrimoniam. Quae quidem omnia juvabant scripturum Satiras. Vide Platonis Alcibiad. poster, unde hujus materia Satiræ desunta.

*Platona]* Cic. de Orat. ‘Non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus anctor et magister Plato.’ Et postea: ‘Platonis locutio potius poëma putandum quam Comicorum Poëtarum.’

*Menandro]* Hic Athenis orinndus, novæ Comœdiæ scriptor eximus: quem Terentius secutus est. Quintil. x. 1. ‘Vel unus,’ inquit, ‘diligenter lectus ad cuncta efficienda sufficiat Menander: ita omnem vitæ imaginem expressit: tanta in eo inveniendi copia, et eloquendi facultas: ita

Eupolin, Archilochum, comites educere tantos ?  
 Invidiam placare paras, Virtute relicta ?  
 Contemnere miser : vitanda est improba Siren  
 Desidia : aut quicquid vita meliore parasti, 15  
 Ponendum æquo animo. ¶ Dî te, Damasippe, Deæque  
 Verum ob consilium donent tonsore : sed unde  
 Tam bene me nosti ? ¶ Postquam omnis res mea Janum

*polim et Archilochum assumisse comites egregios? An speras invidiam sedare virtutem deserendo? O felix despectui eris: fugienda est inertia mala Siren: vel pariter umittendum id omne quod meliore vita acquisivisti. HORAT. O Damasippe, Dii Deæque, propter salutare monitum, dent tibi tonsorem. Verum quomodo tam bene me cognoscis. DAMASIP. Postquam cunctæ meæ facultates perierunt apud*

postea damnat.—12 *Archilochum* Bentleius ex auctoritate unius cod. Regin. a m. sec. *educere? quid, tu conj. Rutgers. Idem pro quid, tu conj. etiam Quinte.*

## NOTÆ

est omnibus rebus, personis, affectibus accomodatus . . . in omnibus mire custoditur ab hoc Poëta decorum. Atque is quidem ejusdem operis auctoribus abstulit nomen, et fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit.'

12 *Eupolin, Archilochum*] De hoc in Epod. vi. de illo 1. Sat. 4.

13 *Invidiam placare paras, &c.*] An times homines malos offendere, quod non soles, carpendo vitia eorum, et satyricum salem iis affricando? An vero sic invidiam formidare incipis et inimicitias improborum? Cic. Catil. 1. 'Hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam gloriam putarem, non invidiam.'

14 *Improba Siren Desidia*] Hæc enim velut Siren hominibus blanditur et perniciem affert. Frustra est quod Cruquius hic communisetur dogmaticas Sirenes, de quibus Laërtius lib. x. in Vita Epicuri: quasi ad eas invidiose alluserit Stoicus Damasipus. De Sirenibus, 1. Epist. 2. 23.

15 *Vita meliore*] Meliori vitæ parte, ea nimirum quæ peracta est virtu-

tem colendo et exercendo, bonumque tibi nomen ac famam acquirendo.

16 *Damasippe*] Is Senatoria dignitate clarus ad inepta mercaturæ studia et negotia deflexit: in quo perditis facultatibus, futile Stoici Philosophi nomen captavit et habitum.

17 *Donent tonsore*] Lepida pariter et salsa gratiarum actio: adsit tonsor qui radat ac tondeat apte barbam illam tuam philosophicam prolixioram. Nihil certe aliud optari posse videbatnr homini res omnes spernenti, unamque virtutem et sapientiam æstimenti; quanquam barba tenus sapienti et philosopho.

18 *Postquam omnis res mea, &c.*] Posteaquam frenore, versuris, mercaturis, omnia bona disperdidi; antiquas imagines et statuas, villas item et ædes egregias emeudo venditandoque; nihil jam habens pro me gerere negotii, res alienas deinceps curo: sic mihi nota sunt quæ ad te pertinent.

*Janum Ad medium*] Ad medium Romæ forum, nimirum binc et inde Jani duplex erat effigies: medius au-

- Ad medium fracta est, aliena negotia euro,  
Excussus propriis : olim nam querere amabam  
Quo vafer ille pedes lavisset Sisyphus ære,  
Quid scalptum infabre, quid fusum durius esset:  
Callidus huic signo ponebam millia centum :  
Hortos egregiasque domos mercarier unus  
Cum lucro noram ; unde frequentia Mercuriale  
Imposuere mili cognomen compita. ¶ Novi : 25

*Janum medium, rerum alienarum satago dimotus a propriis. Etenim pridem cordi erat investigare, quo vase æreo pedes abluisset Sisyphus ille callidus: quid sine arte incisum, quid imperite conflatum esset. Ego solers illi statuæ pretium statuebam centena millia: solusque neveram hortos et aedes magnificas emere cum quaestu. Quocirca plateæ celebres cognominarant me Mercurii amicum. HOR. Scio et ad-*

—20 Tres optimi codd. Torrentii habebam pro anabam; unde ille conj. arebam.—21 Alii codd. ap. eundem Torrent. Quo fuerit ille.—22 Han. I. tres Bersmanni, Harl. 2. 3. 4. 6. Vet. Comb. Lamb. Bentl. al. sculptum. Baxt. ex quibusdam codd. et edd. yett. dedit scalptum.—25 Mercuriali coni. Cuning.

## NOTE

tem locus mercatoribus frequens erat; dicebaturque Janus medius, eo quod esset duas inter Jani statuas, quarum altera Janus superior, altera Janus inferior, appellabatur. Hinc postea I. Epist. 1. 54. ‘Virtus post nummos. Hæc Janus summus ab imo Perdoret.’ Meminit etiam Tull. in fine Offic. II. ‘A quibusdam viris optimis ad medium Janum sedentibus commodius disputatur de quærenda, de collocanda, etiam de utenda pecunia.’ Et Philip. VI. ‘De statua illa palmarum non possem sine risu dicere: L. ANTONIO JANI MEDII PATRONO. Itane? Janus medius in L. Antonii clientela sit?’

20 Olim nam querere amabam, &c.] Corinthium æs, vasaque antiqua studiebam cognoscere: v. g. quæ Sisyphii ævo conflata, signata, cælata: necnon quæ haberentur, mollius ac solertia fabricata.

**21** *Sisyphus]* Æoli filius, Corinthi

rex : de quo II. Od. 14. 20. et Epop. XVII. 68.

23 *Callidus huic signo, &c.*] Tanquam peritissimus istarum rerum æstimator, et negotiator famosus, ego pretium imponebam signis, statuis, ædibus magnificis, &c.

*Millia centum*] Supple, sestertium.  
Vide Not. 1 Sat. 3. 15.

*Vide Not. II. Sat. 3. 15.*  
24 *Hortos egregiasque domos, &c.]*  
Cic. Epist. vii. 23. emtorem exoptat  
vanum quempiam et fatue curiosum  
Damasippi similem, cui vendere pos-  
sit signa quædam laud sibi grata. Et  
Epist. xii. 32. Atticum rogit ut Da-  
masippum aggrediatur, atque ab eo  
quosdam agros sibi mercetur ad ri-  
pam Tiberis sitos.

**25 Mercuriale**] Antonomastice nimiri, Nam communne hoc alioquin mercatorum et lucerionum cognomen. Quid leg. *Mercuriali*, pari sensu. Mercurium præesse lucro et mercaturæ, cuilibet est compertum. 1, Od. 10,

Et morbi miror purgatum te illius. ¶ Atqui  
Emovit veterem mire novus, ut solet, in cor  
Trajecto lateris miseri capitisque dolore :  
Ut lethargicus hic, cum fit pugil, et medicum urget. 30  
¶ Dum ne quid simile huic, esto ut libet. ¶ O bone, ne te

*miror te liberatum eo morbo.* DAMASIP. *Nimirum veterem morbum novus depulit miro modo : sicut fit quando laborantis lateris aut capitis ægritudo transit ad stomachum : atque lethargicus aliquis fit pugil, et medicum verberat.* HOR. *Esto quidvis, dummodo non accidat quicquam par isti.* DAMASIP. *O bone, ne aberres,*

---

quod receperere Sanad. et Francis.—27 *Et morbi miror omnes edd. vett. cum multis codd. Et miror morbi* Harl. 2. 3. 4. 6. *unus Bersmanni, Vet. Comb. Venet. 1477. 1478. 1479. Bentl. Sanad. Heindorf, Wetzel. et Kidd.—29 Gott. Exc. Sax. Harl. 3. 4.* ‘Etiam hic per interpretum negligentiam impune grasa-  
ta est sciolorum hominum audacia. Cum enim Venetæ et Locheriana edi-  
tio recte habuissent *ve*; ut solet in cor Trajecto lateris miseri capitise dolore:  
nescio quomodo jam per sæculum et amplius illud *que* in excusis omnibus lo-  
cum obtinuit. Atqni non illnd vult Horatius, eundem hominem et latere et  
capite dolere, atque utrumque dolorem in cor una trajici. Nam ex compa-  
ratione : ‘Et miror morbi purgatum te illius,’ de uno hic morbo, non de plu-  
ribus agi manifestum est. Ergo *ve* huc restituendum; in alio scilicet capitise  
dolor, in alio lateris, in cor trajici solet. *Ve* etiam habet Battelianus et Re-  
gius, cum uno Bersmanni: quin et Scholiastes Acron clare agnoscit; ubi sic  
locum enarrat; ‘Qui lateris aut capitise dolore correpti sunt.’ Bentl. ‘Mi-  
nus probabilis videtur Bentleii Disjunctiva capitise pro capitisque; neque  
enim utilis erit.’ Baxt.—30 ‘Nescio cur Bentleius prætulerit angit, cum ur-  
get accommodior sit vox atque etiam fortior.’ Idem. Hoc loco fallitur Bax-  
terus; nam omnes Bentleii edd. illæ certe quibus usi sumus, Cantab. 1711.

## NOTÆ

27 *Morbi miror purgatum*] Miror te purgatum ea vesana libidine mer-  
candi cum lucro.

28 *In cor Trajecto lateris capitisque dolore*] Ne hic cor ipsum, sed stoma-  
chum aut ventriculum intellige. Græ-  
cis καρδία, cor significat, item stoma-  
chum sive os ventriculi superioris, in-  
deque pro ipso ventriculo ponitur.  
Eo sensu percommode intelligitur  
quod dicitur hic in cor e capite vel  
latere dolor trajici: primum quidem,  
cum pituita corrupta in ventriculum  
e capite defluit: alterum vero, cum  
bilis in latere sæviens effunditur in  
ventriculum; atque illinc ægritudi-  
nem huc et malum transfert, osque  
ventriculi afficit.

30 *Ut lethargicus hic, cum fit pugil*]

Quando lethargus morbus vertitur in  
plrenitum. Scilicet veterum creat  
frigidior et abundantior pituita; quæ  
si qua ratione accendatur, cerebri  
membranas inflamat, mentisque  
perturbationem, delirium, furorem  
gignit: quo fit ut phreneticus æger  
quemvis impetat quasi pugil, nec ipsi  
parcat medico. Cels. II. 20.

31 *Dum ne quid simile huic, &c.*] Festive hoc et satyrice Horatius: o  
Damasippe, sis licet insanus ac, mu-  
tato morbo, phreneticus quantumli-  
bet, modo ne pugnis me contundas ac  
verberibus urgeas.

*O bone, ne te Frustrare, &c.*] En ar-  
ripit occasionem Stoicum dogma ag-  
grediendi et expendendi.

Frustrere ; insanis et tu, stultique prope omnes,  
 Si quid Stertinus veri crepat ; unde ego mira  
 Descripsi docilis præcepta hæc, tempore quo me  
 Solatus jussit sapientem pascere barbam, 35  
 Atque a Fabricio non tristem ponte reverti.  
 Nam male re gesta cum vellem mittere operto  
 Me capite in flumen, dexter stetit, et Cave faxis  
 Te quicquam indignum : pudor, inquit, te malus angit,  
 Insanos qui inter vereare insanus haberi. 40  
 Primum nam inquiram, quid sit furere ; hoc si erit in te

*tu quoque insanus es, pariterque stulti omnes, si quidem vera docet Stertinus; a quo ego pulchra hæc documenta sponte hausit tum cum me consolatus præcepit alere barbam sapientem, ac lætum redire a ponte Fabricio. Enimvero perditis opibus cum obvoluto capite vellem me præcipitare in fluvium, opportunus affuit, atque (Stertin.) Cave ne perpetres aliquid te indignum : improba te verecundia afficit, qui times insanus existimari ab insanis. Etenim sciscitabor primum; Quid sit insa-*

Amst. 1713. et 1717. urgunt exhibent. Vide ad vs. 39.—33 Si quid Stertinus verum Exc. Sax.—39 Reducenda est Blandiniorum codicum lectio, *angit*, quam Torrentius, Bersmannus, Pulmannus in compluribus suis invenerunt. Ex nostris solus habet Battelianus. Similis librariorum lapsis alibi occurrit : ut in Virg. Æn. ix. 89. ‘numc solicitam timor anxius urget.’ In melioribus membranis *angit* reperit Pierius, et sic in sua editione dedit Nic. Heinssius. Ceterum *urget* paulo ante habuimus vs. 30. ut inconcinne hic repetaatur. Bentl. *angit* etiam Harl. 3. 4. Gott. et codd. ap. Cuning. *urget* 2. 6. et edd. vett. Cum septem Cruquii MSS. *angit* reposui pro *urget*; nec improbavit Torrentius : et rectius modo *angit* quam *urget*, quod supra secus fue-

## NOTÆ

33 *Stertinus*] Ut gravis auctor profert ille statim, ad fidem faciendam. De eo postea 1. Epist. 12.

35 *Jussit sapientem pascere barbam*] Nimurum externam sapientiae speciem assumere jussit, ac barbam deinceps alere ad umbilicum usque promissam. Is erat Philosophorum habitus, seu ad venerationem, seu ad neglectum corporis indicandum. Pers. Sat. iv. init. ‘barbatum magistrum’ vocat Socratem. Arnob. lib. vi. ‘Æsculapii gravitatem notat ex ‘barba amplissima, boni ponderis, ac philosophicae densitatis.’

36 *Atque a Fabricio, &c.]* Et prohi-

buit ne in rerum mearum desperatione me præcipitem darem in flumen Tiberim e ponte Fabricio.

*Fabricio*] Is insulam Tiberinam urbì Romæ jungit, a Fabricio Consule ædificatus : hod. *Ponte Giudeo*, quod Iudeis habitetur : item *Ponte di quattro capi*, seu quatuor capitum, vulgo dicitur, ob quadrifrontis Jani statuam ibi extantem.

37 *Operto capite*] Seu pudoris et indignationis causa: seu ob contentum lucis hujus ac vitæ.

38 *Dexter*] Contra ‘lævus,’ malum et infortunium designat.

Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam.  
 Quem mala stultitia, et quemcumque inscitia veri  
 Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus et grex  
 Autumat. Hæc populos, hæc magnos formula reges, 45  
 Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe quare  
 Desipient omnes æque ac tu, qui tibi nomen  
 Insano posuere. Velut sylvis, ubi passim  
 Palantes error certo de tramite pellit,  
 Ille sinistrorum, hic dextrorum abit; unus utriusque 50  
 Error, sed variis illudit partibus: hoc te  
 Crede modo insanum; nihilo ut sapientior ille,  
 Qui te deridet, caudam trahat. Est genus unum

*nire: quod si reperiatur in te uno, nihil ultra loquar, ne impavide mortem oppelas.*  
*Atqui schola et discipuli Chrysippi statuunt insanum esse quemcumque prava socordia et quælibet veritatis ignoratio detinet in errore: atque sententia ista populos æque ac principes complectitur, uno excepto Sapiente. Jam intellige cur perinde ut tu insaniant ii omnes qui te insanum vocant. Quemadmodum in sylvis, ubi passim error vagabundus agit extra veram viam; hic ad lœvam, iste ad dextram pergit: ambo æque aberrant etsi diversa ratione decepti. Sic te desipere existima, ut qui te illudit haud minus insipiens caudam trahat. Est fatuitatris altera species, metu-*



rat. Scholiastæ silent.' Baxt.—43 Cuning. et Sanad. et cuiusque. Zarot. et aliae edd. ante Lamb. et quæcumque. Harl. 2. 3. 4. 6. Gott. Han. 1. Mediol. 1477. et edd. post Lamb. qui ita edidit ex codd. tribus Vatt. Jannoct. Faern. et Torn. et quemcumque.—48 Insani Lamb. et aliae edd. vett. cum Tons. Crnqii. Insano omnes Crnqii codd. præter Tons. Gott. Han. 1. Exc. Sax. Harl. 2. 3. 4. 6. alii, et edd. post Crnq.—50 Cuning. Sanad. et Francis, unus utrinque. Exc. Sax. Harl. 3. tres codd. Bersmanni, et edd. Heindorf. unus utrisque. Zarot. unus utriusque. Harl. 2. 4. 6. ceteri codd. et edd. omnes, unus utriusque.—52 Crede modo Harl. 3. 4. 6. Vet. Comb. et al. vett. edd.—

## NOTÆ

43 *Mala stultitia*] Vitiosa animi affectio a veri cognitione aliena, sapientiæ contraria: nam alioqui furor seu phrenesis sapienti etiam contingere potest ex atra bile; nec virtus cuiquam verti debet.

44 *Chrysippi porticus*] Porticus, Græce στοά, significat scholam Stoicam; eo quod in portico deambulantes Zeno ejus auctor ac deinceps alii philosopharentur. Chrysippi vero dicitur hic, quod eam fulcire putabatur ille, ut ait Tull. Acad. qu. Vide 1.

Sat. 3. 127. Not.

45 *Formula*] Apud Jurisconsultos formulæ dicuntur solennes quædam propositiones ad veritatis indagationem dirigentes: axiomata seu platicita vocant philosophi.

53 *Caudam trahat*] Æque, ut tu, ridiculus et insanus habendus. Dictione proverbialis ex eo facta, quod ebrii et insanis pueri soliti sint tergo appendere quidpiam instar candæ, ad ludibrium; veluti proscriptores sic hominibus illis quod in bestiæ na-

Stultitiae nihilum metuenda timentis ; ut ignes,  
Ut rupes fluviosque in campo obstare queratur : 55  
Alterum et huic varum et nihilo sapientius, ignes  
Per medios fluviosque ruentis : clamet amica  
Mater, honesta soror, cum cognatis, pater, uxor ;  
Hic fossa est ingens ! hic rupes maxima ! serva !  
Non magis audierit quam Fufius ebrius olim,  
Cum Ilionam edornit ; Catienis mille ducentis, 60

*entis ea quæ formidari non debent; velut si quis conqueratur flamas, scopulos, flumina, sibi obstare in campo: altera priori dissimilis, minime vero senior, temere petentis medios ignes ac fluxios. Quamvis autem sedula parens, bona soror, pater, conjux, propinquoi omnes increpant: Illic est burathrum imunane, illic horrendus scopulus; cace tibi: haud magis auscultabit quam Fusius quandam temulentus, dum sopitam Itonam azeret, quando mille ducenti Catiens inclinabant: O parens te in-*

53 Unus codex Bersmanni, *trahit hoc genus*.—56 Gott. Harl. 2. 6. Zarot. Mediol. 1477. Florent. 1482. et Vet. Comb. Cruq. Lamb. Torrent. R. Steph. Schrev. Delph. Sanad. Bentl. Dunster. Wetzel. &c. *hunc varium*. Harl. 3. 4. Acron, Porph. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Heindorf, et Comb. *hunc varum*. ‘Pessime recentiores reposuere *varum*, quod minus convenit Satirico stylo.’ Baxt.—59 Unus codex Bersmanni, *hinc rupes maxima*.—60 *Fusius* Lamb. Torrent. Cuning. R. Steph. Bond. Schrev. Delph. Dunster, Baxt. Gesn. Zeun. et Comb. *Fusius* quinque codd. Torrentii, unus Pulmanni, Regin. a m. pr. Bentl. Crnq. Sanad. Francis. Heindorf, Wetzel. Wakef. et Kidd. *Fusius* in quibusdam vett. ‘Bentleio *Fusius* ex quibusdam Libris manu exaratis. Disquirant quorum interest: nobis probabilior videtur *Fusius*, puto quod sit auribus familiarius.’ Baxt. ‘Etiam apud Ciceronem ‘Fufium’ malunt viri

## NOTÆ

turam et speciem degenerarint. Absurdi sunt qui 'candam trahere' interpretantur, superbe incedere, et terram syrnate verrere.

**60** *Fufius ebrius*] Actor ille tragicus, cum dormientis Hecubae sive Ilionae somnum simulare deberet, ex vino et potu vere sopitus, frustra ab inclamantibus vocatus nequaquam evigilavit.

61 *Hionam*] Ex Tragedia Attii, vel Pacuvii, in qua Polydori a Polymnestore Thraciae rege clam interficti unbra sororem suam *Hionam* Polymnestoris uxorem noctu vocat dormientem, ut suis manibns justa persolvat, inhumatumque sepeliat. Qui-

dam volunt hic intelligi Hecubam, tum quod esset vere Polydori mater, tum ex sequentibus verbis, tum ex Euripide et Cicerone: conjiciuntque Hecubam alio nomine Ilionam forte dictam. Sed quid opus istis? Ilioram matrem appellat Polydorus, vel ætatis proiectæ, aut venerationis, aut etiam miserationis excitandæ causa. Adde quod puer ille domi fuerat ab Iliona velut a parente educatus. Vide Euripid. Hecub. Virgil. Æneid. III. Cie. Academ. Quæst. II. &c.

*Catienis mille ducentis, clamantibus]*  
Certe histrio Catienus Polydori clamantis partes agebat. Quare vero dicuntur clamasse plures Catieni?

Mater, te appello, clamantibus. **Huic ego vulgum**  
**Errori similem cunctum insanire docebo.**  
**Insanit veteres statuas Damasippus emendo :**  
**Integer est mentis Damasippi creditor? esto;** 65  
**Accipe quod nunquam reddas mihi, si tibi dicam,**  
**Tune insanus eris, si acceperis? an magis excors,**  
**Rejecta præda, quam præsens Mercurius fert?**

*voco. Porro ostendam homines universos huic pari insanis laborare. Desipit certe Damasippus mercando antiquas imagines. An vero sapit qui credit Damasippo? Age; si tibi dicam: Accipe quod nunquam mihi reddat, an tu desipere existimeris si accipias? an insanior, si prædam repudiaveris a Mercurio propitio oblatam?*

docti: nota gens ‘Fufia,’ non item ‘Fusia,’ &c. *Gesn.*—62 Cuning. *inclusoribus.* Harl. 3. 4. 6. Gott. duo codd. Pulmanni, Gal. ap. Bentl. et quædam edd. ap. Cuning. item edd. Bentl. Cuning. Sanad. Francis, Heindorf, Wetzel. Wakef. et Kidd. *vulgus.* ‘Mire Bentleius conjunxit *vulgus* et *similem*, cum ipse repererit in Libris *vulgum* et *similem* in codem generis; neque *vulgus* et *similis* possint Syntaxi convenire hoc loco.’ *Baxt.* ‘*Similem* intell. errorem *huic errori insanire*, sive *vulgus* malis sive *vulgum*, potest docere, salva Grammatica, Stertinius. Lectio Bentleiana itaque potest bona esse, licet non

## NOTÆ

vel Catienus pluries iterasse ac repetuisse, Mater, te appello, accipiendus; vel alii histriones, vel potius spectatores errorem intelligentes suggillantesque suclamarunt; atque ut est in Epist. ad Pisones, ‘Romani pedites equitesque cachinnum Sustulerunt.’ Errant qui chorum Tragicum intelligi posse opinantur: tum quod unius Actoris partes sustinet chorus, tum præsertim quod videatur esse contra decorum, ut matrem appellat chorus similiter cum Polydoro, et accinat umbræ, quæ sola soli apparere et loqui supponenda est.

62 *Mater, te appello]* Cic. Tusc. 1. n. 106. ‘Ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat: ‘Mater, te appello, tu quæ curam somno suspensam levas, Neque te mei miseret. Surge, et sepeli natum, Prinsquam feræ volucresque,’ &c. Pro P. Sextio, n. 126. ‘Cum veniret, emergebat subito, cum sub tabulas

subrepserat, ut, ‘Mater te appello,’ dicturus videretur.’ Acad. Qu. II. ‘Quid Iliona sonno illo? ‘Mater te appello.’ Nonne illa credit filium locutum, ut vere experrecta etiam crederet?’

*Huic ego vulgum, &c.]* Ostendam ego vulgus omne tanto erroris sopore obrutum, veluti Catienus ille, ut nullis admonitionibus retrahi queat a studio lucri: immo sæpe non adverat omnia sua perdendi periculum, dum ad speciem quæstus fertur.

65 *Damasippi creditor]* Perillius, de quo mox, qui stulte Damasippo versipelli et doloso credit seu statuas, vasa, domos, seu pecuniam his emendis: stulte quoque et frustra opera Nerii argentarii, et solertia Cicutæ astuti fœneratoris vel tabellionis utilitatem ad necendum belle ac rite debitorum. Quippe is velut Protens effugiet creditorem, ac tot artibus eludet, ut debitum nunquam reddat.

Scribe decem a Nerio: non est satis; adde Cicutæ  
 Nodosi tabulas centum, mille adde catenas: 70  
 Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.  
 Cum rapies in jus malis ridentem alienis,  
 Fiet aper, modo avis, modo saxum, et, cum volet, arbor.

*Jube scribi accepta a Nerio decem millia: nec sufficit: adjunge centenas cautiones, et millena vincula rasiri Cicutæ: istas omnes cætuus nihilominus excutiet improbus Proteus. Cumque ad judicium pertrahes exultantem in ærumnis aliorum; fiet aper, mox avis, deinde rupes, et arbor, quando libuerit. Si insipientis est bona*

-----  
 bene illam defenderit.' Gesn.—69 'In hac lectione, *Scribe decem a Nerio*, consentiunt omnes scripti codd.' Cruquius. Hinc suspicari licet, aliam fuisse lect. in edd. quibusdam vett. Nonnulli codd. ap. Torrent. *Scribe decem Anerio*.—72 Harl. 2. 4. 6. Gott. Exc. Sax. quidam ap. Torrent. Zarot. Vet. Comb. al. vett. *jura malis*; putarunt enim *malis esse rois kakos*, cum sit 'genis.' Cf. Homer. Od. Υ. 347. et Val. Flac. VIII. 164.—73 *Mox saxum* Harl. 4. pro, modo

#### NOTE

69 *Scribe decem a Nerio*] Ita Perilius Damasippo tradens mutum pecuniam suam dictare intelligentius, apud Nerium: o Damasippo, scribere decem millia æris e pecunia mea accepisse a Nerio, sive per manus Nerii, ut aiunt: scilicet in commentariis seu codicillis Nerii argentarii mei syngrapham et chirographum inscribe, ad majorem crediti mei securitatem.

Adde Cicutæ Nodosi tabulas] Adde, si vis, astutiam et nodos quibus scit callidus Cicutæ debitores constrin gere: confice tabulas conceptis rite et caute verbis; uno verbo adhibe quaslibet cautiones, stipulationes, et obligationum instrumenta, velut totidem nexus et catenas; hæc omnia profecto cassa et vana erunt. Juvenal. Sat. VIII. 50. 'juris nodos, et legum ænigmata.'

71 *Proteus*] Is Ægypti rex in varias se species transformabat, ut fabulan tur, sicque facile fugiebat quosvis persequentes. Huic similem dicit Horatius fraudulentum debitorem, qui tricarum juris peritus litigando, tergiversando, præscribendo, creditoris

actiones creditum reposcentis im probe eluctatur.

72 *Cum rapies in jus malis ridentem alienis*] Cum jure persequeris debitorem sceleratum ac perfidum, qui te creditorem deludit, tuasque vanas solicitudines affatim et impense deridet. Alia pridem erat lectio, *Cum rapies in jura malis ridentem alienis*: quam quidem utpote clariorem expressi in interpretatione mea. Placuit vero subinde eruditis dictionem ac sensum rimari subtiliorem, et asserere expressam hic ab Horatio sententiam ex Homeri Odyss. Υ. sub finem, ut alienis ridere malis, id est, maxillis, sit effuse cachi nari, soluto risu, propriis malis seu maxillis haud parcendo perinde ac alienis: quemadmodum rei alienæ ac mutuo sumtæ minus parcitur quam propriæ. Locus Homeri est: μνηστήριστ δὲ Παλλὰς Ἀθῆνη Ἀσβεστον γέλον ὅρσε ... Οἱ δὲ ἡδη γναθμοῖσι γελάφων ἀλλοτρίουσιν. Procis autem Pallas immoderatum risum movit . . . illi vero maxillis ridebant alienis.

73 *Fiet aper, modo avis, &c.*] Alludere videtur ad morem regum Ægypti

Si male rem gerere insani est; contra bene, sani;  
 Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perilli  
 Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis. 75  
 Audire, atque togam jubeo componere, quisquis  
 Ambitione mala aut argenti pallet amore,  
 Quisquis luxuria tristive superstitione,  
 Aut alio mentis morbo calet; huc propius me, 80  
 Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.  
 Danda est hellebore multo pars maxima avaris:

*disperdere, contrarium rero facere, sapientis; fidem habe mihi, longe insanior est Perilli mens scribi jubentis quod tu nunquam exsolvere queas. Quicumque improba honorum vel pecuniae cupiditate afficitur, quicumque luxuria vel mæsta superstitione, aliove animi vitio exæstuat, togam aptet meque auscultet velim. Appropinquare istuc, atque ordine ad me accedite singuli, dum ostendo omnes despere. Longe maxima pars ellebori danda est avaris: at ignoro num ratio illis destinet*



*saxum.*—74 Bentleius ex duobus codd. Galean. et Regin. *insani, contra bene sani est;* enmque secenti Heindorf, Wakef. et Kidd. ‘Nolle cum Bentleio ponere verbum est ad finem hujus versus, præsertim cum pauciores Libri id faciant, atque ipsa structura minus sit naturalis.’ Buxt.—76 Nic. Heinsius in

#### NOTÆ

tiorum, de quo Diodorus. Hi enim modo leonis, tauri, draconis effigiem, modo arborem, modo ignem, alias unguenta supra caput gestabant, principatus insignia; tum ad ornatum suum, cum ad superstitionem populis injiciendam. Et hinc sane manavit fabula de mutabilitate et multiplici variaque transformatione Protei.

75 *Perilli?*] Creditoris, non tabellionis, ut vult Torrentius: refragatur enim sensus. Minus quippe tabellionis, at certe maxime creditoris refert, si debitor solvendo non fuerit.

76 *Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis]* Tibi mutuum præbentis, adeoque dictantis syngrapham acceptæ testem pecuniæ, quam nunquam redditurus sis. Porro quia obligatio fiebat scriptura, hinc ‘scribere’ significat mutuo sumere: proindeque ‘rescribere’ est scripturam delere, factam obligationem dissol-

vere, mutuum sive debitum reddere. Terent. Phorm. ‘Illud argentum milii jube rescribi.’

77 *Togam jubeo componere]* Ne defluens illa vos interturbet dum me attendetis de re gravi loquentem.

80 *Mentis morbo calet]* Ut febri corporis, ita mens vitiis æstuat. S. Ambros. in Lucæ cap. iv. ‘Variis criminum febribus caro nostra languebat, et diversarum cupiditatibus immodicis æstuabat illecebris. Nec minorem febrem amoris esse dixerim quam calor. Itaque illa animum, hæc corpus inflamat. Febris enim nostra avaritia est; febris nostra libido est: febris nostra luxuria est: febris nostra ambitionis est: febris nostra iracundia est.’

82 *Danda est hellebore pars maxima avaris]* Ad medendum insaniae illorum maximæ. Plin. xxv. 5. ‘Nigrum helleborum medetur paralyticis, insanientibus . . . trahit alvum, et

Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Hæredes Staberî summam incidere sepulcro :

Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum

85

Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio Arri;

Frumenti quantum metit Africa. ¶ Sive ego prave,

*Anticyram totum. Staberii hæredes legatam sibi summam insculpsere tumulo : quod nisi fecissent debabant populo dare centum paria gladiatorum, et convivium, ad libatum Arri; tantum etiam tritici quantum colligit Africu. Præterea voluerat ascri-*

.....

margine cod. sui conjectabat, *quo i tu nunquam*, improbante Bentleio.—86 ‘*Legi, Arri, et.* Id Librariis perpetuum est, ut voculam vel syllabam, si qua ultra senos versiculi pedes excurrit, penitus omittant. *Et vero omnium facilime intercipi solebat, quia non literis sed punctis duntaxat olim notabatur.*’ Bentl. *Arri et etiam Cuning.* ex codd. et sic edidere Sanad. et Kidd.—

#### NOTÆ

bilem, pituitasque.’

83 *Anticyram]* Insulam bellebori feracissimam. Vide Epist. ad Pis. vs. 300. Not. Plin. mox cit. ‘*Dru-*sum Tribunorum popularinum clarissimum comitiali morbo constat liberatum eo medicamento, apud Anticyram. Ibi enim tutissime sumitur,’ &c. Pers. Sat. iv. 16. ‘*Anticyras* melior sorbere meracas.’

84 *Hæredes Staberî, &c.]* Exemplo demonstrat quanta sit avarorum iu-  
sania. Staberius opes ita deperibat, ut posteris etiam notum esse volerit se divitem fuisse: adeoque a pauperate abhorrebat, ut nominis immortalitatem speraret, si vel epitaphium omnibus contestaretur ingentes divitias hæredibus a se relictas.

85 *Ni sic fecissent]* Apponit damnationem et poenas, quo hæredibus instet necessitas satisfaciendi conditionibus testamenti.

86 *Epulum Arbitrio Arri]* Ac proinde sumtuosum ex iugendo Arri hominis valde sumtuosi. Cic. in Vatin. n. 30. quærit a Vatinio, cur in epulo Qu. Arri atratus, seu, ‘*cum toga pulla,*’ accubnisset; subditque: ‘*Ita illud epulum est funebre, ut munus*

*sit funeris,’ &c. Et paulo post: ‘*Ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras?*’*

87 *Frumenti quantum metit Africa]* Hanc frumenti abundare jam dictum i. Od. 1. 10. jam vero dicendum, ex hac magnam annonæ suæ partem Romanos habuisse. Nam licet e Sicilia et Sardinia frumenti plurimum coligerent, tamen Ægyptus et Africa præsertim dicebantur horrea duo populi Rom. Varro de Re Rust. lib. ii. ‘*Manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac vinetis: frumentum locamus qui nobis advehat, quo saturi fiamus ex Africa et Sardinia,*’ &c. Cornel. Tacit. Annal. xii. ‘*Olim ex Italæ regionibus longinquas in provincias commeatus portabant: neque nunc infœniditate laboratur; sed Africam potius et Ægyptum exercemus, navi- busque et casibus vita populi Rom. permissa est.*’ Apud Clandian. de Bello Gildonis, Roma sic loquens inducitur: ‘*Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere, Ut dominam plebem bellatoremque Senatum Classibus æstivis alerent, geminoque vicissim Littore diversi completerent*

Seu recte, hoc volui ; ne sis patruus mihi. ¶ Credo  
 Hoc Staberī prudentem animum vidisse. ¶ Quid ergo  
 Sensit, cum summam patrimonī insculperc saxo 90  
 Hæredes voluit ? ¶ Quoad vixit, credidit ingens  
 Pauperiem vitium, et cavit nihil acrius ; ut, si  
 Forte minus locuples uno quadrante perisset,  
 Ipse videretur sibi nequior : omnis enim res,  
 Virtus, fama, decus, divina humanaque, pulchris 95  
 Divitiis parent ; quas qui contraxerit, ille

*bi : Seu male seu bene illud ego jussi, ne sis mihi censor. Existimo sapienter hoc a Staberio jussum. DAMAS. Quid igitur voluit quando pecuniae legalae sumnum jussit sepulcro ab hæredibus incidi ? STERTIN. Nempe quandiu in viris fuit, censuit paupertatem sumnum esse malum ; nihilque magis ille fugit quem eam : ne, si fortasse obiisset minus dives uno quadrante, ipse sibi inimicus fuisse existimaretur. Enimvero præclaris opibus obedirent universa, probitas, existimatio, gloriū, divina atque humana : quisquis illas comparaverit, is habebitur nobilis, strenuus,*



89 ‘In omnibus codicibus, quos vidi tam scriptos quam excusos, legitur *vidisse* : at Lambinus secutus (ut arbitror) phrasim juridicam, legendum censem *jussisse*.’ Cruq. ‘Pessime Lambinus *jussisse* vel *voluisse* reposnit.’ Baxt.—93 ‘Et Lambinus et Cruquius a scriptis codicibus reposnere perisset pro *periret*, quod videtur et Veteri Scholiastæ placuisse. Bentleins tenere voluit *periret*, etsi nihil referret. Ejusmodi Præterita sæpe promiscuo esse usni rari sunt qui ignorant.’ Baxt. Blandini codd. Harl. 2. 3. Exc. Sax. et Bentleii Regin. et Leid. item Bos. Animadv. Cuning. Sanad. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Francis, Heindorf, Wetzel. Wakef. et Comb. *perisset*. Harl. 4. 6. et ceteri codd. cum edd. Venet. 1559. Glarean. Bentl. Delph. Schievel. Bond. Dunster, et Kidd. *periret*.—96 ‘*Divitiis parent, quas qui construxerit* priscæ editiones dederunt, unde in ceteras derivatum est. Bona tameu pars codicium, in quibus nostri Leidensis, Reginensis, cum quatuor alii, *construxerit* ; neque aliter Scholiastes Fabricii. Quod nuper adeo a docto Editore in Textum receptum est, altero rejecto. Sane sic usurpat Apuleius Met. ix. Verius tamen elegantiusque est *construxerit* ; ut Noster alibi i. Sat. 1. 44. ii. Od. 3. 19. Cic. c. Rull. cap. 5. de Leg. Argum. Phil. ii. 38. Pers. Sat. ii.

## NOTE

horrea venti. Stabat certa salus : Memphis si forte negaret, Pensabam Pharinum Gætulis messibus annum : Frugiferas certare rates, lateque videbam Punica Niliacis concurrere carbasa velis.'

*Sive ergo prave, &c.]* Hoc referunt ad Damasippum nonnulli, certe perperam : melius alii ad Staberium.

88 *Ne sis patruus mihi]* Noli me reprehendere, ut solet ultro patruus

nepotes. Vide iii. Od. 12.

*Credo Hoc Staberī prudentem, &c.]* Loquitur Stertinius.

89 *Prudentem animum vidisse [voluisse]* Alii legunt, *prudentem animum vidisse*, et explicant, ‘providisse,’ sagiter, nec absurde.

94 *Videretur sibi nequior]* Utpote qui non cavisset ingens malum, cum posset ; nec bona tot sibi procurasset ex opibus manantia.

Clarus erit, fortis, justus—Sapiensne ? Etiam ! et rex,  
 Et quicquid volet. Hoc, veluti virtute paratum,  
 Speravit magnæ laudi fore. Quid simile isti  
**Græcus Aristippus**, qui servos projicere aurum      100  
 In media jussit Libya, quia tardius irent  
 Propter onus segnes ? uter est insanior horum ?  
 Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.  
 Si quis emat citharas, emtas comportet in unum,

*justus, prudens quoque, necnon rex, et quodcumque libuerit. Itaque ille sibi pollicitus est hoc magno honori futurum tanquam a virtute prefectum. Quid simile huic egit Græcus Aristippus, qui famulis imperavit in media Libya aurum abjicere, eo quod lentius progrederentur ob onus graves? Uter horum magis desipit? DAMAS. Nihil prodest exemplum quod controversiam controversia dirimit. STERTIN. Si quis emat citharas, emtusque unum in locum deferat, nec perilus citharæ*

44. *Nihil igitur hic immutandum.* Bentl. ‘Cruquii codices cum Vetere Scholiaste pro construxerit legerunt contraxerit, quod videtur elegantius. Altera Lectio ex Interpretamento est.’ Baxt. *contraxerit* etiam Harl. 2. Bos. Exc. Sax. et Zarot. Gesn. Zenn. Bipont. et Comb. *construxerit* Harl. 3. 4. 6. al.—97 Bentlein post Lambinum atque Cruquium posuit : *sapiensne etiam et rex*; quod cum nobis videtur et durum et importunum, levi quidem negotio reposuimus *sapiensque etiam et rex.*’ Baxt. ‘Mihi placet etiam hic vivide, et per puncta interrogatiunculæ ac responsionis disputantem induci Stoicum : quod illius sectæ proprium ait Cic. Parad. pr.’ Gesn. *Sapiensne* Han. 1. Exc. Sax. Harl. 2. 3. et Zarot. *Sapiensque* Harl. 4. *Sapiensne* Harl. 6. *Sapiensne?* *Etiam!* et *rex* etiam Zeun. Bipont. Wetzel. et Comb. *Sapiensne?* *Etiam et rex* Bentl. Sanad. Francis, et Kidd.—100 Cuning. *servos qui projicere.*

## NOTÆ

98 *Hoc, veluti virtute paratum, &c.]* Hinc igitur tanta enra divitias congesit ac servavit, quod ex his sibi provenirent affatim fructus virtutis uberrimi et præstantissimi, ut quidem existimat fatue. Juvenal. Sat. xiv. 136. ‘Cum furor hand dubius, cum sit manifesta phrenesis, Ut locuples moriaris, egenti vivere fato.’

99 *Quid simile isti Græcus, &c.]* Sic varia sunt insaniae genera. Staberius insaniebat pecuniae amore : contra desipit Aristippus nimio ejus contemptu ; quippe qui necessarium abjectiat viaticum, futili prorsus ratione.

100 *Aristippus]* Is genere Cyrenaicus, Athenas venit Socratem auditurus ; sectæ Cyrenaicæ auctor fuit : primus Socraticorum institutionis

mercedem exegit. Gestabat ejus famulus in itinere pecuniam ; et cum onere se pressum questus esset : Efunde quod nimis est, inquit Aristippus ; et fer quod potes. Laërt. ex Bione, Suidas, &c. Alii aliter rem narrant. Porro quod Græcus appellatur hic, ratio varia assertur : vel quod Græce philosophatus sit ; vel quod Socratis audiendi causa Athenis commoratus sit ; vel quod esset ex insula Thera, quæ Græca erat colonia.

102 *Uter]* An Staberius, an Aristippus ?

103 *Nil agit exemplum, &c.]* Incertum quidem ex incerto, obscenrum ex obsceno minime elucescit.

104 *Si quis emat citharas, &c.]* Con-

Nec studio citharæ nec Musæ deditus ulli ;	105
Si scalpra et formas, non sutor ; nautica vela,	
Aversus mercaturis ; delirus et amens	
Undique dicatur merito. Qui discrepat istis,	
Qui nummos aurumque recondit, nescius uti	
Compositis, metuensque velut contingere sacrum ?	110
Si quis ad ingentem frumenti semper acervum	
Porrectus vigilet cum longo fuste, neque illinc	
Audeat esuriens dominus contingere granum,	
Ac potius foliis parcus vescatur amaris :	
Si, positis intus Chii veterisque Falerni	115
Mille cadis—nihil est, tercentum millibus, acre	
Potet acetum ; age, si et stramentis incubet unde-	

*pulsandæ aut ullius musicæ ; si scalpra et formas congerat qui non est sutor ; aut vela nautica qui a mercatura abhorret ; insanus et recors ab omnibus jure appellatur. Atenim quid his differt ille qui aurum et nummos accumulat, ignorans bene uti comparatis, ac timens illa contingere quasi rem sacram ? Si quispiam jacens continuo excubet prope magnum tritici cumulum, armatus ingenti fuste, nec inde famelicus audeat granum accipere licet dominus, immo parvens illi alat se oleribus acerbis ; si conditis in cella Chii et Falerni vetusti cadis mille (parum est, immo trecentis millibus) acre bibat acetum ; quinetiam si in stramine decumbat annos*

—108 *Quid discrepat* Harl. 2. 3. Lamb. Cruq. Torrent. et edd. deinceps ante Bentl. *Qui discrepat* Harl. 4. 6. omnes codd. Bentleii, omnes Cruquii et Torrentii, Vet. Schol. Gott. Han. 1. Exc. Sax. et edd. antiqu. item Bentl. Baxt. Sanad. Francis, Gesn. Zeun. Bipont. Heindorf, Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd.—112 ‘ *Porrectus vigilet* ; pulcherrima Enargia. Bentleius solo judicio suo nisus, acriter contendit pro *Porrectus* legi debere *Projectus* ; cum contra nobis *Porrectus* (qnod est, humi cubans) convenientius videatur hoc loco vocabulum *vigilanti*, et delitescenti *cum longo fuste*, quam *Projectus*.’ Baxt. *Porrectus* etiam Gott. Zarot. Venett. Mediol. et al. edd. vett. Bentleium secutus est Kidd. ut fere semper. *longo*

## NOTÆ

globatis exemplis explicatur avari insania. Qui pecunias quæ sunt ad usum, et χρήματα proinde Græcis dicuntur, magno studio congerit, nec iis igitur, prorsus est similis homini citharas comparanti quas pulsare necit, &c.

106 *Scalpra et formas*] Instrumenta sutoria, cultros, pedes ligneos, &c.

114 *Foliis amaris*] Vel sylvestribus oleribus, quæ hortensibus sunt ama-

riora ; vel male conditis, et hinc insipidis et acerbis.

115 *Chii*] Vini exquisiti ex insula Chio, III. Od. 19. 5. Falerni, I. Od. 20.

117 *Acetum*] Vinum acescens, corruptioni proximum.

*Stramentis incubet*] Strato vili ac duro, cum habeat molliores stragulas, peristromata, &c.

- Octoginta annos natus, cui stragula vestis,  
 Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in area ;  
 Nimirum insanus paucis videatur eo, quod 120  
 Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.  
 Filius aut etiam hæc libertus ut ebibat hæres,  
 Dis inimice senex, custodis ? ne tibi desit ?  
 Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum,  
 Ungere si caules oleo meliore, caputque 125  
 Cœperis impexa foedum porrigine ? Quare,  
 Si quidvis satis est, perjurias, surripis, aufers  
 Undique ? tun' sanus ? Populum si cædere saxis  
 Incipias, servosve tuo quos ære pararis,  
 Insanum te omnes pueri, clamentque puellæ : 130  
 Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno,

*ætatis habens octoginta uno minus, cui in arcula putrescat stragulum vestimentum, tumbricorum et vermiculorum cibus; is videlicet non multis censeatur despere, quoniam hominum pars maximu simili vitio laborat. Vah senex numinibus invise, an ea servas ut filius vel etiam libertus hæres absumat, an ne egeas? etenim quam minimum ex acervo diminuet quæque dies, etiamsi meliori oleo perfundere incæperis brassicas et caput impexum ac porrigine immundum? Quod si quidlibet parvum sufficerem dicas, cur violas fidem, cur deprædaris ac furaris undequeaque? an tu sapis? Si lapidibus petus populum aut famulos pecunia emtos, insanire te dicent pueri cuncti et puellæ. Quando reste conjugem vel toxico matrem occidis, an*

\*\*\*\*\*

*cum fuste Cuning. Sanad. et Francis.—122 Vet. Comb. et al. quædam edd. antiq. hoc libertus.—127 Codex Petrensis, quodvis. Exc. Bodl. quod hs, cum virgula superne posita; id est, Si quod habes satis est. Ex compendiosa scribendi ratione orta est varietas. Ceterum, etsi illud, quod habes, arridere enipiam possit, tamen recte habet quidvis, ut edd. dederunt. Bentl. pejuras Gott. et Harl. 2. 3. 4.—128 Harl. 6. et Vet. Comb. tum sanus.—129 Edd. ante Bentl. servosre tuos; et ita Harl. 4. 6. cum ed. Heindorf. Bentleius ex conj. Fabri edidit, servosre tuo quos ære pararis. Hoc habent etiam Han. 1. et Harl. 2. 3. et sic dedere Baxt. Dunster. Sanad. Francis. Gesn. Zeun. Bi-*

## NOTÆ

**123 Dis inimice]** Dant enim Dii utilia hominibus, non ut recondant, sed ut ad usum promant: at avarus adeo metuit né sibi aliquando quod opus est desit, ut semper desit, cum iis quæ adsunt non utatur.

**125 Ungere si caules]** Si victu paulo meliore ac lautiore utaris. Vide 1. Sat. 6. sub finem.

**126 Porrigine]** E sordibus et incu-

ria pectendi capit is oritur porrigo, quo vitio caput furfuribus velut farina obsitum in squammulas quasdam resolvitur.

**131 Cum laqueo uxorem, &c.]** Carpit Horatius quosdam sceleratos sui temporis, quales Scæva, de quo hujus 11. Sat. 1. 53. et Nerius, de quo Pers. Sat. 11. 14. ‘Nerio jam tertia ducitur uxor.’ Hic nempe, ut dotibus potire-

Incolumi capite es ? Quid enim ? Neque tu hoc facis  
Argis,

Nec ferro ut demens genitricem occidis Orestes.

An tu reris eum occisa insanisse parente ?

Ac non ante malis dementem actum Furiis, quam 135

In matris jugulo ferrum tepefecit acutum ?

Quin ex quo est habitus male tutæ mentis Orestes,

Nil sane fecit quod tu reprendere possis :

Non Pyladen ferro violare aususve sororem

Electram ; tantum maledicit utriusque, vocando 140

*mente sana es ? Nec tu id perpetras Argis, nec ferro ; sicut Orestes furiosus intererit parentem. Numquid putas eum in furorem actum post matrem interfectam, nec Furiis mente dejectum priusquam acutam securim caleficerit in fancibus parentis ? immo ex quo tempore Orestes dicitur insanisse, certe nihil commisit quod tu damnare queas. Nec Pyladem nec sororem Electram gladio petiit : ambos dicte-*

\*\*\*\*\*

pont. Wetzel. Wakef. et Kidd.—132 ‘ Pro Quid enim ? Neque (quæ vera erat scriptura) Bentleius ex quibnsdam chartis reposuit Quidni? neque enim, satis alieno intellectu.’ Baxt. ‘ quid ni quatuor codd. Pulmanni.—133 ‘ Bentleius auctoritate unius Libri reposuit occidis Orestes pro occidit, quod vix probaverim. Quid quod Orestes non sit Vocativus ? ’ Baxt. ‘ occidis ’ Exc. Sax. duo codd. Pulmanni, unus Bersmanni, Bentleii Regius, Magdal. Lambeth. et a m. pr. Regin. item Harl. 2. et edd. Gesu. Sanad. Francis, Heindorf, Zeun. Bipont. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd. occidit Harl. 3. 4. 6. et edd. antiqu.—135 ‘ Pro malis apud Veterem Interpretem occurrit magis, quod magis concinnum, etsi altera scriptura possit ferri.’ Baxt. ‘ malis exhibent Harl. 2. 3. 4. 6. Han. 1. Gott. Zarot. Venett. Mediol. Ald. &c.—137 Quin ex quo habitus Harl. 2. 3. 4. 6. et Baxt. omisso est. Cuning. tutæ male.—139 ‘ Pulmanni liber optimus cum Regio addunt est : aususve sororem est Electram. Recte, Librarii pro more suo omiserunt ; quia Hexameter citra id integer est.’

### NOTÆ

tur, uxores necabat ; ille matri vitam eripiebat, ut hæreditatem adiret, vel ne diutius aleret.

132 *Neque tu hoc facis Argis*] Non in urbe Græca, sed Romæ.

133 *Nec ferro*] Sed veneno. Sarcasmus : cit. Sat. i. hujus lib.

*Orestes*] Hic matrem Clytaemnestram peremit ulturus patrem Agamemnonem ab ea interfectum. Vide Sophocl. Electram, Enrid. Oresten, Senec. Agamemnonem.

135 *Ante dementem*] Quocirca tu, Scæva, Oreste nequior et insanior.

*Actum Furiis*] Virgil. Æn. iv. 471.  
'Agamemnonius scenis agitatus Orestes, Armatam facibus matrem et serpentibus atris Cum fugit, ultricesque sedent in limine Diræ.'

139 *Pyladen*] Amicum. Vide Cic. de Amic. n. 24. Porro singularis Orestem inter et Pyladē amicitia etiam proverbio decantata. Tull. de Finib. ii. n. 84. ‘ Pyladea amicitia.’

140 *Maledicit utriusque*] Aliter paulo Euripides. Sed Poëtis licet adjuncta rei immutare, et comminisci nova ; ut dicetur in Epist. ad Pis.

Hanc, Furiam ; hunc, aliud, jussit quod splendida bilis.  
 Pauper Opimius argenti positi intus et auri,  
 Qui Veientanum festis potare diebus  
 Campana solitus trulla, vappamque profestis,  
 Quondam lethargo grandi est oppressus, ut hæres      145  
 Jam circum loculos et claves lætus ovansque  
 Curreret : hunc medicus multum celer atque fidelis  
 Excitat hoc pacto ; mensam poni jubet, atque  
 Effundi saccos nummorum, accedere plures  
 Ad numerandum : hominem sic erigit : addit et illud,    150  
 Ni tua custodis, avidus jam hæc auferet hæres.  
 ¶ Men' vivo ? ¶ Ut vivas igitur, vigila : hoc age. ¶ Quid  
 vis ?

*riū duntaxat incessit, hanc vocans furiam, illum autem aliud, quod micans bilis suggessit. Opimius indigena auro et argento domi reconditis, qui poculo fictili e Campania bibere Veientanum consuererat festis diebus, vappam autem nefastis, olim oppressus est veterno maximo ; adeo ut hæres exultans ac triumphans jam curreret ad arcam et claves. At hunc medicus filius et relax expergeficit ista ratione : mensam admirari imperavit, effundique saccos nummorum, ac plures accingi ad suppeditandum. Ita virum excitavit, adjungens hæc etiam verba : nisi tua defendis, ed mox hæres inhians asportabit. Me scilicet vivente? exclamat æger. Ergo ut vitam retineas, inquit medicus, expurgiscere : istud cura. Quid præcipis?*



Bentl. Sed Bentleius ad Lucan. i. 146. est omisit.—151 Heinsius et Coning.

#### NOTÆ

141 *Aliud, jussit quod splendida bilis]* Aliud convicinum, quod suggerebat iracundia, seu furor e flava bili. Alii atram bilem interpretantur. Pers. Sat. iii. 8. ‘Vitrea bilis.’

142 *Pauper Opimius]* Opinia gens Romæ præclara celebritatem dedit Opimiano etiam vino et marmori. Hic pauper dicitur ob sordidam avaritiam, cui deest tam quod habet quam quod non habet : ut habet adagium.

143 *Veientanum]* Vinum insipidum et vile, e Veientano Etruriæ agro. Meminit Pers. Sat. v. 147. ‘Veientanumque rubellum Exhalet vapida læsum pice sessilis obba.’

144 *Festis diebus]* Quibus tamen lætiæ causa vinum optimum debet ponи.

144 *Campana trulla]* Vase fictili e Campania.

145 *Vappum]* Corruptum vinum. i. Sat. 1.

146 *Claves]* Ad arcas aperiendas, auferendosque nummos Opimii.

152 *Men' vivo]* Inquit expurgiscens ille e veterno, ad sonum pecuniæ commotæ, et ad voces jacturam illius minantes.

152 *Hoc age. ¶ Quid vis]* Sermocinatio est lethargici vix evigilantis, et medici letalem soporem discutere satagentis.

¶ Deficient inopem venæ te, ni cibus atque  
Ingens accedat stomacho fultura ruenti.

Tu cessas? agedum sume hoc ptisanarium oryzæ. 155

¶ Quanti emtæ? ¶ Parvo. ¶ Quanti ergo? ¶ Octussibūs.

¶ Eheu!

Quid refert, morbo, an furtis, pereamve rapinis?

*Venæ te imbecillum constituerunt, nisi alimenta et fulcrum validum adhibeantur labenti stomacho: quid moraris? age: accipe hanc pultem oryzæ. Quanti constat? Vili. Quanti, inquam? Octo assibus. Eheu, quid interest, utrum moriar ægritudine,*

-----

jam jam auferet hæres.—154 Pro Ingens Bentl. conj. *Præsens*: et mox pro accedit, ex quinque codd. Pulmanni, tribus Bersmanni, et novem suis reposuit accedit, quod habet etiam Harl. 3. *Instans accedit* Cuning. et Sanad.—155 ‘Cum Cruquii et Torrentii codicibus, Veterique Scholiaste, Tu cessas legendum censui pro Quid cessas? et habet Emphasim duplicitis periculi, et vita et nummorum scilicet.’ Baxt. *Tu cessas?* etiam Harl. 2. 3. 4. 6. et omnes Gesneri, Cruq. Torrent. Heins. R. Steph. Bond. Schrevel. Delph. Dunster. Bentl. Sanad. Francis. Heindorf. Gesn. Zeun. Bipont. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd.—156 *Quanti emptum* Cuning. et Sanad. ‘Lambini hoc facinus est, Octo assibus; qui explosa vetere lectione *Octussibus* primus hanc, quæ nunc passim circumfertur, in ejus sedem intrusus: ineptam scilicet alteram et corruptam clamitans, quippe ‘octusse’ numero singulari, non ‘octnssibus’ numero multitudinis dictum oportuisse. Hunc sequuntur Cruquius Torrentiusque, etsi inviti quodammodo et repugnantes. Ita demum evenit, ut, quod germanissimæ Latinitatis et nativæ elegantiae est, indignis modis quasi furca hinc ejiceretur. Nos pro more et penso nostro pergemus de Horatio bene mereri; et veram lectionem, negligentia interpretum proditam, postliminio revocabimus: *Quanti emtæ? parvo: quanti ergo? octussibus?* Bentl. Ita omnes fere codd. et edd. antiq.—157 Codd. ap. Lamb. unus Vat. Rain. Card. Jann. et Tornes. *pereamque.* Alii codd. et edd. quædam vett. ante Lamb. *pereamne.* Bentleii Regins, Galeanus, et Magdal. Harl. 2. 3. 4. 6. al. et edd. recent. *pereamne.* Cuning. et Sanad. *peream, anne rapinis.*—

## NOTÆ

155 *Ptisanarium*] Diminutivum est a ptisana. A πτισσεῖν, *pinse, decorticare*, est πτισάνη vel πτισσάνη, *ptisana*, seu hordeum pistum et a cortice purgatum, unde fit puls optimi et salubris succi, restaurandis viribus accommodati. Galen. lib. I.

*Oryzæ*] Ex oryza, Gall. *du ris*, fit pariter, ut ex hordei farina, puls sanitati perutilis. Plin. xviii. 7. ‘Indi maxime quidem oryzagudent Italica, (Al. ut Itali,) e qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hor-

deo. Oryzæ quidem folia carnosa, porro similia, sed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmæ rotunditatis.’

156 *Quanti emtæ*] Adverte sordes avari moribundi, plus quidem etiam tum auxii de pretio remedii necessarii ad salutem, quam de propria salute.

*Octussibus [Octo assibus]* Al. *octussibus*. Gallica moneta circiter deux sols dix deniers.

Quisnam igitur sanus? Qui non stultus. Quid avarus?  
 Stultus et insanus. Quid? si quis non sit avarus;  
 Continuo sanus? Minime. Cur, Stoice? Dicam. 160  
 Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,  
 Hic æger: recte est igitur; surgetque? negabit;  
 Quod latus aut renes morbo tententur acuto.  
 Non est perjurus, neque sordidus; immolet æquis  
 Hic porcum Laribus: verum ambitiosus et audax. 165  
 Naviget Anticyram: quid enim differt, barathrone  
 Dones quicquid habes, an nunquam utare paratis?

*an furtis et rapinis?* DAMASIP. *Quis ergo tandem sapi?* STERTIN. *Is qui non recors.* DAMASIP. *Quid avarus?* STERTIN. *Fatuus est et demens.* DAMASIP. *Eiquid?* Si aliquis non avarus sit, *an proinde sapiens?* STERTIN. *Nequaquam.* DAMASIP. *Quare, o Stoice?* STERTIN. *Explicabo. Ægrotus iste non est cardiacus: (crede tibi Craterum loqui:) an ergo bene valet, atque exsurget?* Minime, inquiet: nam latus vel renes afficiuntur acri morbo. Non est perjurus nec sordide parcus. Ille suem mactet benignis Laribus. Atqui est ambitiosus ac temerarius. Navi pergit Anticyram. *Quid enim interest, utrum bona tua projicias in bara-*

163 Major pars cold. Bentl. tentantur; atque ita Harl. 2. 3. 6. Venett. 1477. 1478. 1479. 1490. Lamb. Bentl. Sanad. Francis, Wetzel. Wakef. et Kidd.— 166 Gott. Harl. 2. Regin. et Gal. ap. Bentl. Scholiast. item edd. Bentl. et Kidd. *barathrone.* Cuning. Francis, et Sanad. *halatroni.* Harl. 3. 4. 6. al. et edd. vett. et recentt. *barathrone.* ‘Placet recepta lectio, sive intelligas ad ipsius Flacci mentem in 1. Ep. 15. 31. vel accipere malis de terræ cavea, ut Noster 11. Od. 1. 2. 1. Sat. 1. 42. Virg. Georg. II. 507. et alii passim.’

## NOTÆ

158 *Quisnam igitur sanus?*] Dama-sippus loquitur cum Stertinio.

161 *Cardiacus?*] Ore ventriculi af-fectus: laborans eo morbo, quem Græci καρδιαλγίαν nuncupant; Gall. *mal d'estomac.*

*Craterum?*] Illustrum medicum tem-pore Angusti. Ennī laudat Persius Sat. III. 65. necnon Tullius ad Atti-cum.

164 *Immolet æquis Hic porcum Laribus?*] Laribus Diis domesticis ereditam hominum curam veteres existimabant. Hinc iis sacrificabant sive ut a vitiis ac malis essent liberi eorum præ-sidia, sive pro collata ope grati. Qno-niam vero mater Larium Mania dice-batur, patrocinium illorum require-

bant ad depulsionem insaniae, quæ Græcis μανία. Porcum ritu proprio Laribus immolari, patet ex II. Od. 23.

166 *Naviget Anticyram?*] Hellebo-rum scilicet ibi quæsiturus, ad ex-purgandam insaniam qua laborat. Vide supra.

*Barathro?*] Ventri admodum vor-a-ci. Quidam explicant, ambitioni, quæ est veluti gurges. Proprie ‘bara-thrum’ locus erat Athenis profundissimus, in quem demittebantur noxi et capite damnati. Sensus Horatii est: Quid differt utrum prodigali-tate an avaritia pecces, et ad insa-niam ruas?

Servius Oppidius Canusì duo prædia, dives	
Antiquo censu, gnatis divisso duobus	
Fertur, et hæc moriens pueris dixisse vocatis	170
Ad lectum: Postquam te talos, Aule, nucesque	
Ferre sinu laxo, donare et ludere vidi;	
Te, Tiberi, numerare, cavis abscondere tristem:	
Extimui ne vos ageret vesania discors;	
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.	175

*lhrum, an acquisitis utare nunquam? Servius Oppidius veteri censu locuples duo prædia duobus filiis Canusì partitus esse narratur; moribundus autem vocasse liberos ad cubile, et sic allocutus: Ex quo te, Aule, perspexi talos ac nuces aperto sinu portare, necnon largiri atque ludere; te vero, Tiberi, mæstum suppudare, et in cavis occultare; veritus equidem sum ne recordia dispar vos teneret; ne tu Nomentanum, tu Cicutam*

*Wakef.*—168 Hic nova incipit Satira in codice Laurent. Petrarchæ in Biblioth. Florent. cum inscriptione, *Contra ambitiosos et avaros Ecloga*. Ita quoque in Upsal. et Gud. 1. ap. Mitsch.—169 Venet. 1559. *gnatis dedisse duobus*.—170 Harl. 2. 3. 6. et omnes fere Bentleii, Venett. Glarean. Bentl. et Kidd. *hoc moriens*.—172 ‘Quæro cur Bentleius de suo posuerit perdere pro ludere, cum vox ludere possit figurare dici pro perdere, ubi lnsus scilicet temerarius est et nimis frequens.’ *Baxt.* ‘Puer qui talos et nuces non domi habet, ut, cum opportunitum est, illis ludat; sed ubique sinu circumfert, nec deponit ante, quain vel donandi causa vel ludendi depromat, indicium illæ dat animi ad rem faciendam et servandam parum attenti: contra avaritiam et sordium signum est, si abscondat, solus et sæpius dinumeret. Cum gravi et decretoria severitate sua operam hic lusit et perdidit magnus Bentleius.’ *Gesn.* Cuning. ex conj. credere; et sic edidit Sanad.—174 Nic. Heinsius ap.

## NOTÆ

168 *Serius Oppidius*] Rem illustrat exemplo patris prudentissimi filios dnos a diversa insanæ specie deterrentis.

*Canusì*] Hæc urbs est Apuliæ, de qua i. Sat. 5.

169 *Divisso*] Divisso, syncope.

171 *Aule*] Fili mi.

*Talos*] Ne tesseras lusorias, Gall. dez, accipe Lector, sed ocellatos. His enim, non item illis, insitabant pueri. Sueton. Octav. cap. 83. ‘Animi laxandi causa, modo piscabatur hanio, modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis.’ Ubi ‘ossiculis’ alii, alii ‘oscillis’ legunt:

alii etiam ‘ocellatis nucibus,’ id est, in oculi figuram compositis.

172 *Ferre sinu laxo*] Absque magna cura, negligenter.

173 *Tiberi*] Alter hic est Servii Oppidii filius.

174 *Vesania discors*] In pueris nempe elucebant mores, jam studia mabant. Aulus propendebat in prodigalitatem, Tiberius ad avaritiam vergebatur.

175 *Nomentanum*] Hominem profusione et luxuria famosum: de eo i. 8.

*Cicutam*] Fœneratorem avaritiam sordidæ.

Quare per Divos oratus uterque Penates,  
 Tu cave ne minuas ; tu, ne majus facias id  
 Quod satis esse putat pater, et natura coërcet.  
 Præterea ne vos titillet gloria, jure-  
 Jurando obstringam ambo : uter ædilis fucritve      180  
 Vestrum prætor, is intestabilis et sacer esto.  
 In cicere atque faba bona tu perdasque lupinis,  
 Latus ut in Circœ spatiere, aut æneus ut stes,  
 Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis ?

*imitareris. Quamobrem per Deos Penates ambos obsecro, tu ne dilapides, tu ne augeas id quod pater sufficiens arbitratur ac natura definit. Insuper utrumque sacramento obligabo, ne vos cupiat honorum cupiditas : uter vestrum ædilis aut prætor fuerit, is testimonii expers et execrandus esto. Nempe ut in circœ magnifice incedas, vel stes ex ære conflatus, tu stulte opes in cicere et faba et lupinis effundas, ac prædiis et pecuniis a patre acceptis spoliere? Nimirum ut plausus quos accipit*



Burm. conj. dissors pro discors.—182 Zarot, *bona tum perdasque*; unde Gesn. conj. *bona tun' perdasque pro tune*. ‘perdas que duabus vocibus scribendum puto.’ Baxt.—183 *Latus ut optimi et vetustissimi codd. ap. Torrent. Harl. 2. 3. 4. 6. Gott. Han. omnes ap. Bentl. al. et edd. post Torrent. Lætus edd. antiq. ante Torrent. Largus ut Markland. Epist. Crit. p. 81. et æneus Leid. et Colbert. Bentleii, quod ille recipit. Ita quoque Harl. 2. Vide*

#### NOTÆ

178 *Natura coërcet*] Nimirum illa paucis contenta duntaxat requirit quod sufficiat.

179 *Ne vos titillet gloria*] Ne vos ambitione duci et teneri contingat : ne ambiatis ullum magistratum, ædilitatem, præturam, &c.

181 *Intestabilis*] Ademto jure testimonii dicendi et condendi testamenti infamis. Gell. vi. 7. et xv. 13.

182 *In cicere atque faba*] Eiusmodi nempe donaria et congiaria faciebant demulcendæ et captandæ plebis gratia, qui ad magistratus sibi viam munire studebant : spargebant in vulgus legumina quæ magni tum æstimabantur a populo nondum locuplete et superbiente. Plin. xviii. 12. varia cicerum genera affert : ejusdem vero capitis initio ita scribit : ‘Inter legumina maximus honos fabæ : quip-

pe ex qua tentatus sit etiam panis.’ cap. 14. ‘Lupino,’ inquit, ‘usus est proximus ; cum sit et homini, et quadrupedum generi unguis habent communis :’ et postea : ‘Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est.’

183 *Latus ut in Circœ, &c.*] Ut in circœ magnifice et gloriose ambules, cum ædilis ex more iudos Florales procurabis ; tumque munera etiam plebi disperges, ad benevolentiam ejus ancupandam, atque majores aliquando magistratus capessendos. Pers. Sat. v. 177. ‘cicer ingere large Rixanti populo, nostra ut Floralia possint Aprici meminisse senes.’

*Æneus ut stes*] Ut erigatur tibi statua ex ære.

184 *Nudus agris, &c.*] Plures certe bona sua profuderunt in missilibus et

Scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu,  
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?  
Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur?  
¶ Rex sum. ¶ Nil ultra quæro plebeius. ¶ Et æquam  
Rem imperito; at si cui videor non justus, inulto

*Agrippa, tu quoque accipias, quasi rafra tulpes generosum leonem æmulatu? O Atrida, quare prohibes ne quispiam curet sepielendum Ajacem? AGAMEMNON. Quia rex sum. STERTIN. Ego unus e plebe nihil amplius interrogo. AGAMEM. Quin et rem justam jubeo. Quod si quis me iniquum judicat, huic per me licet*

\*\*\*\*\*

Markland. ad Stat. I. Sylv. I. 51.—186 Quatuor libri optimi ap. Torrent. *ingenium*; ut totum illud, *Astuta ingenium*, vulpi detur.—188 ‘Cruquius in optimo Gandasensi quære scriptum fuisse affirmat: atque ita legi debere Gnl. Canterus Nov. Lect. IV. 12. ait: nec mihi displicet: sed non tanti est, ut sine majoribus auctoribus quicquam immutem.’ *Torrent.* ‘Bentleius non vidit Dialogismum esse, cum arbitrio suo mutaverit *quæro* in *quære*. Verum hoc fecit de more suo auctoritate unius membranæ, quam ob raritatem ceteris præferendam censuit.’ *Baxt.* Trinit. ap. Bentl. et Acron, *queram*. Omnes codd. Bentleii, Gott. Harl. 2. 3. 4. 6. al. et edd. Zarot. Mediol. 1477. 1486. 1502. Venett. 1477. 1478. 1479. 1490. 1492. 1559. Florent. 1482. al. antiqu. *quæro*; ita etiam Baxt. Gesn. Zeun. Schrevel. Bond. Delphi. Sanad. Dunster, Francis, Heindorf, Wetzel. Bipont. Wakef. et Comb.—189 ‘At si cui nuper ediderunt ex codice omnium veterissimo Blandinio. Sed rectius est *Ac si*, ut alii omnes, scripti

#### NOTÆ

donariis: et Milo quidem tria dicitur patrimonia consumisse auram venando popularem congariis.

185 *Agrippa*] Augusti gener, populo item dilectissimus. De eo I. Od. 6.

186 *Astuta ingenuum*, &c.] Tu pūllus magnos perperam æmulatus. Sant qui alludi velint ad Æsopi fabulam de vulpe seu asino Cumano leoninis exuviis induito.

187 *Ne quis humasse velit*, &c.] Novus Dialogus, quo ambitiosos pariter insanire demonstratur: asseriturque id quod est supra vs. 45. ‘Hæc magno formula reges... tenet.’ Itaque Stertinus seu plebeius quispiam inducitur loquens cum Agamemnonem; qui quidem, ut ‘regum maximus’ appelletur, grande piaculum non du-

bitat perpetrare; videlicet propriam filiam ambitioni suæ magis immolat quam Dianæ aut publicæ utilitati. Vide Euripid. Iphigen. in Aulide.

*Ajacem*] Telamonis filium, excepto Achille solo, fortissimum Græcorum: eorumque ‘Insigne propugnaculum,’ atque inter ceteros ‘capite et lati humeris eminentiorem,’ teste Homer. Iliad. B. et T. vide II. Od. 4.

*Vetas cur*] Ajacem propria manu interfectum Tener frater ad sepulturam efferre moliebatur: at prohibitus est jussu Agamemnonis, eo quod hostilem in Græcos animum ille præbuiisset, ut mox explicabitur.

188 *Nil ultra quæro*] Quidam legunt, *quære*, ut continuus sit Agamemnonis sermo.

Dicere, quod sentis, permitto. ¶ Maxime regum, 190  
 Di tibi dent capta classem reducere Troja!  
 Ergo consulere, et mox respondere licebit?  
 ¶ Consule. ¶ Cur Ajax heros ab Achille secundus  
 Putescit, toties servatis clarus Achivis?  
 Gaudeat ut populus Priami Priamusque inhumato, 195  
 Per quem tot juvenes patrio carucre sepulcro?  
 ¶ Mille ovium insanus morti dedit; inclytum Ulyssem  
 Et Menelaum una mecum se occidere clamans.

*impune loqui quicquid censem. STERTIN. O regum maxime, tibi numina largiantur, ut expugnata Troja classem reducas incolumem. Igitur interrogare, statimque responsum dare permittis? AGAMEM. Permitto. STERTIN. Quare Ajax Heros post Achillem maximus computrescit, Gracis toties liberatis inclitus? An ut laetetur populus Priami ipseque Priamus quod ille maneat insepultus, per quem tot adolescentes patria sepultura privati sunt? AGAMEM. Immo quod mille oves furens trucidavit, vociferans; mactare se praedalarum Ulyssem, ac Menelaum, atque*

\*\*\*\*\*

editique, summo consensu exhibent.' Bentl. ita Venet. 1559. Glarean. Lamb. alii.—190 *Dicere quod sentis* Harl. 2. 3. 4. 6. Han. 1. et omnes fere codd. ap. Bentl. *Dicere quid sentis pauci codd.* ap. ennd. Bentl. *Dicere quae sentis* edd. antiq. *sentit* Cuning. et Sanad. ita etiam Harl. 3. 4. et Vet. Comb.—191 'Bentleius maluit classem deducere quam reducere, quod nobis minus videtur; nam nimis cavet Metro. Veteribus re modo longum erat, modo breve.' Baxt. *deducere solus Zulich.* cum edd. Locher. Venet. 1490. et Glarean. *reducere* Goit. Harl. 2. 3. 4. 6. omnes alii ap. Bentl. Zarot. Mediol. Venett. 1477. 1478. 1479. et recent. præter Wakef. et Kidd.—194 'Cruquii codices pro putrescit legerunt putescit, quod et Torrentius reperit in suis. Bentleius tamen retinet putrescit.' *Huic etiam mirifice placet antiquata scriptura includutum Ulixem, et similia jam olim desita.*' Baxt. *Putrescit* etiam Harl. 2. 6. et Vet. Comb.—197 Vett. membranae Ulixem. Vide Heinsium ad

#### NOTÆ

195 *Gaudeat ut populus Priami, &c.]* Gandium nempe hostibus Trojanis ingens paras: ex Iliad. A.

*Priamus]* Is non Trojæ solum, sed prope totius Asiae rex: pater Hectoris, Paridis, aliorumque numero 50. teste Cic. Tusc. 1. quorum 17. e legitima uxore. Hos bello Trojano fere omnes vidiit ab hostibus occisos: ipse denique Troja capta interemitus a Pyrro Achillis filio.

197 *Mille ovium insanus morti dedit, &c.]* De armis Achillis mortui contendit Ajax cum Ulysse; causa vero cecidit: unde ira et furore percitus

in Græcos ulcisci putas, pecudes bene multas trucidavit. Demum ad mentem reversus facinoris pudore semet gladio perenit. Vide Sophtol. Ajac. flagell. Ovid. Met. xiii. &c.

*Mille ovium]* De hac loquendi formula, 'mille hominum,' &c. Gell. 1. 16. Macrob. Saturn. 1. 5.

198 *Menelaum]* Agamemnonis fratre, Spartæ regem: cuius uxor Helena a Paride raptæ Trojæ incendio flammæ suppeditavit.

*Una mecum se occidere clamans]* Arietes nempe grandiores ac boves oc-

¶ Tu cum pro vitula statuis dulcem Aulide natam  
 Ante aras, spargisque mola caput, improbe, salsa, 200  
 Rectum animi servas? ¶ Quorsum? ¶ Insanus quid enim  
 Ajax

*ipsum me.* STERTIN. *At ut, quando tu in Aulide filiam dilectam loco juvencæ altaribus admores, caputque mola salsa scelerate conspergis, num tenes judicii æquitatem?* AGAM. *Quid loqueris?* STERT. *Enimvero quid peccavit Ajax furi-*

Virg. Ecl. VIII. 70. et Varr. Lectt. Heynii ibid.—200 Harl. 2. *spargasque mola.*

## NOTÆ

cidens Ajax arbitrabatur se mactare Agamemnonem, Ulyssem, Menelaum; et scommata etiam in eos jactabat. Sophoc. cit. Juvenal. Sat. xiv. ‘Hic bove percusso mugire Agamemnona credit.’

199 *Tu cum pro vitula, &c.]* Vide Euripid. Iphigen. in Aulide. Virgil. Æn. II. 116. ‘Sanguine placastis ventos et virgine cæsa.’ Porro totam hanc fabulam confinxerunt Poëtæ ex Historia Jephætæ: lib. Judic. cap. XI. Item ex sacrificio Abrahæ: Genes. c. xxii. Præclare Cic. lib. III. Offic. n. 95. ‘Quid? Agamemnon, cum devovisset Diana quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, (observa, Lector, historiæ varietatem sen variam narrationem,) ‘immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, quam tam tetrum faciens admittendam fuit. Ergo et promissa non facienda nonnunquam.’ Sic profecto et Jephætæ culpatur, tum quod vovit stulte, tum quod putavit stultum votum adimplendum esse.

*Statuis dulcem Aulide natam Ante aras]* Ad Aulidem Bœotiae portum detinebatur classis Græcorum, suspensis ventis, et grassante pestilentia, ob Dianæ cervum ab Agamemnone imprudenter venando interfec-

tum. Qna de re consulti Vates, responderunt placandos esse Deos mactata Iphigenia Agamemnonis filia. Itaque sacrificio peracto Græci prosperam navigationem habuerunt, Trojamque exciderunt. Euripid. cit. Ovid. Met. XII. Alii aliter. Vide Cic. ante cit. Offic. III.

200 *Spargisque mola caput, &c.]* Ex solenni ritu sacrificorum, qui quidem talis erat: 1. Inter cornua victimæ deponebant molam ex farre molito et sale: unde facta vox ‘immolare.’ Vide III. Od. 23. ubi ‘farre pio et saliente nica.’ 2. In caput hostiæ effundebatur vinum; e quo prius tum Sacerdos tum astantes degustare seu delibare solebant: hincque dicta ‘libatio.’ 3. Ipse manu setas evellebat inter hostiæ cornua, atque in ignem velut prima libamina projiciebat. 4. Victimariis mandabat hostiam cædere ac jugulare. 5. Aruspex cultro ferreo viscera explorabat, an perlitatum foret. 6. Ministri e singulis visceribus ac membris certas partes exsecabant, farinaque involutas et in calathis compositas sacrificanti offerebant: hic vero aris imponebat, accensoque foculo cremabat. 7. Epulas instruebant, circum aras saltabant, choreas duebant, Hymnos Diis concinebant.

Fecit cum stravit ferro pecus? abstinuit vim  
Uxore et gnato, mala multa precatus Atridis:  
Non ille aut Teucrum, aut ipsum violavit Ulyssem.

¶ Verum ego, ut haerentes adverso littore naves  
Eriperem, prudens placavi sanguine Divos.

¶ Nempe tuo, furiose. ¶ Meo; sed non furiosus.

¶ Qui species alias veri, scelerisque tumultu  
Permistas capiet, commotus habebitur; atque,  
Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira.  
Ajax cum immeritos occidit, desipit, agnos?

205

210

*osus, quando pecudes ense jugularit? haud conjugem et filium lœsit: diras quidem in filios Atrei jactavit: at nec Teucrum nec ipsum Ulyssem percussit.* AGAM. *Atqui ut abstraherem naves iniquo littore detentas, ego rite numina placavi sanguine.* STERT. *Tuo videlicet, insane.* AGAM. *Meo, inquam, sed minime insanus.* STERT. *Verum qui speciebus falsis et scelere confusis conspurcatisque ducitur, certe furiosus censeri debet: nec interest utrum per insaniam an per iram peccet.* Numquid Ajax insanit, cum agnos permit innocentibus? an tu mente sana es, quando



203 *Uxore et gnata* Harl. 4. ‘Aliter interponxi, *Uxore et gnato;* m. m. p. *Atridis,* Nou, &c. non sine sensus, nt videtur, commodo.’ Wakef.—204 Hic etiam vett. codd. *Ulixem.* Vide ad vs. 197.—208 ‘Cum Torrentium codicibus et Veteribus Scholiastis alias veri reposinimus pro alias veris: nam S detractum erat sequenti vocabulo: estque Hellenismus pro alias vero, quæ Cruxiana lectio est. Bentleius sic interpongit, *Species alias, veri scelerisque tumultu, ac si alias diceretur absolute, quod nobis duriusculum videtur.*’ Baxt. veris est conj. Lambini, et placet Valatio. ‘Distinguendum potius: *Qui species, alias veri scelerisque, tumultu Permistas capiet, commotus habebitur.* hoc tamen integrum, ad lectoris arbitrium deferimus.’ Wakef.—211 ‘*Ajax immeritos dum occidit]* Derivatum est hoc ab Editionibus priscis; inde in plerisque nunc circumfertur. At solus ex nostris Reginensis dum; ceteri cum; ut plerique aliorum habent; et id versus sequens confirmat: *Cum prudens admittis.* Ceterum aliter verba ordinantur, cum in Cruxianis, tum in nostris, Zulichemiano, Magdalenensi, et Regiae Societatis: *Ajax cum immeritos occidit, desipit,*

#### NOTEÆ

203 *Uxore*] Teemessa. *Nato*] Erycace. *Atridis*] Agamemnoni et Menelao.

204 *Teucrum*] Fratrem summi.

*Ulyssem*] Cui tamen Ajax iratus maxime.

208 *Qui species alias veri, &c.] Urget* Stertinius, quasi diceret: immo furiosus es ac demens, quippe falsis rerum speciebus illusus, atque (ut ait Cie. Tusc. v. n. 98.) ‘mentem habes imbutam pravitatis erroribus.’

Quod si animo stares, si commotus non es, veras utique species habuisses, rectum animi servasses, atque adeo intellexisses hominis cædem hanc placere numinibus, a quibus vita nobis tribuitur: neque vana honoris cupiditate deceptus crimen infandum speciosa religionis umbra velatum stulte admisisses. Certe sana mens ‘causas rerum et consecutiones videt.’ Cic. de Finibns II. n. 45.

Cum prudens scelus ob titulos admittis inanes,  
 Stas animo? et purum est vitio tibi cum tumidum est cor?  
 Si quis lectica nitidam gestare amet agnam,  
 Huic vestem, ut gnatæ, paret ancillas, paret aurum; 215  
 Rufam et Rufillam appellat, fortique marito

*sponte crimen perpetrata ob vanam gloriam? utrum culpa caret animus dum superbit?* Age vero, si quis agnam lectica circumferre gaudeat; ac relut filiaæ vestes, aurum, famulas tribuat; puellam vel puellulum nominet; atque viro generoso con-

agnos. Quod altero concinnus cultiusque exire, qui aurem habet, facile sentiet: et merito viris eruditis Cruquio Baxterioque placuisse.<sup>1</sup> Bentl.—212 Pro admittis Cruquiani plures, unus Pulmanni, et duo ap. Bentl. committis; unde Bentleius, *Tu prudens s. o. t. cum admittis.*—213 Hari. 6. timidum est cor. Hari. 3. est vitio cui sollicitum est cor.—215 Huic vestem, natæ ut Magdal. ap. Bentl.—216 Rufam aut Pusillam Gott. Hari. 2. 3. 4. 6. et Zarot. Rufam et Pusillam Vet. Comb. ‘Manuscriptorum quantum ubique est, et editiones prisca habent Rufam aut Pusillam; nisi quod nonnulli et pro aut, et vetustissimus Blandinius Posillam. Ceteræ quæ circumferuntur lectiones,

### NOTÆ

212 *Ob titulos inunes]* Vanæ gloriæ, summi Græcorum imperii, ambitiosi nominis studio, ut totius Græciæ exercitus imperator dicaris. Vide Iliad. B. sub finem; ubi numerantur et nominantur reges ac duces Græcarum copiarum. Præcipui vero isti: Achilles Myrmidonum, Ulysses Ithacensis, Thoas Ætolorum, Idomenens Cretensium, Tlepolemus Rhodiorum, Philoctetes Melibœorum, Ajax Telamonius Salamiiorum, Ajax Oilens Locrensum, Menestheus Atheniensium, Nestor Pyliorum, Diomedes Argivorum, Menelaus Lacedæmoniorum, Agapenor Arcadiorum, &c. Quibus omnibus, id est, navibus circiter mille ac ducentis, virorum autem milibus centum et viginti prærerat Agamemnon Mycenium rex.

213 *Stas animo]* An non tua mens de sua sede mota ac dejecta est? cum enim stat illa, recte sentit, recte cogitat, recte agit.

*Purum est vitio tibi cum tumidum est cor]* Alii sic interpungunt: *purum est vitio, tibi cum tumidum est cor?* cer-

te bonus utrobique sensus.

214 *Si quis lectica, &c.]* Aliud argumentum a simili. Porro ne cui ea similitudo videatur futilis aut insulsa, legat 2. Reg. xii. ubi Nathan Prophetæ ex pari similitudine Davidem regem redarguit: ‘Pauper nihil habebat omnino præter ovem unam parvulam, quæ creverat apud eum cum filiis ejus, de pane illius comedens, et de calice ejus bibens, et in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia.’ Item Sueton. Calig. cap. 55. nimurum Imperator ille equo suo, ‘præter equile marmoreum, et præsepe eburneum, præter et purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, domum etiam et familiam et supellectilem dedit, quo lantius nomine ejus invitati acciperentur: consulatum quoque traditur destinasse.’ Quid vero Xerxes Platanio arbori donans anrenum monile, assiduumque satellitem, ex eorum numero qui immortales vocabantur? Herod. lib. vii. vide Not. n. Od. 15. 4.

216 *Rufam et Rufillam [Pusam aut*

Destinet uxorem; interdicto huic omne adimat jus  
 Prætor, et ad sanos abeat tutela propinquos.  
 Quid? si quis gnatam pro muta devovet agna,  
 Integer est animi? ne dixeris. Ergo, ubi prava      220  
 Stultitia, hic est summa insania: qui sceleratus,

*jugem dare velit; isti Prætor edicto omnem auferat potestatem; curaque sit penes cognatos sapientes. Quid si aliquis filiam loco agnæ mutæ addicit morti? an mente constat? Nequaquam affimes: itaque ubi est iniqua fatuitas, ibi summa*

\*\*\*\*\*

sunt febriuelosæ conjecturæ, quæ per vanas imagines auctoribus suis illudebant. *Pusam aut pusillam* Crispius dedit, *Pupam aut pupillam* Lambinus; *Putam aut putillam* Scaliger; *Papam aut Pusinnum* Nic. Heinsius: quæ omnia cum nomina sint appellativa et ἀποκοριστικὰ, minime hic locum habere possunt. Quivis enim sine ulla dementiae suspicione vel agnam vel catellam vel dorcadam vel similem aliud delicium istis vocabulis appellare poterit. Prudentius certe illi faciunt, qui *Rufam aut Rufillam* legunt; ipsa nimirum sententia flagitante non blanda verba et ἀποκοριστικὰ, sed vera fœminarum nomina: quale signis agnæ imponat, fœminam eam esse credens, proque filia nuptum daturus, is sine dubio ad agnatos et gentiles erit deducendus. Sed quid opus *Rufillam* hic, invitî codicibus, reponere? Vera sola et genuina lectio est, quam ipsi suppeditant: *Rufam aut Posillum appellat.* Ita, ut dixi, codex veterissimus Blandinius; sed eodem reddit, quod in ceteris libris extat, *Pusillam.* Bentl. *Rufam et Rufillam* Baxt. Gesn. Zeun. Wetzel. et Bipont. Bentleium secuti Heindorf, Wakef. et Kidd.—219 ‘Bentleius nescio quomodo semper amat si qui, sive sit in Scriptis, sive non. Verum hoc fecit metu sibili, uti saepius iam nobis dictum est.’ Baxt.—220 ‘Duo codices, ubi parva. Nec fortassis displicebit cogitanti Stoicorum illam, ut peccatorum, sic stultitiae æqualitatem, cum illud plus minusque non admitterent. Nec illepidissimè ἀντιστροφῶν, ut parva stultitia summa sit insania. Parum autem refert utro modo legas, hic summa est, an, hic est summa insania. Sermoni enim hoc postremum similis est: quod ulti affectat Flaccus: atque ita in optimæ notæ libris legitur quanquam Lambino displicet.’ Torrent. Harl. 4. ubi parva. Waddel. Ergo ibi parva est Stultitia.—221 ‘Optimi Torrentii codices cum Vulgatis legerunt: hic est summa insania pro hic summa est insania. Illud posterius placuit Bentleio.’ Baxt. hæc summa est Waddel.—

#### NOTÆ

*pusillam*] Pusus et pusa, unde pusilla et pusio, idem significant quod puer et puerilla: Varro de Ling. Lat. lib. vi. Alii legunt, *Pupam et pupillam.*

217 *Interdicto huic omne adimat jus Prætor]* Huic homini tanquam male sano Prætor interdicat omni jure administrandi bona sua.

218 *Abeat tutela]* Bonorum illius administratio sen proenratio transferatur et committatur propinquis. Lex XII. Tab. ita statuebat: ‘Si

furious existit, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.’

219 *Quid? si quis gnatam, &c.]* Quid ergo Agamemnon morti addicens filiam, et aris devovens, num integramente est?

221 *Qui sceleratus, Et furiosus erit]* Non ablit quod legitur apud Isai. cap. xxxv. ‘Via sancta vocabitur et directa, ita ut stulti non errant per eam.’

Et furiosus erit: quem cepit vitrea fama,  
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.  
Nunc, age, luxuriam et Nomentanum arripe mecum;  
Vincet enim stultos ratio insanire nepotes. 225  
Hic simul accepit patrimonî mille talenta,  
Edicit, piscator uti, pomarius, auceps,  
Unguentarius, ac Tusci turba impia vici,  
Cum scurris fartner, cum Velabro omne macellum,

*est insania. Qui improbus, erit pariter insanus. Quisquis præclaræ existimationis avidus fuerit, hunc attonitum fecit Bellona sanguinolenta.* STERT. ad DAMAS. *Jam vero mecum excute luxuriam et Nomentanum: quippe ratio probabit luxuriosos despere et furere. Iste ubi a patre accepit mille talenta, statim venire mane in suam domum jubet piscatores, pomarios, aucupes, myropolas, turbamque sceleratam Hetrusci vici, scurras, fartneres, denique macellum totum ac Velabrum. Quid inde?*

\*\*\*\*\*

222 Cuning. et Sanad. *cepil quem ritrea.*—224 Harl. 6. *accipe mecum.*—225 *Vincit Venet.* 1559. Glarean. et Lamb.—228 Lamb. *aut Tusci.*—230 ‘Bentleius ex

#### NOTÆ

222 *Vitrea fama*] Vel, fragilis; vel poma omnis generis vendit.  
splendens, instar vitri.

223 *Hunc circumtonuit, &c.*] Hunc 228 *Unguentarius*] Pharmacopola.  
bellicæ gloriæ plus æquo avidum et i. Sat. 2. Gall. *Parfumeur.*  
stulte appetentiorem scilicet attonitum indeque vesanum reddidit Bellona bellorum Dea. Juvenal. Sat. iv.  
123. ‘nt fanaticus cestro Percussus, *Tusci turba impia vici*] Quotquot  
Bellona, tuo.’ Græcis ἐμβρόντητος, ve- voluptatum assecæ et ministri habi-  
sanus, fulmine vel tonitru stuperfactus: tant vicum Tuscum; qui palatum  
ἐμβρόντητα, stupor, vesania. inter et capitolium situs est: dictus  
Varro de Ling. Lat. lib. iv. Liv. lib.  
ii. Dionys. Halic. vide Alex. ab

Alex. ii. 18. In eo meretrices habi-  
dimus insanire avaros et ambitiosos: tariunt; item unguentarii: unde et  
modo luxuriosos arripamus, omnes- Thurarius dictus est: certe malæ  
que Nomentani similes. famæ notam habuit. Plaut. Cistell.  
‘Tusco modo indigne dotem quæras

Ostendimus insanire avaros et ambitiosos: corpore.’ Et Cureul. ‘In Tusco vico,  
modo luxuriosos arripamus, omnes- ibi sunt homines qui ipsi sese vendi-  
que Nomentani similes. tant.’

Nomentanum] Hominem profusione 229 *Scurris*] Gall. *Bouffons.*  
et luxuria famosum. De eo jam i. Sat. Fartner] Qui aves farcit et saginat:  
8. et ii. Sat. 1. qui lucanicas aliaque id genus farci-  
mnia facit et condit.

226 *Hic simul accepit, &c.*] Statim Cum Velabro omne macellum] Cuncti  
atqne Nomentanus pinguem hæreditatem accepit, eam dilapidare totam simul cnpediarum ac delicarum arti-  
agreditur. fices et ministri.

*Mille talenta*] Gallicæ monetæ, six Velabro] Velabrum a vehendo dic-  
cens mille écus: si quidem unum quod- Horat. 3 Q  
que Talentum ad rationes nostras facit nummos sexcentos.

227 *Pomarius*] Qui fructus sive Delph. et Var. Clas.

Mane domum veniant. Quid tum? Venere frequentes:  
 Verba facit leno, Quicquid mihi, quicquid et horum 231  
 Cuique domi est, id crede tuum: et vel nunc pete, vel cras.  
 Accipe quid contra juvenis responderit aequus:  
 Tu nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum  
 Cœnem ego; tu pisces hyberno ex æquore vellis; 235

*magno numero confluxere. Leno proloquitur: Quicquid habeo, quicquid etiam illorum singuli domi habent, tuum illud puta: ac seu mox, seu cras posce. Audi quid ad hæc reposuerit bonus adolescens: In nivibus Lucanæ pernoctas ocreas indutus, ut aprum ego comedum: tu pisces hyeme in mari queris mihi. Ego certe deses*



conjectura sua reposuit, *Qui cum renere: neque enim intellexit Quid tum Comicam esse Μετάβασιν.*' Baxt.—233 Harl. 2. 3. 4. 6. *contra hæc.*—234 'Bentleius pro *In* posuit *Tu*, neque hoc absurde, nisi quod desit auctoritas. Ego nihil moveo.' Baxt. 'duras legendum puto.' Markl. *ad Stat. Sylv.* v. 1. 123.—235 'Duplex jam olim hic ferebatur scriptura, Scholiastæ quoque observata, *verris* et *vellis*. Et *vellis* quidem editiones prisæ exhibent, ac dimidjæ fere pars codicum: ceteri ab altera lectione stant. Si *vellis* hic admittitur, tum ad arundinem piscatoriam et hamum; sin *verris*, tum ad rete et everriculum referri debet. Atque hoc placet. Ausonius Mosella, vs. 244. 'Hic medio procul amine trahens humentia lina, Nodosis decepta plagis examina verrit.' Et 281. 'Ille hamis et rete potens, scrutator operti Nereos, æquoram solitus convergere Tethyn.' Bentl. Han. 1. *verris.* Tres codd. Tor-

#### NOTÆ

tum volunt aliqui cum Varrone de Ling. Lat. lib. iv. Palustris et aquosus pridem locus erat, per quem etiam Tiberis defluxit donee ab Augusto in alveum est coactus: quemadmodum dicetur in Arte Poët. vs. 67. hinc et Tibul. II. 5. 'At qua Velabri regio patet, ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua.' Exinde vicus fuit Romæ celebris; ex quibusdam, in foro boario, ex aliis, in foro olitorio; hod. S. Giorgio in Velabro. Nomen alii deducunt ex eo quod locus erat obtentus velis, sub quibus vendebantur oleum, casei, et similia. Plaut. Captiv. 'quasi in Velabro olearii.' Martial. XIII. 32. caseum Velabrensem commendat.

*Macellum]* Locus obsoniis vendendis Romæ destinatus: a mactandis pecoribus ac venimandis appellata-

tus: vel a quodam Macello nomine, cuius domus olim ibi diruta fuerit. Alii aliter.

231 *Leno]* Hic, vel a leniendo, vel ab alliciendo dictus, accommodatum plane suo nomini sermonem habet ad juvenem prodigum.

233 *Æquus]* Ironice. Nomentannus scilicet erga nequam illos homines at jucundos libidinum ministros benignus ac liberalis.

234 *Tu nive Lucana, &c.]* Quantas, inquit, pro me fers ærumnas, venando in Lucanæ montibus ac sylvis, vel dum nivibus rigescunt, ut mihi apros afferas! de Lucania, in Epod. I. sub finem.

235 *Vellis [verris]* Hinc retis genus piscatorium vocarunt 'everriculum.' Non. Marcell.

Segnis ego, indignus qui tantum possideam : aufer !  
 Sume tibi decies; tibi tantundem ; tibi triplex,  
 Unde uxor media currit de nocte citata.  
**Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,**  
**Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto** 240  
**Diluit insignem baccam ; qui sanior, ac si**

*haud mereor tantas opes habere. Tolle, accipe tibi decies centena millia sestertium : tibi tantundem : triplum vero tibi, per quem festinat conjux media nocte accersita. Æsopi filius margaritam eximiam ex aure Metellæ ablatam aceto liquefecit, nempe ut absorberet decies centena simul : nonne tam insanus quam si id ipsum pro-*

rentii, vellis.—236 Cuning. *tantum qui*.—238 ‘Omnes Libri cum Vet. Schol. legerunt *currit pro currat*: et *citata* est apud Vet. Schol. *pro vocatu*; et melius *citata* cum *præposuerit currit*. Bentleius servat *vocata*.’ Baxt. *currat plurimæ* edd. a Lamb. usque ad Bentl. sed edd. antiq. et omnes fere codd. *currit*; ita certe Harl. 2. 3. 4. 6. *vocata* Han. 1. Harl. 2. 3. 4. 6. al. et Vet. Comb.—240 Han. 1. Exc. Sax. Harl. 3. 6. *absorberet*. Harl. 4. *sorberet*.—246 *Quorsum*

## NOTÆ

237 *Sume tibi decies*] En vobis præmia rependere statui : dono videlicet tibi, venator, decies centena milia sestertium : tantundem quoque tibi, piscator : tibi vero triplum, oleno, qui sedulo mihi voluptates procuras.

239 *Filius Æsopi, &c.*] Æsopus Tragœdus fuit locuples admodum et luxuriosus. Clodius pariter ejus filius decoxit ab eo relictam sibi hæreditatem ducenties sestertium, nt aiunt : et cum a Cæcilia Metella adamaretur, pendentem ex ejus aure margaritam ingentis pretii detraxit, atque aceto liquefactam exsorbuit. Vide Val. Max. ix. 1. Macrob. iii. 14. Plin. ix. 35. ubi de Cleopatrae Antoniique epulis pariter luxuriosis ; subditque : ‘ Prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius Tragœdi Æsopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres ; ne in Triumviratu suo nimis superbiat Antonius, pæne histrioni comparatus,’ &c. Caigula quoque pretiosissimas margari-

tas aceto liquefactas sorbuit. Sueton. Calig. cap. 37.

240 *Scilicet ut decies solidum exsorberet*] Plin. mox cit. ‘ Duo fuere maximi uniones per omne ævum : utrumque possedit Cleopatra Ægypti reginarum novissima, per manus Orientis regum sibi traditos. Hæc, cum exquisitis quotidie Antonius saginatur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix lautiam ejus omnem apparatumque obtrectans, quærrente eo quid astrui magnificentia possit, respondit, una se cœna centies sestertium absumentram,’ &c.

*Aceto Diluit*] Hanc inesse vim aceto, docet Vitruv. viii. 3. Macrob. lib. iii. 17. Plin. cit. ‘ Ex præcepto ministri unum tantum vas ante eam posuere aceti, cujus asperitas visque in tabem margaritas resolvit.’ Idem xxiii. 1. sub finem : ‘ Acetum saxa rumpit infusum, quæ non ruperit ignis antecedens.’

Illud idem in rapidum flumen jaceretve cloacam ?  
 Quinti progenies Arrī, par nobile fratum,  
 Nequitia et nugis, pravorum et amore gemellum,  
 Luscinias soliti impenso prandere coëmtas :      245  
 Quorsum abeant ? sani ut creta, an carbone notandi ?  
 Ædificare casas, plostello adjungere mures,  
 Ludere par impar, equitare in arundine longa,

*jecisset in currentem fluvium aut in cloacam? Filii Q. Arrii, par fratum illustre, improbitate et scurrilitate et criminum studio simillimum, assueti comedere luscinias magno pretio emtas; qua parte creduntur sapere? an candido, an atro lapide notandi? Si vetulus quispiam gaudeat exstruere domunculas, parvo currui mures alligare, ludere par impar, equitare in longo fuste; hunc deus agi vesania. Si*

*abeant censem? Cuning. ‘Sanī ut creta legerunt quatnor Cruquii codices pro sani. Creta. ‘Carbone notentur ut insanī, an creta ut sani?’ Vet. Schol. Pro sani ut creta an carbone notandi Bentleins ponere volnit satin’ creta, an carbōne notati, quod mihi vitiosum videtur.’ Buxt. notandi Gott. notati Exc.*

## NOTÆ

243 *Quinti progenies Arrī, &c.]* Pariter leves ac luxuriosi duo fratres Q. Arrii filii. Is videtur esse, de quo supra vs. 86.

245 *Luscinias soliti impenso prandere]* Val. Max. cit. ‘Æsopi Tragœdi filins,’ inquit, ‘non solum perditæ sed etiam furiosæ luxuriaæ juvenis, cantu commendabiles avienlas immannibus emtas pretiis in cœna pro ficedulis ponere, acetoque liquatos magnæ summae uniones potionibus aspergere solitus, amplissimum patrimonium velut amaranu sarcinam quam celerrime abjicere cupiens.’ Plin. x.

51. ‘Insignis est . . . Æsopi histrionis tragici patina sexcentis millibus sestertium taxata: in qua posuit aves canto aliquo aut humano sermone vocales, numinis sex singulas coëmtas: nulla alia inductus suavitate, nisi ut in his imitationem hominis manderet, ne quæstus quidem suos reveritus, illos opimos et voce meritos: dignus prorsus filio, a quo devoratas dixi margaritas.’

*Prandere]* Vox fortasse ad augen-

dam invidiam posita. Nam qui tam exquisitas dapes prandebant, quas non cœnabant? Si quidem ex Plutarchio Sypos. viii. 6. prandium erat matutina quæpiam esitatio, sine apparatu, ex obviis quibuslibet, cœna vero convivium paratum et elaboratum. Unde et soli prandebant, at cœnabant in cœtu amicorum; unde nomen. Vide Alex. ab Alex. v. 21.

246 *Quorsum abeant? sani]* Quomodo sanis annumerentur. Marcius haud absurde corrigit, *Quorsum abeant? sanin? creta, an carbone notandi?*

*Creta, an carbone notandi]* An laundandi, an vituperandi? Pers. Sat. v. 108. ‘Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.’

247 *Ædificare casas, &c.]* Amantes etiam desipere jam probat; tamque puerilia agere, quam solent pueri domunculas exstruentes e cœno et lapillis, mures velut jumenta ad plostellum alligantes, &c.

248 *Ludere par impar]* Sicut pueri manu prementes copiam nucum, fa-

Si quem delectet barbatum, amentia verset.	
Si puerilius his, ratio esse evincet, amare ;	250
Nec quicquam differre, utrumne in pulvere, trimus	
Quale prius, ludas opus, an meretricis amore	
Solicitus plores; quæro, faciasne quod olim	
Mutatus Polemon? ponas insignia morbi,	
Fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille	255

*ratio vineat, amare puerilius esse quam ista; nec ullum esse discriminem utrum in arena ludas iisdem ludis olim ludebas trcs annos natus, an amore meretricis anxius lacrymere: rogo te, num acturus sis quod Polemo quondam egit errore liberatus? an abjicies morbi signa, fascias, palliolum, faucium operimenta, quemadmodum*



Sax. et Harl. 3. sani, creta Harl. 2. Zarot. et Vet. Comb.—250 Sic Vet. Schol. Harl. 3. 6. et Vet. Comb. Si Harl. 2. 4. optimi codd. Cruquii, et edd. recentt.—251 Exc. Sax. Nec quicquam differt. ‘Vulgatus infinitivus refertur ad antec. ratio erincent.’—255 Gott. Harl. 2. 3. 4. 6. Zarot. Vet. Comb. cubitale.

#### NOTÆ

barum, castaneurn, numinorum, divinandum alii aliis proponunt, sitne par numerus, an impar. Sic tamen viri lusitarunt interdum, immo et Augustus. Sueton. Octav. cap. 71. ‘Alez rumorem nullo modo expavit: lusitque simpliciter et palam oblectamenti causa etiam senex.’ Et postea: ‘Scribit ad filiam: Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se, inter cœnam, vel talis vel par impar ludere.’ De his Jul. Pol. lux ix. 7. Ovid. de Nuce vs. 80. ‘Est etiam, par sit numerus, qui dicat, an impar; Ut divinatas auferat augur opes.’

*Equitare in arundine longa]* Ita cum filioli lusisse narratur sapiens ille Socrates; nec supervenientem Alciabiadem erubuisse.

249 *Si quem delectet barbatum]* Id est, si quis barhatus et senex ludos istos pueriliter consecetur, ac totus iis incumbat. Nam, ut dixi, tum paulo ante tum alibi, nngari ac ludere viri graves aliquando visi sunt. Vide Sat. 1. hujus lib.

254 *Mutatus Polemon]* Is adolescens Atheniensis luxuria perditus, die quadam ebris et comessabundus scholam Xenocratis ingressus est: hunc vero cum de temperantia, sobrietate, pudicitia vehementer disputantem audisset, adeo commotus est ejus oratione, ut luxuriosum morem extemplo ejurarat. Quin et factus Xenocratis discipulus post ipsum docuit magna cum laude. Diog. Laërt. l. iv. Val. Max. vi. cap. ult. Suidas, &c. Meminit et S. Ambros. lib. de Elia, cap. 12.

255 *Fasciolas]* Integumenta pariter et ornamenta, quibus tibias et crura præligabant ac vinciebant præsertim molles: Græci periselidas vocant; Latini subligar, caligas, braccas, feminalia: Gall. bus et haut de chausses. Cic. de Arusp. Respon. ‘P. Clodius a mitra, a muliebribus soleis, a purpureis fasciolis, a strophio . . . est factus repente popularis.’ Quintil. xi. 3. ‘fascias quibus crura vestiuntur.’

*Cubital]* Pulvillum cœnantis enbit supponendum aliqui interpretantur

Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,  
Postquam est impransi correptus voce magistri?  
Porrigis irato puero cum poma, recusat:  
Sume, Catelle; negat: si non des, optat. Amator

*dum ille comessatus narratur coronas capiti detraxisse, statim ac reprehensus est a sobrio præceptore? Si offers poma irato puero, respuit. Accipe, mi pusille, inquietus: ille abicit. Quod si deneges, efflagitat. In quo differt amator expulsus, cum uni-*

—257 ‘Libri aliquot veteres habent correctus; quod magis probo: et ita excudi jussoram. Potest tamen recepta scriptura ferri.’ Lamb.—259 Gott. et

## NOTÆ

absurde quidem: Nam quid ad rem? Immo erat palliolum quoddam super humeros ad cubitos usqne protensum, caput etiam cuello protegens contra frigus. Quintil. mox eit.

*Focalia]* Torques, coronas floreas, inquiunt. Immo colli ac faucium invulnerum et fomentum, e fasciis laniis. Vide Pers. Sat. I. 17. Not. Quintil. eit. ‘Palliolum, sicut fascias quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurium ligamentum, sola potest excusare valetudo.’ Senec. Nat. Quæst. IV. ‘Videbis quosdam graciles, palliolo focalique circumdatos.’ Martial. XIV. 142. ‘Si recitaturns dedero tibi forte libellum, Hoc focale tuas asserat auriculas.’ Ut IV. 41. ‘Quid recitaturns circumdas vellera collo?’

*Potus ut ille Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas]* Val. Max. cit. ‘Polemo . . . vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, pellucida veste amictus, patentem Xenocratis scholam intravit turba doctorum hominum refertam . . . Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus, primum coronam capite detracitam projectit; paulo post brachium intra pallium reduxit; procedente tempore oris convivalis hilaritatem depositit; ad ultimum totam luxuriam exxit.’

257 *Postquam est impransi correptus voce magistri]* Ex Diogene Laërtio

cit. et alii, Xenocrates valde sobrius et continens fuit. Ergo quod *impransus* hic dicitur ille, et quod ait Persius Sat. III. 85. ‘enr quis non prandeat, hoc est?’ similiter utrobique notat sobrietatem philosophorum semel in die cibum capientium, ne ‘multo cibo et potionē completi minus recte uti possent mente’ ac ingenio; ut loquitur Cic. Tusc. V. Porro nt sicens Xenocrates, ita et castus: nam et Phrynes et Laidis nobilium meretrium blandimentis atque illecebris nequicquam tentatus pudore suffudit ipsas impudentes; quæ demum victæ prædicarunt, non virum illum sed statuam visum esse. Diog. Laërt. lib. IV. &c.

*Correptus voce magistri]* Val. Max. ante eit. ‘Non contentus Polemo tam deformi introitū, consedit etiam, ut clarissimum eloquium et prudenterissima præcepta temulentiae lascivis eluderet. At Xenocrates vultum in eodem habitu continuuit; omissisque de quibus disserebat, de modestia ac temperantia loqui cœpit. . . . Itaque Polemo unius orationis saluberrima medicina sanatus, ex infamie ganeone maximus Philosophus evasit. Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.’

258 *Porrigis irato puero, &c.]* Comparat actiones amatoris cum actionibus pucti.

Exclusus qui distat, agit ubi secum, eat, an non,	260
Quo redditurus erat non arcessitus, et hæret	
Invisis foribus? Ne nunc, cum me vocat ultro,	
Accedam? an potius mediter finire dolores?	
Exclusit, revocat: redeam? non, si obsecrat. Ecce	
Servus, non paulo sapientior; O here, quæ res	265
Nec modum habet neque consilium, ratione modoque	

*mo pugnat, redeatne accersitus, an non, eo quo reversurus fuerat etiam non revocatus, nec recedit ab infesta janua? Quanvis me modo sponte accersat, an ibo? an potius finem doloribus conquiram? Repulit; jam accersit: an revertar? minime, licet preceatur. En fanulus longe prudentior. O domine, consilio et ratione*



Harl. 2. 3. optet. ‘Pro optet, quod editiones veteres repræsentant, nescio cur in omnibus fere nunc appareat, optat. Qno admisso, legendum insuper fuerit, si non das: quod tamen in nullo codice visum est hactenus. Vide nos ad II. Sat. I. 20. Revocanda est igitur lectio antiqua: *Sune, Catelle; negat: si non des, optet*: atque hanc agnoscit multo melior majorque pars membranarum veterum.’ Bentl.—260 Best, p. 165. *quid distat?* i. e. quid differt, quid discrepat a tali puer?—262 ‘Recte Bentleius ex melioribus libris: *Ne nunc, cum me vocat, pro, Nec nunc cum me vocet.*’ Baxt. ‘Vocat pro vocet etiam invitatis membranis legendum affirmsas. Atqui Bersmanni, quem saep appellas, codex nns habet *vocat*’ Cuning. *Nec nunc...vocet* Harl. 2. 3. 6. et edd. vett. *Ne nunc* Leid. Zulich. Battel. Trinit. et Regin. a m. sec. *vocat* etiam in membranis Bentleii. *vocet* Harl. 2. 3. 4. 6.—263 Vet. Comb. *finire labores.*

## NOTÆ

259 *Amator Exclusus*] Ex Terentii Eunuch. I. 1. ubi Phædria expulsus a Thaide meretrice, ac post accersitus ita secum agit ac deliberat: ‘Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem Cum accessor ultro? an potius ita me comparem Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit: revocat: redeam? Non, si me obsecrat.’ Pers. Sat. v. 171. ‘Nunc ferns et violens: at si vocet, haud mora, dicas: Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum accersat et ultro Supplicet, accedam?’

261 *Hæret Invisis foribus*] Odit et aversatur januam, ubi repulsam tulit, nec tamen ab ea potest discedere. Vide Pers. mox cit.

263 *An potius mediter finire dolores*] Pers. cit. ‘finire dolores Præteritos meditor.’

265 *Serrus, non paulo sapientior*] Parmeno servus Phædriæ juvenis amatoris, ipso quidem hero suo longe sapientior.

Quæ res *Nec modum habet, &c.*] Ex Terentio cit. ‘Here, quæ res in se neque consilium neque modum Habet ullum, eam consilio regere non potes. In amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ Suspiciones, inimicitiae, induciæ, Bellum, pax rursum. Incerta hæc si tu postules Ratione certa facere, nihilo plns agas Quam si des operam ut cum ratione insanias.’ Plutarch. Amant, oderunt: eundem absentem desiderant, præsentem metunt: adulantur, convicia dicunt: pro amato moriuntur, occidunt: optant non amare; abstinere amore nolunt, &c. Vide Plaut. Cistell. Sc. 4. ‘Credo ego,’ &c.

Tractari non vult: in amore hæc sunt mala; bellum,  
 Pax rursum; hæc si quis tempestatis prope ritu  
 Mobilia, et cæca fluitantia sorte, laboret  
 Reddere certa sibi, nihilo plus explicet, ac si  
 Insanire parct certa ratione modoque.

Quid? cum Picenis excerpens semina pomis  
 Gaudes, si cameram percusti forte, penes te es?

Quid? cum balba feris annoso verba palato,  
 Ædificante casas qui sanior? Adde cruento

Stultitiæ, atque ignem gladio scrutare: modo, inquam,

270

275

*haud geritur negotium modo et ratione carens. In amore hæc sunt incommoda; bellum, ac deinde pax. Ista si quispium firma reddere nitatur, que tempestatis instar incerta sunt, atque cæco impetu moventur, is non magis proficiat, quam si relict desipere certa ratione et modo. Ecquid? cum Picenis pomis semina detrahens lataris, si casu ferius lectum convexum, an tui es compos? Quid? quando senili palato molliculus voces singulis, num sapientior es puero domunculas exstruere? adiunge sanguinem dementice; et flammam ense rimare. Dic vero, Marius nuper*

—266 Vet. Comb. et al. vet. nec consilium.—270 Reddere certa sibi Torrenti codd. distinguunt, cum alii legant, Reddere certu, sibi.—274 Reperi scriptum seris in quinque codd. vett. uno Vat. Jannoc. Torn. Clericano, Nicotiano.

## NOTÆ

272 *Quid? cum Picenis, &c.]* Alias amantium ineptias confert cum puerorum nugis. Nimirum solebant amatores pomi semina sen grana primoribus digitis pressare et in altum ejaculari; quæ si cameram sive lacunar triclinii contigissent, velut felix augurium accipiebant; seque rem concupitam sperabant assecuturos. Vide Jul. Poll. ix. 7.

*Picenis]* Syneed. pro quibuslibet malis ac pomis: laudabantur vero illa quæ proveniebant in Piceno Italæ regione, quæ modo complectitur Marchiam Anconitanam et partem Aprutii.

273 *Gaudes, si cameram, &c.]* Inepit et pueriliter exultas leni ac futili de causa: an ergo sapi?

274 *Cion balba, &c.]* Cum tu senex molluscule verba effers, et pueri ad instar balbntiendo pronuntias, blan-

ditiaruin causa, ad captandam puellæ benevolentiam. Tibul. ‘Et tibi blanditas tremula componere voce.’ Persius simile quid habet Sat. i. 33. ‘Rancidulum quiddam balba de nare locutus, Phyllidas, Hypsipylas, vatum et plorabile si quid, Eliquat, et tenero supplantat verba palato.’

275 *Adde cruento Stultitiae]* Verum amor non tantum facit insanios, sed et crudeliter furiosos: nam ad cædes etiam perpetrandas impellit et cogit.

276 *Ignem gladio scrutare]* Pythagoricum illum symbolum ac præcepsum erat: ‘Ignem gladio ne fodito;’ id est: Hominis, præsertim vero potentis, iram jam ardentem ne magis accende et move. Diog. Laërt. lib. viii. Hic Horatius innuit, eum qui jam gravi affectu, ceu amore, abrepitus, alio insuper affectu, ceu ira, com-

Hellade percussa Marius cum præcipitat se,  
 Cerritus fuit? an commotæ criminè mentis  
 Absolves hominem, et sceleris damnabis eundem,  
 Ex more imponens cognata vocabula rebus? 280  
 Libertinus erat, qui circum compita siccus  
 Lautis mane senex manibus currebat; et, Unum,  
 (Quiddam magnum addens,) unum me surpite morti,

*Hellade occisa præcipitem se dans, fuitne furiosus? utrum insania laborasse illum negabis; ac sceleratum ipsummet affirmabis: proxima, ut fit, appellatione res quasque designans? Erat libertinus quidam retulus, mane jejonus discurrens per plateas, manibus lautis: atque ita precabatur: Unum me, (quid tam magnum? aie-*

\*\*\*\*\*

Alii libri habent seris, quod tamen non damno.' Lumb.—283 *Quid tam magnum? addens* Bentleii Zulich. Colbert. Lambeth. et Regin. a m. pr. Harl. 2. 6. Cruq. Delph. Bentl. Talbot, Pine, Cuning. Sanad. Sandby, Dunster, Francis, Wetzel. Wakef. et Kidd. *Quidnam magnum* Theodor. Marcil. *Quiddam* Ald. R. Steph. Fabric. et nonnullæ dcinceps edd. *Quiddam magnum addens* Gott. Exc. Sax. Harl. 3. 4. Zarot. Venett. 1477. 1478. 1479. 1490. 1492. Mediol. 1477. Locher. Lamb. Torrent. H. Steph. Rutgers. Heins. Burm. Bond. Schrevel. Heindorf. Bipont. Baxt. Gesn. Zeun. et Comb. *surripe morti* Gott.

#### NOTÆ

movetur, omnino insanire, immo ad quodvis patrandum facinus et crimen accingi. Sic Marius nuper, inquit, Helladem puellam, quam deperibat, præ ira et zelotypia trucidavit: ac deinde semetipsum præ dolore præcipitavit. Rem suo tempore videlicet factam Poëta commemorat.

278 *Cerritus*] Quasi Cereritus, id est, a Cerere perculsus et in furorem actus.

*An commotæ criminè mentis, &c.]* Urget valde haec ratio: An, inquit Stertinius, mavis istum hominem sceleratum dicere, quam fateri insanum? verum quoquo modo respondeas, nihil profici: si quidem improbus quilibet insanit.

281 *Libertinus erat, &c.]* Jam superstitiones aggreditur, omnemque simul religionem deridet.

*Circum compita*] In compitis coli Penates jusserat Augustus.

*Siccus mane, senex, &c.]* Singulæ voces advertendæ, animum tranquillum et hoc magis superstitioni no-tantes.

282 *Lautis manibus]* Rite omnia peragit, purasque manus ad Deos tollere satagit, fatue tamen.

283 *Quiddum [Quid tam] magnum, &c.]* Quid hoc Diis magnum et difficile? unum scilicet hominem morti eripere. Alii leg. *Quidnam magnum?* Alii vulgo, *Quiddam magnum addens.* Verum nostra lectio clarior, ac meliorem sensum gignit.

*Unum me surpite morti]* Immortalitatem concedite mili vestrum obser vantissimo. Huc pertinet vetus etymon vocis 'supersticio,' cuius meminit Cicero de Nat. Deor. II. n. 72. 'Qui totos dies precabantur et immolabant, sui ut liberi sibi superstitiones essent, superstitionis sunt appellati: quod nomen postea latius patuit.'

Dis etenim facile est, orabat ; sanus utrisque Auribus atque oculis ; mentem, nisi litigiosus,	285
Exciperet dominus, cum venderet ; hoc quoque vulgus Chrysippus ponit fœcunda in gente Menenî.	
Jupiter, ingentes qui das adimisque dolores, Mater ait pueri menses jam quinque cubantis,	
Frigida si puerum quartana reliquerit, illo	290

*bat,) unum, inquam, ab interitu rindicate, o Dii ; nam potestis. Is aures ambas et oculos integros habebat : ut mentem exciperet eum venumdans herus, si lites fugisset : atque hoc etiam hominum genus recenset Chrysippus in numeroso Menenii grege. Mater pueri a quinque mensibus ægrotantis ita orabat : O Jupiter, qui mag-*

\*\*\*\*\*

et Exc. Sax.—285 Harl. 4. *ni litigiosus.*—287 Meneti Harl. 6. et Vet. Comb.—288 Cuning. *qui dasque adimisque dolores.* ‘Duo codices labores. Sed hoc leve : illud non ita, quod pro illo mane die, illo magne die habent tres optimi libri ; veterem tamen lectionem servo : sic enim de simili superstitione Juven. Sat. vi. 521.’ Lamb. *minusque dolores Zarot.* et Vet. Comb.—

#### NOTÆ

Contra tamen pugnat Lactant. de Vera Sap. iv. 28. Saltem liquet superstitionis vocabulum olim aptatum iis hominibus qui superstites esse cun- piebant vehementius, mortem abhor- rentes plusculum, et vitam a Diis enixe flagitantes.

285 *Mentem, nisi litigiosus, Excipe- ret dominus, &c.*] Id est, libertinus ille sive libertus, sanus quidem erat cor- pore, at mente nequaquam : quocirca si eum adhuc servum dominus vendi- disset, vitium mentis dicere debui- set ementi, si lites habere cum eo nollet ; atque adeo sanum asseve- rans, mentem debebat excipere. Cic. Offic. iii. n. 91. ‘In mancipio vendendo dicenda illa vitia, quæ nisi dixeris, redhibeatnr mancipium jure civili.’ Vide Gell. iv. 2. ubi sic seri- bit : ‘In edicto Ædilium Curnlium, qua parte de mancipliis vendundis cantum est, scriptum sic fuit : Titu- lus servorum singulorum ut scriptus sit curato, ita ut intelligi recte possit quid morbi vitiique cuique sit,’ &c. Unde si morbosum aut vitiosum

noxave non solutum ignorasset em- tor, redhibere poterat ex lege.

286 *Hoc quoque vulgus, &c.*] Hanc superstitionis turbam accenset Chrysippus numerosæ genti ac mul- titudini insanorum sive similiūm Me- nenii. De Chrysippo i. Sat. 3. 127.

287 *Fœcunda in gente*] Sap. ‘Stul- torum infinitus est numerus.’

*Menenii*] Hic parnm integræ sanæ- ve mentis vivebat Horatii tempore, superstes unus ex illa Meneniorum familia pridem celebri, quamvis ple- beia. Notus in primis extitit Agrippa ille Menenius, qui solerti membrorum ac ventris dissidentium apolo- patres et plebem alienatos in concor- diam reduxit. Liv. lib. ii.

288 *Jupiter ingentes, &c.*] Alind super- stitionis genus et exemplum. Ma- ter stulte votum facit ac stultins adimpler. Vovet pro incolumitate filii ; voti rea incolumem ipsa ene- cat.

290 *Frigida quartana*] Ex atra bile quartana febris proficiscitur : atque hujus paroxysmo incipiente, totum

Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus  
 In Tiberi stabit: casus medicus levarit  
 Ægrum ex præcipiti, mater delira necabit  
 In gelida fixum ripa, febrimque reducet:  
 Quone malo mentem concussa? timore Deorum.      295  
 Hæc mihi Stertinus sapientum octavus amico

*nas aggritudines immittis et aufers, si frigida quartana reliquerit menum hunc filiolum, nudus in Tiberi stabit mane, quo die tu jejunia præscribis. Itaque seu casus seu medicus agrotum e periculo liberaverit, vesana parens in frigido littore statuet, ac revocata febri interimet. Ecquo morbo mente affecta? metu numinum. DAMASIP. ad HORAT. Ista mihi velut amico dedit arma Stertinus sapientum octavus, ne dein-*



289 Han. I. messes jam quinque.—291 Magne die Harl. 3. 6.—295 Grotius ad

#### NOTÆ

corpus frigore et horrore concurti-

mater voti se religione putans ob-  
 stringi ad statuendam eum nudum in  
 gelido flumine, reducet febrim de-  
 pulsam, et filium enecabit.

*Illo die, quo, &c.] Die nempe Jovis, quo jejunia indicebantur a Magistratibus ac Sacerdotibus, quæ a populo in Jovis honorem observanda erant. Morem certe hunc hauserant a Judæis, Chaldæis, Ægyptiis, quorum ingens erat Romæ numerus. Illi enim ad solennes festos se jejuniis præparabant, ut et hodie Christiani.*

*295 Timore Deorum] Cic. de Nat. Deor. I. n. 118. ‘In superstitione inest timor inanis Deorum: religio Deorum cultu pio continetur.’*

*Nudus In Tiberi stabit] Qnasi ut toto ablitus corpore, hinc purior ad Jovis sacra procederet. Is veterum mos erat superstitioque. Virgil. Aen. IV. ‘Attractare nefas, donec me flamine vivo Abluero.’ Juvenal. Sat. VI. 521. ‘Hybernum fraeta glacie descendet in amnem: Ter matutino Tiberi mergetur, et ipsis Vorticibus timidum caput abluet.’ Pers. Sat. II. 15. ‘Hæc sancte ut poseas, Tiberino in gurgite mergis Mane caput bis terque,’ &c.*

*292 Casus medicus levarit] Sæpius enim parum valet Medici industria adversus quartanam: quæ proinde vocatur medicorum opprobrium.*

*293 Mater delira necabit] Vesana*

*Sapientum octavus] Sic Juvenalis Sat. II. 40. ‘Tertius e cœlo cecidit Cato.’ De septem illis viris sapientiae fama inclytis, ita Cic. de Fin. II. n. 7. ‘Septem illi non suo, sed populorum omnium suffragio nominati sunt.’ Non consentinnt omnes de singulis tamen; at quatnor hi ab universis agnoscuntur: Thales Milesius, Bias Prieneus, Pittacus Mitylænens, Solon Atheniensis: quibus alii alios subnectunt. Ergo et isti celebrantur, Aristodemus, Cleobulus, Periander,*

Arma dedit, post hac ne compellarer inultus.

Dixerit insanum qui me, totidem audiet; atque  
Respicere ignoto discet pendentia tergo.

¶ Stoice, post damnum sic vendas omnia pluris: 300

Qua me stultitia (quoniam non est genus unum)

Insanire putas? ego nam videor mihi sanus.

*ceps impune dicteriis incesserer. Quisquis me dementem appellari, pariter u me  
vocabitur; monebiturque advertere pendentia dorso averso. Hor. O Stoice, post  
jacturam bonorum, ita venundes cuncta pluris: dic vero, quandoquidem diversa sunt  
insaniae genera, ecquo me laborare autumas? enimvero sapere me existimo. DA-*

Lucan. vii. 301. *malo mentem percussa.*—299 ‘Quorsum, queso, illud ignoto  
tergo? an in alieno? Cave credas! Legendum utique fuerit, si quid video, Re-  
spicere ignaro discet pendentia tergo. Catull. xxii. 20. ‘Sed non videmus man-  
ticæ quid in tergo est?’ Respexit Fabulam Æsopi de impositis homini ab  
Jove duabus peris ap. Phœdr. iv. 9. Ita ‘ignotus’ et ‘ignarus’ confusa  
vidimus ad Lucan. iii. 194. *Javer ad Lucan.* iii. 657.—300 ‘Hanc lectionem,  
si vendas omnia pluris, inveni in duobus eodd. Mart. et Div. Silvius etiam habet  
si, sed inter lineas correctum.’ Cruq.—301 ‘Qua me stultitia omnes quidem  
habent, quos vidi, libri. Sed iis invitis legendum censeo, Quam me stultitiam,  
&c. sic loquitur sup. ead. Sat. vs. 62. ‘hunc ego vulgnm Errori similem cunc-  
tum insanire docebo.’ Lamb. ‘Bentleins, adductus auctoritate unius tan-  
tum codicis, reposuit, Quam me stultitiam pro Qua me stultitia. Qna rara  
cara.’ Baxt. *Quam me stultitiam* Mart. ap. Crnq. item edd. Cruq. Sanad.

#### NOTÆ

Chilo, Anaxagoras, Pythagoras, Ana-  
charsis, Arcesilaus, &c. Vide Dio-  
gen. Laërt. lib. i. Cic. ii. de Leg. n.  
26. ‘Thales sapientissimus inter sep-  
tem,’ inquit.

297 *Ne compellarer inultus*] O egre-  
gium sapientiæ fructum! immo ridi-  
culam vanitatem! non deinceps in-  
ultus compellabitur ipse stultus, quippe  
qui pariter alios possit stultos vo-  
care, didiceritque fere omnes insa-  
nire; unde convianti conviciari  
queat.

299 *Ignoto discet pendentia tergo*] Ni mirum fabulatus est Æsopus ho-  
mines duas habere peras hinc et illinc  
pendentes: in anteriore aliena repo-  
ui vitia, propria vero in posteriore  
quæ a tergo est: quo sit ut illa facile  
videant, haec non ita. Sensus itaque  
est: Discet scrutari et cognoscere  
propria vitia quæ ignorabat. Catull.

Carm. xxii. ‘Sed non videmus mantica  
quod in tergo est.’ Pers. Sat. iv.  
‘Sed præcedenti spectatur mantica  
tergo.’ Non absurdus omnino, sed  
ἀπροσδιόνυσος, qui locum hunc inter-  
pretetur ex verbis antea positis,  
‘candam trahat;’ hoc sensu: Discet  
ille pendere sibi alligatam tergo can-  
dam insaniae videlicet indicem ac  
probrosam notam. Vide ibi, si vacat  
et libet, vs. 53.

300 *Stoice, post damnum, &c.*] Ab-  
hinc ad satiræ finem Horatius cum  
Damasio colloquitur.

*Sic vendas omnia pluris, &c.*] Ironi-  
ca prorsus apprecatio: Faxint Dii  
ut quæstnosa negotiacione resarcias  
priora damna jacturasque olim fac-  
tas; quandoquidem ex inope tam sa-  
piens evasisti, ac tot sapientiæ arca-  
na mihi revelasti. At cum me insa-  
num tam asseveranter pronunties,

¶ Quid, caput abscissum demens cum portat Agave Gnati infelcis, sibi tum furiosa videtur ?	
¶ Stultum me fatcor (liceat concedere veris)	305
Atque etiam insanum ; tantum hoc edissere, quo me Ægrotare putas animi vitio. ¶ Accipe ; primum Ædificas ; hoc est, longos imitaris, ab imo Ad summum totus moduli bipedalis ; et idem Corpore majorem rides Turbonis in armis	
	310

MASIP. *Quid? furens Agave miseri filii caput gestans amputatum, num se credit insanire?* HORAT. *Fatebor quod res est, conceclo me dementem, immo et resanum : ut saltem doce, qua me animi noxa affectum arbitris.* DAMASIP. *Audi : ædes quidem construis : id est tu a vertice ad calcem vix duos pedes ultus ænularis proceros : ipseque armati Turbonis animum et gressum corpore majorem deridens,*

\*\*\*\*\*

Francis, Wakef. et Kidd.—303 ‘ Quod in vetustissimo Blandinio invenit Cruquius, in optimo suorum Pulmannus, ego denique in Regio et Zulichemiano, et pro varia lectione in codice Regiae Societatis : *Quid? caput abscissum manibus cum portat Agave, &c.* Equidem judicium Interpretum hic desidero ; qui quantivis preti lectionem jam a sesquisæculo projectam neglectamque reliquerunt. Certe illud *demens* non modo otiosum hic est, (id enim aliquo modo esset ferendum,) sed sententiam plane onerat et gravat, immo putidam reddit et inficitam. At contra, illud *manibus portat*, quod liber omnium optimus suppeditat, non iners hic stat et aures lassat, sed atrocitatem fœditatemque facinoris mirifice anget : unde et ab aliis poëtis est inclycatum. Sic Euripides Bacchis, vs. 967. et 1137. et 1275. Senec. Phœn. 363. et ibid. vs. 15. Ovid. Met. III. 725.’ Beutl. *manibus* etiam Gott. Exe. Sax.

#### NOTÆ

qui fit ut sanus ipse mihi videar?

303 *Quid, caput abscissum, &c.]* Tibi nempe sanus videris : nec tamen sanus es. Enimvero in propriis cœcutimus. Dic, amabo, numquid Agave se furere neverat cum maxime fureret?

*Agave]* Hæc cum aliis Bacchantibus orgia peragens Penthem filium sacra illa contemnentem, et ad ea curiosius et contra fas penetrantem, Bacchi furore incitata discerpit, abscissumque caput quasi ovans thyrso circumfullit, rata se occidisse immamen aprum, vel, ut alii scribunt, vitulum. Vide Ovid. Met. III. et Pers. Sat. I. 100. et quæ annotavi II. Od. 19. 14.

305 *Stultum me fatcor]* Victus ista

ratione Horatius fatetur quod ante negabat : inquirit tamen quæ sua sit ægritudo, quod animi vitium. Quæ quidem Damasippus ipsi edisserit.

308 *Ædificas]* Hoc primum : ædificandi libidine vexaris, magnates ambitiose ænulatus.

*Longos imitaris]* Ludus est in ambigua voce, *longos*. Tu pusillus magnos, tenuis et modicus bonis opulentos ac divites, vis imitari, stulte quidem : ædes moliris facultatibus maiores.

309 *Moduli bipedalis]* Minima certe hæc est humani corpusculi mensura. Vide Plin. VII. 16.

310 *Turbanis]* Gladiator ille statuta exiguis erat, ceterum grandis animo, incessu, actione.

Spiritum et incessum : qui ridiculus minus illo ?  
An quodcumque facit Mæcenas, te quoque verum est,  
Tanto dissimilem, et tanto certare minorem ?  
Absentis ranæ pullis vituli pede pressis,  
Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens                    315  
Bellua cognatos eliserit. Illa rogare,  
Quantane ? num tantum, sufflans se, magna fuisset ?  
¶ Major dimidio. ¶ Num tanto ? ¶ Cum magis atque  
Se magis inflaret ; Non, si te ruperis, inquit,  
Par eris. Hæc a te non multum abludit imago.                    320  
Adde poëmata nunc ; hoc est, oleum adde camino ;

*quomodo videare minus illo ridiculus? Quicquid autem praestat Macenas, an expedit te certatim moliri tanto disparem et inferiorem? Sic profecto fabulantur: absentis ranae pullis vituli pede contritis, unum effugisse. Is vero matri edisserit, qui ratione innanis bestia consanguineos oppresserit. Illa sciscitur: ecquanta? atque intumescentes querit, an ergo tanta esset? Major dimidio. An sic? Cum plus et plus intumesceret; aut pullus: Etiam si diffregeris te, haud par fueris. Imago ista non valde tibi dissimilis. Adde jam carmina: (id est, oleum igni ap-*

et Vet. Comb.—311 Harl. 6. *quid ridiculus*.—313 ‘Turpissimum hic mendum insedit; dum lectionem ex antiquis derivatam securè transmittunt Interpretes. Atqui Cruquius in Blandinio veterissimo ut et altero bonæ notæ Tonsano, *Tantum* invenit: quod non tam ipsum, quam alios postea doctiores neglexisse miror et indignor. *Tantum dissimilis*; non *tanto*, quod ne Latinum quidem est: sic ‘multum similis’ aut ‘dissimilis,’ non ‘multo,’ II. Sat. v. 92. I. Epist. 10. 3. et 317. II. Sat. 5. 80.’ Bentl. ‘Nescio tamen cur *Tanto* pro turpissimo habeat mendo.’ Baxt.—315 Harl. 4. *matri dum narrat*.—317 Vulgg. ante Crnq. et Bentl. *num tandem se inflans, sic magna*. Codd. Blandd. Tonsan. et Bentleii Trinit. *num tantum*; ita etiam Porphyr. Crnq. Bentl. et recent. *num tandem Gott.* Harl. 2. 4. 6. al. cum Zarot. Mediol. 1477. Venett. Florent. 1482. Locher. Vet. Com. al. ante Cruq. *sufflans se plures codd. Cruquii, Bentleii, et aliorum, sufflans sic in nonnullis Bentleii, Gott. et Harl. 2. 6. et Zarot. sufflans si in aliis Bentl.* Harl. 4. Venett. Mediol. 1477. Florent. 1482. al. vett. ‘In nullo eod. quod sciām, *se inflans*, quod a correctore nescio quo prolatum videtur ex vs. sequenti, et ex Phœdr. I. 25.’ Bentl. Ita tamen legit Nie. Heinsius in Advers. II. 16. p. 340. quem vide. ‘*Pro fuisse legamus fuit? num, &c.* Hare Epist. Crit. p. 36.—318 Major dimidio: *num tantum* Cruquius ex codd. Major dimidio: *num tantum?* Bentleius ex codd. Leid. et Trinit. Major, dein: *Num tantum? Major. Cum magis,*

## NOTE

312 *An quodcumque facil Macenas,*  
§c.] Hie in Esquiliis sumtuosas ædes  
hortosque magnificos tunc temporis  
moliebatur.

314 *Absentis ranæ pullis, &c.*] Æsopis fabula est, quam Phædrus paulo

### immutavit.

321 *Adde poëmata*] Apud Stoicos prideam, ut et plerumque apud alios, et etiamnum, vix bene sani Poëtae habiti sunt. Epist. ad Pisones vs. 296. ‘Excludit sanos Helicone poë-

- Quæ si quis sanus fecit, sanus facis et tu.  
 Non dico horrendam rabiem. ¶ Jam desine. ¶ Cultum  
 Majorem censu. ¶ Teneas, Damasippe, tuis te.  
 ¶ Mille puellarum, puerorum mille furores. 325  
 ¶ O major tandem parcas, insane, minori.

*pone: quæ si condit sapiens quisquam, tu quoque sapis illa faciens. Taceo iracundiam graviorem, (HORAT. Ohe satis est,) nitorem facultates excedentem, (HORAT. O Damasippe, rerum satage duntaxat tuarum,) amores sexcentarum puellarum totidemque puerorum. HORAT. O stultorum maxime, indulge denique minori.*

&c. Cuning. ex conj. eumque secutus Sanad.—322 Codd. Lambini et Bos. Anim. facit, et sanus facies. Duo Torrentii, facit, et sanus facias, quod illi placet.—323 Exc. Sax. Non dicam.

#### NOTÆ

tas Democritus.'

*Oleum adde camino]* Proverbium est: indicat hic hominem jam forte insanum, si versus faciendi prurigine insuper titillatur, duplii insania laborare.

323 *Horrendam rabiem, &c.]* Patientiam in primis colebant Stoici: cultum vero corporis et nitorem vestium negligebant. Duo his contraria Damasippus objicit Horatio. Quæ quidem ipse non diffitetur. Nam iracundum seu ‘irasci facilem’ se innuit, tum in Epist. ult. lib. i. tum alibi non semel: cultum vero mun-

diorem atque majorem censu etiam declarat i. Sat. 6. 78.

*Jam desine]* Hæc et sequentia quædam iracundulus reponit Horatius, crebro Damasippum interpellans, tam lepide quam salse.

324 *Teneas, Damasippe, tuis te]* Tua virtus discute, non mea.

325 *Mille puellarum, &c.]* Erat enim libidinosus admodum, atque ‘in Venerem putris,’ ut loquitur Persius Sat. v.

326 *Major tandem parcas, &c.]* Cum sis maxime insanus, mihi parce minus te insano.

#### SATIRA IV.

Leves Catillones Epicureæ Sectæ deridet. *Baxt.* (Conf. II. Sat. 8. *Gesn.*)

Est quoddam genus hominum, qui studio rerum tenuissimarum et maxime vulgarium ac cognitione vehementer delectantur, easque jactant, tanquam res maximi momenti commendant, et præ illis gravissimas contemnunt. Hos videtur ridere Poëta sub nomine Catii cuiusdam, qui quæ de re coquinaria modo ex magistro audivit præcepta satis vulgaria, ea valde laudat, cupide recitat, ipsisque summorum philosophorum de vita beata præfert præceptis. Sunt autem septendecim: de ovis, oleribus, gallina mactanda, fungis, moris, mulso, conchyliis, jure piscibus apto, apris, piscibus, avibusque, oleo, vinis, cibis stomachum corroborantibus, duplii jure, pomis, de vasis et munditie.

**UNDE, et quo Catius?** ¶ Non est mihi tempus aventi  
Ponere signa novis præceptis, qualia vincunt

HORAT. *Unde venit, et quo vadit Catius?* CAT. *Tibi respondere non licet mihi*

Satira sexta Libri secundi in Ed. Sanad.—2 ‘In cod. Jann. scriptum erat *vincant*: itaque postea scriptum reperi in Nicotianis, et Clericano, et duobus aliis: in Russardinis duobus, et tribus aliis *vincent*: in vulg. *vincunt*: ego *vincent* non improbo. *vincant* tamen malo. Verumtamen judicent docti.’ Lamb. ‘Melius forsan Bentleius ex aliis libris *vincant*. Oportet tamen incertum esse quid ipse Horatius scripsit ob Satirici styli negligentiam.’ Bux. *vin-*

#### NOTÆ

1 *Unde, et quo, &c.*] Quemadmodum Satira præcedenti falsos et adulterinos Stoicos sub Damasippi persona Horatius insectatus est; sic in hac sophistas Epicureos exagitat sub persona Catii.

*Unde, et quo]* Fortuitum occursum fingit Poëta. Simile est exordium Phædri Platonici.

*Catius]* Hic ipse est M. Catius Epicureus Philosophus Insuber, cuius mentionem faciunt Cicero et Quintilianus. Quintil. x. 1. ita scribit: ‘In Epicureis levis quidem, sed non injunctus tamen auctor est Catius.’ Nempe is de rerum natura, et de summo bono quatuor libros scripsit, inquit Vet. Comment. teste vero Cicerone mox citando, doctrinam Epicuream Latine descripsit. Cie. Ep. ad Fam. xv. 16. Cassium a Stoica ad Epicuri disciplinam translatum quasi transfiguravit: ‘Netefugiat Catius Insuber Epicureus, &c. .... Jam biennium aut triennium est, cum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis.’ Epist. 18. seq. ‘Ubi igitur, inquies, philosophia? Tua quidem in culina, mea molesta est.’ Reseribens autem Ciceroni Cassius eod. lib. Epist. 19. sic habet: ‘Non mehercule in hac mea peregrinatione quicquam libentius facio, quam scribo ad te. Videor enim cum præsente loqui et jocari. Nec

tamen hoc usi venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima Epistola tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas... Difficile est hominibus persuadere τὸ καλὸν δι' αὐτὸν αἱρετὸν esse: ἡδονὴ vero et ἀταραξίας virtute, justitia, τῷ καλῷ parari, et verum et præterea probabile est. Ipse enim Epicurus, a quo omnes Catii et Amatini, mali verborum interpres, proficiscuntur, dicit: οὐν τὸ στοιχεῖον ἡδέως ἀνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαλῶς ζῆν. Itaque et Pansa, qui ἡδονὴ sequitur, virtutem retinet: et ii, qui a nobis φιλήδονοι vocantur, sunt φιλόκαλοι καὶ φιλοδίκαιοι; omnesque virtutes et colunt et retinent.’ Ex quibus intelligitur doctrina Epicuri quidem sana, et quorundam Epicureorum, e quorum se esse numero Cassius ille ostendit: insana vero aliorum plurimum, inter quos iste Catius, quem hic subsannat Poëta. Hi nimis ad corporis voluptates perperam referebant quicquid Epicurus tribuebat voluptati duntaxat ei quam animus e virtute percipit ac metit. Vide Sat. viii. seq.

*Non est mihi tempus, &c.]* Interpellantem amovet et amandat, quasi rem gravem moliatur anxie, dum culinæ mysteria pertractat.

*2 Ponere signa]* Ηαء σημεῖα καὶ μηδίατα vocat Plato in Cratylō: et certe non minus per imagines quam

Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.

¶ Peccatum fateor, cum te sic tempore lævo

Interpellarim : sed des veniam bonus, oro.

5

Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox ;

Sive est naturæ hoc, sive artis ; mirus utroque.

*per tempus, cupienti notare nova documenta, quæ supergrediantur Pythagoram, et accusatum ab Anyto, atque eruditum Platonem. HOR. Confiteor erratum, quod te avocarim hora tam inopportuna : sed, precor, indulge benignus; si enim excidat tibi modo quidpiam, seu illud pendet a natura seu ab arte, revocabis facile, cum*

cent Harl. 2. *vincant* Vet. Comb. Chabot. Delph. Sanad. Francis. Heindorf. Wakef. et Kidd. Sic quoque Joan. Saresberiensis in Policerat. viii. 8. *vincunt* Harl. 3. 4. 6. nonnulli codd. Bentleii, omnes ap. Gesn. et edd. vett. item Cruq. Torrent. H. et R. Steph. Heins. Talbot, Pine, Burm. Bond. Schrevel. Dunster, Bipont. Baxt. Gesn. Zeun. Wetzel. et Comb.—4 Harl. 4. *cum sic te.* —6 *Quam si Zarot.* Venet. Mediol. 1477. Vet. Comb. al. ‘Quid si vera est lectio priscarum editionum, Quam si interc. Quam mox repetes! cum admirata-

#### NOTÆ

per literas rerum memoria conservatur. Vide Cic. III. ad Heren. Senec. Epist. vi.

*Qualia vincant Pythagoran]* Talia sunt hæc documenta, ut pluris aestimanda videantur quam quæ scripsere Pythagoras, Socrates, Plato: quocirca labore ne quid memoria effluat, ait Catus.

3 *Pythagoran]* Samo insula orinnodus ille floruit ante Christum annis ferme sexcentis: discendi cupidus ad Ægyptios et Babylonios se contulit. Diogen. Laërt. lib. viii. Venit in Italiam regnante Tarquinio Superbo: eamque regionem, quæ magna Græcia dicta est, privatim et publice exornavit præstantissimis institutis et artibus. Cum vero doctrina ejus longe lateque flueret, permanavit in urbem Romam. Hæc Cic. Tusc. i. n. 38. Tusc. iv. n. 2. Tusc. v. n. 10. de eo jam antea i. Od. 28. et Epod. xv.

*Anytique reum]* Socratem, quem reum egerunt Anytus quidam dives, Melitus poëta, et Lycon orator, quasi male de Diis sentientem. Alia ab aliis accusationis capita referuntur. In-

*Delph. et Var. Clas.*

vidia et calumniis oppressum constat: ‘Quæ vero publice damnarat Atheniensium civitas, publice luxit;’ atque in ejus accusatores indignationem et ultionem convertit: ut scribit S. August. de Civ. Dei, viii. 3. vide Lactant. v. 15. Platon. Apolog. Socratis, Apul. de As. Aen. lib. x. Athen. lib. xiii. Nec prætermittit Cic. tum variis locis, cum præcipue Tusc. i. n. 71. ‘Socrates,’ inquit, ‘impiis damnatus sententiis . . . cum jam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, sed in cœlum videtur ascendere.’ De Socrate jam dixi non panca III. Od. 21.

*Platona]* Hic, Socratis auditor, magistro par aut major evasit, divini etiam consecutus elogium: facundus adeo et eloquens, ut Platonice locutum fuisse Jovem, si Græce loqui voluisset, vulgo dicerent. Cœlebs et castus vixit ad annum ætatis 81. teste D. August. Vide Sat. præced. vs. 11. Not. Item Cæl. Rhodig. xxii. 4. xxx. ult. et alibi sæpe.

7 *Mirus utroque]* Memoria valens tum naturali tum artificiali, ac mi-

*Horat.*

3 R

¶ Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem;  
 Utpote res tenues, tenui sermone peractas.  
 ¶ Ede hominis nomen; simul et, Romanus an hospes. 10  
 ¶ Ipsa memor præcepta canam; celabitur auctor.  
 Longa quibus facies ovis erit, illa memento,  
 Ut succi melioris, et ut magis alma rotundis,

*ntraque polleas.* CAT. *Immo satagebam ut singula retinerem, quippe subtilia subtili dictione comprehensa.* HOR. *Eloquere nomen viri; pariterque dic, an Romanus sit an externus.* CAT. *Præcepta quidem recitabo memoriter; at reticebo auctorem.* Cura ut apponas ova figuræ oblongæ, utpote gratioris saporis, atque rotun-

-----

tione vel ingenii vel artis, quæ statim sequitur? Gesn.—10 ‘Pro simul an rectius Bentleius ex vetusto codice *simul et*, ut Coniunctio prior *utrum vel an de more subintelligatur.*’ Baxt. Han. 1. Exc. Sax. Harl. 2. 3. 4. 6. Zarot. Mediol. 1477. Venett. 1477. 1478. 1479. 1490. 1492. Loher. Florent. 1482. al. ante Ald. etiam, *simul et*; et sic edd. post Bentl.—11 *Ipse memor* Vet. Comb.—13 Harl. 2. 3. 4. 6. et eeteri omnes codd. et edd. ante Bentl. *magis alba.* Bentleius ex ingenio edidit, *magis alma*, i. e. alibilia, uti Varr. R. R. 11. 11. 1. ‘caseos molles magis alibiles’ dixit. Ita Gesn. Zeun. Heindorf, Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. *magis alta*, i. e. nutrita, a v. ‘alere,’ Cn-

#### NOTÆ

rum in modum solers. Ita nempe Catio blanditur assentaturque, ut impellat ad dicendum.

11 *Celabitur auctor]* Videlicet eo quod Epicuri nomen erat vulgo odiosum, inquiunt. Verum quid hæc ad Epicurum præcepta attinent?

12 *Longa quibus, &c.]* Incipit Catius edisserere. Sunt qui velint ridiculum exhiberi Catium quod statuat omnia convivalibus præceptis optimorum anctorum dissidentia, plnsque consulat palato quam valetudini. Verumtamen quædam affert satis probabilia et vera. Ergo ridiculus ille potius quod rem futilem, puta enlinariam, ut jam dixi, tam studiose anxieque moliatur, quam alii res quasque gravissimas.

*Longa quibus facies ovis erit, &c.]* Ab ovis epulas incipiebant veteres. Vide 1. Sat. 3. 6.

13 *Ut succi melioris, &c.]* Plin. x. 52. ‘Quæ oblonga sint ova, gratioris

saporis putat Horatius. Fœminam edunt quæ rotundiora gignuntur: reliqua mares.’ Columel. pariter scribit: ‘Cum volet quis mares excludi, ova longissima et acutissima subjicit: et rursus cum fœminas, rotundissima.’ Contrarium vero his omnino docet Aristot. Histor. Animal. lib. vi. nimirum rotundis et obtusis ovis mares, longis et acutis fœminas produci. Vide Cœl. Rhodig. xxvii. 17. nbi ex Avicenna et Alberto sic habet: ‘Ex orbiculari ovo breve progignitur mas: ex oblongis acutisve fœmina. Ipsum hoc comprobat experimentum, et suffragatur ratio: siquidem virtutis perfectio in masculinis ovis ambit æqualiter, et continet extrema. At in fœminis a centro longius abit materia, in quo est vitalis calor: hoc vero plane imperfectionis argumentum est.’ Certi tamen nihil est in istis. Nam et e longioribus ovis mares excluduntur.

- Ponere : namque marem cohibent callosa vitellum.  
**Cole** suburbano, qui siccis crevit in agris 15  
**Dulcior** ; irriguo nihil est elutius horto.  
**Si** vespertinus subito te oppresserit hospes,  
**Ne** gallina malum responset dura palato,  
**Doctus** eris vivam misto mersare Falerno ;  
**Hoc** teneram faciet. **Pratensibus** optima fungis 20  
**Natura** est: aliis male creditur. Ille salubres

*dis candidiora. Etenim duriora continent masculum vitellum. Brassica in arido solo educata suavior est suburbana; certe nihil est magis exsuccum horto saepe rigato. Si tibi hospes inopinanti advencrit sero, ne gallina durior palato maligne reluctetur, memento adhuc spirantem perfundere Falerno aqua diluto; id molliculam reddet. Præstantem naturam habent fungi in pratis nascentes: alii non tuto co-*



ning. Sanad. et Francis.—15 *Cole* sub urbano veterrimus codex Biblioth. Leidensis. Vide Nic. Heinsium ad Ovid. Met. XII. 430. *Cole* etiam Lamb. ex codd. item Vet. Schol. *Cole* edd. vett. et Bentl. *siccis qui crevit* Cuning.—16 ‘Scripserat absque dubio Poëta, irrigui nihil est elutius horti; ut *Caule* a superioribus repetatur.’ *Dan.* *Heins.* ‘Cnivis loci sensum perpendenti satis liquido patebit legendum, in riguo nihil est elutius horto.’ *Wakef.*—19 Gott. *misto m. Falerno.* Land. *mulso m. Falerno.* Bentl. ex conj. *musto m. Falerno.* Alii, *multo m. Falerno.* ‘Andacter Bentleins pro *misto* posnit *musto*; atque hoc cum nihil esset opus, quod ego video. Antiquo tempore *musto* et *misto* non adeo diverso erant sono.’ *Baxt.* ‘Qui *misto* malunt, parcunt sumtui:

#### NOTÆ

14 *Callosa*] Densiora, proindeque duriuscula: veluti callo obdncta. Itaque callus ovi est putamen sive testicula; alii intelligunt albuinen: sed perperam.

15 *Cole* suburbano, &c.] Sive quod siccum solum caulibus est aptum, seu quod irrigatio frequentior terræ succum ac bonitatem eluit, detergit, demit. Porro suburbanos hortos tenent olidores, eosque rigant crebrius. Sic enim celerius et copiosius olera gignuntur, sed minus bona.

19 *Vivam misto mersare Falerno*] Fit tenerior gallinae caro, si adhuc palpitans submergatur aqua frigida; magisque, si mista vino vel aceto: sic enim fortius reperiuntur includunturque spiritus naturales, quorum intus actio carnis partes dirimit.

Lambinus aliam docet rationem teneram efficiendi gallinam. ‘Sume,’ inquit, ‘quodlibet lapathi genus: hanc herbam in ollam, in qua gallinam seu quaslibet alias carnes coquere volueris, imponito: hoc teneras faciet.’

20 *Pratensibus optima fungis Natura est*] Certe aperto aëre crescentia quaelibet meliora sunt: fungos vero ubique reperiri alios bonos, alios malos etiam constat. Vide Plin. xxii. 23. ubi sic habet: ‘Quæ voluptas tanta ancipitis cibi? Familias nuper interemere fungi, et tota convivia, Annæum Serenum præfectum Nero-nis vigilum, et tribunos et centuriones.’ Tacit. Annal. XIII. et Senec. Epist. 63.

Æstates peraget, qui nigris prandia moris  
 Finiet, ante gravem quæ legerit arbore solem.  
 Aufidius forti miscebat mella Falerno,  
 Mendose ; quoniam vacuis committere venis  
 Nil nisi lene decet : leni præcordia mulso  
 Prolueris melius. Si dura morabitur alvus,

25

*meduntur. Is æstates sanus traducet, qui prandia finiet moris nigris ex arbore decerp-tis ante solem ardentem. Aufidius mel immiscebat Falerno valentiori, male quidem; nam vacuis venis nihil debet infundi nisi dulce. Viscera suavi melicrato perfundes aptius. Si piger ac durus fuerit venter, obices removebunt mytilus et conchæ vilio-*

qui musto, sunt delicatores : luxuriosum mulso Landini.' Gesn.—22 Cuning.

## NOTÆ

22 *Qui nigris prandia moris Finiet]* Immo, teste Galeno, quod facile corrupuntur mora, noxia sunt post alias cibos sumta ; initio vero cenæ prorsunt magis. Aliter locum hunc intelligere possumus, ex more veterum, qui levem et modicum duntaxat cibum mane capiebant : nimurum e refrigerantibus valde moris prandium utile esse æstate : hæc et apud nos in jentaculo plerique amant.

23 *Ante grarem quæ legerit arbore solem]* Tunc enim virtutem snam totam nocturno frigore inclusam continent teneiores fructus. Contra duiores ardore solis quasi coeti et perfecti ex arbore deeripi debent fervente potissimum die.

24 *Aufidius]* Ejus meminit Plin. x. 20. ' Mar. Aufidius Lurco saginare primus instituit pavones, circa novissimum piraticum bellum : ex eoque quæstu redditus sestertium sexaginta millia habuit.'

*Forti miscebat mella Falerno]* Jam ante est observatum ii. Sat. 2. 15. solitos veteres inchoare convivia a promulsione seu potionē mulsi, id est vini cum melle mixti : a muleendo factum nomen quod venas mulecat lenitate sua. Varro de Re Rust. iii.

16. ' Venit favus ad altaria, et mel ad principia convivii.' Porro mulsi potionem confectam interdum apponebant ; aliquando vinum et mel separatim ; ut conviva, utrumque temperans, sibi mulsum arbitrio quisque suo faceret. Mulsum laudat Plin. xxii. 24. ' Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere, neque alio ullo cibo, celebri Pollionis exemplo. Centesimum annum exceedentem eum D. Augustus hospes interrogavit, quanam maxime ratione vigorem illum animi corporisque custodisset. At ille respondit : intus mulso, foris oleo.'

25 *Mendose ; quoniam vacuis, &c.]* Immo bene. Quippe ex cit. mox Plin. ' Mulsū ex vetere vino utilissimum, facillimeque cum melle corporatur, quod in dulci nunquam evenit. Ex austero factum non implet stomachum, neque ex decocto melle, minusque inflat, quod fere evenit. Appetendi quoque revocat avitudinem cibi.' Vide Dioscorid. v. 16. et Macrob. vii. 12.

26 *Leni præcordia mulso Prolueris melius]* Delicato et fastidioso Catil palato mulsum e Massico leniori placuissest magis quam e fortis Falerno :

Mytilus et viles pellent obstantia conchæ,  
Et lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo.  
Lubrica nascentes implet conchylia lunæ. 30  
Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.  
Murice Baiano melior Lucrina peloris :

*res, et rumex herba foliis brevioribus, sed non absque albo Coo. Luxa crescens implet conchylia fluentia. Sed non mare quodlibet profert optima testacea. Baiano murici*

nigris qui prandia.—28 *Petulus et dulces* Exc. Sax. *Mitulus et viles* Gott. *Mugilis et viles* Florent. 1482. Sic ap. Seren. Sammon. vs. 234. ubi refertur hic versus, *Mugilis fuerat* in edd. deinde ex codd. repositum *Mitulus*. Harl. 2. 3. 4. 6. al. *Mytilus et viles*.—29 Zarot. sine Chio.—32 *Murex Baianus melior*, *Lucrina peloris* Snapius. V. Porsoni Opuscul. p. 309.—33 *Circeis* in quibusdam edd.

## NOTÆ

cujs tamen austeritas melle et quādam vetustate mitigata, virtus autem adhuc satis vegeta roborando stoma-  
cho longe utilior: docet Martialis  
xiii. 108. ‘Attica nectareum turbas-  
tis mella Falernum. Misericri decet  
hoc a Ganymede merum.’

28 *Mytilus et viles pellent obstantia conchæ* Alvuū duram emollient ob-  
structamque laxabunt mitulorum alia-  
rumve concharum salsus humor, la-  
pathi herbæ succus, et vinum album;  
hoc scilicet illis concoctis admixtum.  
Cornel. Celsus ii. 29. ‘Alvum,’ in-  
quit, ‘movent cochleæ, garum, salsa-  
menta, ostrea, pelorides echini, mus-  
culi, et omnes fere conchulæ, maxi-  
me jus earum.’ Anthen. iii. 9. ‘Ex  
conchyliis, alvo movendæ ciendoque  
lotio excellunt pectines, musculi, cha-  
mæ, ostrea.’ Vide Caton. de R.R.  
cap. 158. Plin. xxxii. 9.

*Mytilus [Mitulus]* Alii scribunt, *my-*  
*tilus*, et *mutilus*: pisciculus est e con-  
charum genere, in arenosis potissimum  
locis proveniens. Martial. me-  
nimit iii. 59. Non defuit qui isto Ho-  
ratii loco legeret, *Mugilis*.

29 *Lapathi*] De lapatho jam in  
Epod. ii. Lucilius apud Cic. de Fin.  
ii. n. 24. ‘O lapathe, ut jactere ne-  
cessæ est cognitu’ cui sis.’

*Coo*] Cos sive Coos, hod. *Lango*,  
insula maris Ægæi Cariæ proxima,  
producebat vina lenia alvum solven-  
tia: quæ idcirco ‘lubrica’ vocat Per-  
sius Sat. v. 135.

30 *Lubrica*] Lubricantia, alvum sol-  
ventia. Alii absurdè interpretantur  
polita intus et lœvia. Athen. lib. iii.  
cit. ‘Ostrea cum malva et lapatho  
aut piscibus ventrem leniter ducunt.’

*Nascentes implet conchylia lunæ*]  
Lucilius: ‘Luna alit ostrea, et im-  
plet eebinos; muribu’ fibras, Et pe-  
cu addit.’ Idem scribunt Cicero ii.  
de Divin. n. 33. Gell. xx. 7. Plin. ii.  
41. ‘Lunari potestate augeri rursus-  
que minui corpora ostrearum, con-  
chyliorumque omnium: quin et sori-  
cum fibras respondere numero lunæ.’  
Verum errorem hunc jamdudum ex-  
perientia contraria discussit.

32 *Murice Baiano, &c.*] Baiani si-  
mus murice melior est peloris capta  
in Lucrino lacu. De Baiis ii. Od. 18.  
Murex piscis aculeos habens et cuspi-  
des complures. Plin. ix. 33. ‘Firmio-  
ris jam testæ murices et concharum  
genera: in quibus magna ludentis  
naturæ varietas, tot colorum differen-  
tiæ, tot figuræ, planis, concavis, lon-  
gis, lunatis, in orbem circumactis, di-  
midio orbe cæsis, in dorsum elatis,

Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini;  
 Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.  
 Nec sibi cœnarum quivis temere arroget artem,

35

*præstat peloris Lucrina.* Ostrea præstantissima juxta Circæos, echini vero e Miseno proveniunt. Tarentum delicatum venditat ampliores pectunculos. Nemo

## NOTÆ

lævibus, rugatis, vertice muricatum intorto,' &c.

*Lucrina peloris]* Hoc conchylium nomen habet a Peloro Siciliæ promontorio, ubi frequenter capitur: non autem a voce Græca πελόπιον, magnum; ut scribunt quidam, ex Athenæo ante citato. Est de genere chamaroni, seu ostreorum testam hanc habentium.

*Lucrina]* Lucrinus lacus, ad intimum sinus Puteolani recessum, piscibus olim delicatissimis abundabat; at modo cœnosa est palus terræ motu facta anno 1538. De eo jam II. Od. 15.

33 *Ostrea]* Optima capiuntur ostrea apud Circæos urbem, vel ad Circæum promontorium: quod in mare Tyrrhenum excurrit prope Circæi rudera; quæ fuit olim civitas Latii, nominata a Circæ sorore Medeæ, Circæis ostreis 'nec dulciora nec teneriora esse illa compertum est,' inquit Plin. XXXII. 6. At Lucrina tamen in primis laudabantur; ut dictum est in Epop. II. Tarentina quoque celebrat Varro, item Gellius VII. 16.

*Miseno]* Misenum uibis et promontorium juxta Baias, dictum a Miseno Aeneæ nauclero ibidem summerso et sepulto.

*Echini]* Echinus, Gall. herisson, de genere cancerorum, spinas habet prodibus: alius terrestris, alius marinus. Plin. IX. 31. Nomen habet ἀπὸ τοῦ ἔχειν ἄυτὸν, quod convolutus ita se condit et contineat, ut nullæ carnes appareant: vel ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ἔχεσθαι, quod teneri minime possit, ob-

aculeos quibus totus inhorrescit et contegitur: unde echinum vocarunt 'spinosum castaneæ operculum.' Plin. XXVII. 9. 'In cacumine capitula sunt echinata spinis,' inquit. Martial. XIII. 86. 'Iste licet digitos testudine pungat aenta, Cortice deposito, mollis echinus erit.'

34 *Pectinibus patulis]* Hi pisces, Gall. *Petones*, conchas habent serratas instar pectinis; unde nomen. Græcis κτένες vocantur dentes anteriores, item pisces isti ob allatain rationem. *Patulos* dicit Horatius, ob apertum os et testam. Aristot. Hist. Animal. IV. 4. 'Testaceorum alia sunt patula, ut pectines, musculi,' &c. Athen. III. 9. et seq. de his plura.

*Molle Tarentum]* De hac urbe I. Od. 28. II. Od. 6. III. Od. 5. *Molle]* Vel propter aërem molliorem; vel ob purpuram et lanas exquisitas; atque luxuriariam: vel a Tereno Sabinorum lingua *molle* significante. Macrob. III. 18.

35 *Cœnarum arroget artem]* Est coquorum gens arrogans et fastuosa, teste Athenæo VII. 11. ubi refert quorundam coquorum vanos sermones non infacetos. 'Ambrosiam ego reperi: jam mortui si olficerint, ut reviviscant ego efficiam.' Item aliis: 'Si semel coquinam aptavero, quod olim apud Sirenas accidebat, id ipsum tu videbis modo contingere: præ odoris suavitatem nemo poterit hac angiporti præterire via. Si quis autem propius accedet ad has fores, aperto statim ore stupefactus consistet, velut afflixus clavis, et mutus, donec aliquis accurrens nares prehensas vellat.'

Non prius exacta tenui ratione saporum.  
 Nec satis est cara pisces averrere mensa,  
 Iguarum quibus est jus aptius, et quibus assis  
 Languidus in cubitum jam se conviva reponet.

*sibi temere attribuat scientiam epularum, nisi antea subtile exploraverit sapores.*  
*Nec e mensa pisces caro pretio auferre prodest, si ignoretur quibusnam jusculum sit*  
*magis idoneum, et quibus assis excitatus conviva jam satur in cubitum sese repos-*

vett. ap. Zeun.—36 *Ni prius Exc. Sax. et Vet. Comb.*—37 ‘Editiones veteres aliæque ante Lambinum avertere; atque ita interque Scholiastes. Primus ille ex codicibus suis dedit avertere, quem secundus est Crnqnius et ex eo tempore nunc hoc, nunc illud editoribus placuit pro diverso hominum sensu et palato. In eo sane jactare se potest lectio prior, quod acutissimo Gronovio patri se probavit Observat. IV. 5. Recte quidem; et nos quoque ab ea parte stamus; si modo avertere veram hic lectionem esse semel admittimus. Sed pace tanti viri, liceat nobis alteri illi lectioni fidem et auctoritatem adiungere, *Nec satis est cara pisces averrere mensa:* quam Crnqniiani codices suppeditant, præter unum, omnes; et bona etiam pars eorum, quos Lambinns, Torrentius, Pulmannus, Bersmannnsque viderunt; et denique ex nostris meliores, Leidensis, Reginensis, Zulichemianus, et Battelianus. Liceat etiam in veteri lectione novam explicationem promere. Non ut hic ‘mensam piscatoriam’ in maccello cum veteribus novisque intelligamus; sed mensam ejus, cui hæc præcepta traduntur. Sunt, inquit, qui in cœnis præbendis se officio suo satisfecisse credant, si ingentes sumtus in cibos fecerint; ignari interea, quid eliximus, quid assum pro varia saporum ratione gratius meliusque sit: *Nec satis est cara pisces averrere mensa, Iguarum, quibus est jus aptius, et quibus assis Languidus in cubitum jam se conviva reponet:* hoc est: Neque sufficit pisces impenso pretio coëmtos in mensa sua exhibere, qui pro reliquiis averrantur; utpote quos nemo convivarum tangere velit, propterea quod aptum enique condimentum desit. Opera potius danda est, ut et pisces pretiosi ponantur, et ita suaviter conditi, ut vel languido convivæ appetitum renoverent; adeo ut nihil demum ex iis reliquum sit, quod a ministrantibus pueris averri possit. Non satis est pisces intactos cara mensa averrere, et solo sumtu ostentare: si artem cœnarum tibi arrogas, id potius effice, ut præ suavitate omnia consumantur, nihil supersit. Hæc, ni fallor, enarratio et sententia et verbo apposite congruit.’ Bentl. Han. 1. Gott. Harl. 2. 4. 6. Zarot. Mediol. 1477. Venett. Vet. Comb. Cuning. R. Steph. Heins. Bond. Schrevol. Heindorf, avertere. Harl. 3. al. Delph. Sanad. Dunster, Francis, Baxt. Gesn. Zeun. Wetzel. Bipont. Wakef. et Kidd. averrere, quod probat N. Heinsius ad Sil. Ital. III. 321.—39 Cuning. se jam convivia.—

## NOTÆ

37 *Averrere mensa]* Quasi everri-culo abstrahere pisces omnes in mensa piscatoria expositos et venales.

38 *Quibus est jus aptius, et quibus assis]* Qui pisces elixari debeant, et in jusceno condiri et inferri: item quos assari magis conveniat, et absque illo condimento et jure apponi. Ex Non. Marcello: ‘Assum in obso-

niis dicitur quod est sine pigmento saporis alieni; sicut merum dicitur solum.’

39 *In cubitum jam se conviva reponet]* Excitata quasi nova fame novos cibos appetens, et ad jucunde comedendos se rursus componens. Eum porro discubendi morem veterum et rationem fuse explicavi i. Od. 27.

Umber, et ligna nutritus glande, rotundas 40  
 Curvet aper lances carnem vitantis inertem :  
 Nam Laurens malus est, ulvis et arundine pinguis.  
 Vinea summittit capreas non semper edules.  
 Fœcundæ leporis sapiens sectabitur armos.  
 Piscibus atque avibus quæ natura et foret ætas, 45

*net. Aper ex Umbria et querna glande nutritus rotundas oneret patinas aversantis carnem flaccilam. Nee enim bonus est Laurens palustribus herbis et arundinibus saginatus. Vinea capellas haud semper facit esui bonas. Prudens requireret humeros leporis fœcundi. Ante meum gustum nemo scivit distinguere quæ natura ætas.*

---

41 *Curvet* Gott. Harl. 2. 3. 4. 6. multo major pars codd. ap. Bentl. et edd. antiqui. *Curvet* aliquot codd. Torrentii, unus Pulmanni, et Bentleii Trinit. item Edd. Bentl. Baxt. Delph. Schrevel. Sanad. Cuning. Francis. Heindorf, Gesn. Zeun. Bipont. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd.—41 ‘Ex antiquissima Cruqñii Membrana pro Fœcundi reposni Fœcunda. Vult significare gratiores esse armos fœminæ ob frequentem partum, lumbos autem maris, quod non adverterunt Interpretes.’ *Baxt.* *Fœcundi* Harl. 2. 3. 4. 6. plerique ap. Bentl. al. et edd.

#### NOTÆ

ad has voces; ‘et cubito remanete presso’ item 1. Sat. 4. 86.

40 *Umber*] Umbria Italæ regio, inter Etruriam, Picenum, et mare Adriaticum, Apennino monte divisa. Statius *Sylv.* iv. 4. ‘cur Tuscus aper generosior Umbro.’

41 *Curvet aper lances*] Pondere sci-  
licet magno. Integros enim apros  
olim appositos, docet Juvenalis Sat.  
1. 140. ‘quanta est gbla, quæ sibi to-  
tos Ponit apros, animal propter con-  
vivia natum !’

42 *Laurens malus est*] Insipidus est  
aper ex agro Laurenti paludosus:  
quem idcirco ranis aptiorem dicit  
Martialis lib. x. Laurentes agri et  
populi Lavinio proximi fuere, versus  
oram Tyrreni maris. Virgil. *Aeneid.*  
x. n. 707. ‘de montibus altis Actus  
aper (multos Vesulus quem pinifer  
annos Defendit, multosqne palus Lau-  
rentia) sylva Pastus arundinea.’

43 *Vinea summittit capreas, &c.*] Non  
semper gustui grata est caro caprea-  
rum et capreolorum vitis palmitibus

nutritorum. Virgil. *Georg.* ii. 371,  
docet, viteñ sepius muniendam ad-  
versus capreas sequaces.

44 *Fœcundæ [Fœcundi] leporis*] Plin.  
viii. 55. disserit de leporum et cuni-  
clorum innumera fœcunditate. Qui-  
dam legunt, *Fœcundæ*: nempe incerti  
sexus habitus est lepus apud veteres.

*Sapiens*] Qui subtili et sagaci est  
palato gustuque. Cic. ii. de Fin. n.  
24. ‘Non sequitur,’ inquit, ‘nt cui  
cor sapiat, ei non sapiat palatus.’

*Sectabitur armos*] Plerique nostrum  
sectantur potius lumbum, *le rable*,  
velut sublimioris saporis et succi:  
non abs re tamen quis *armos* præfer-  
rat ut teneriores. At suum cuique  
judicium est, similiter et palatum.

45 *Piscibus atque avibus quæ natura,*  
*&c.*] Sic apud Juvenal. Sat. iv. 139.  
Moutanus ille describitur delicati et  
solertis admodum palati: ‘ Nulli ma-  
jor fuit usus edendi, Tempestate mea.  
Circeis nata forent, an Lucrinum ad  
saxum, Rutupinove edita fundo Os-  
treæ, callebat primo deprendere mor-

Ante meum nulli patuit quæsita palatum.  
 Sunt quorum ingenium nova tantum crustula promit.  
 Nequaquam satis in re una consumere curam;  
 Ut si quis solum hoc, mala ne sint vina, laboret,  
 Quali perfundat pisces securus olivo. 50  
 Massica si cœlo supponas vina sereno,  
 Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura,

*que sit piscibus et avibus. Sunt quorum ingenium novas duntaxat placentas excogitat. Non sufficit unam rem curare: quemadmodum si quispiam hoc tantum satagat ut vinum sit exquisitum, parum sollicitus quo oleo pisces inungat. Si aperto aeri exponas vina Massica, quicquid crassi inest expurgabitur nocturna aura, et*



antiq. *Fæcundæ in ceteris codd. et edd. post Bentl.—46 Exc. Sax. quæsita pälato.—48* ‘Nimum argutatur Dan. Heinsius, cum hoc modo distinguere jubet, *Sunt quorum ingenium nova tantum crustula promit; Nequaquam satis in re una consumere curam: et τὸ satis explicat non ἄλις, sed ἄλις ὅντες hoc est, Cum non sit satis, vel Quandoquidem nequaquam est satis. Sed quis, obsecro, sic locutus est? nam profecto exempla, quæ ibi profert, nihil ad rem faciunt. Immo enimvero satis hic est ἄλις ἔστι: quippe hoc ad sequentes versus potius, quam ad præcedentem refertur. Unde factum, ut τὸ satis in nonnullis codicibus versui inseratur: in duobus Cruquianis sic, Nequaquam satis in re una est cons. curam. In Regio, Nequaquam satis in re una cons. curam est. Evidem sic potius constituerim, Nequaquam est satis in re una cons. curam; vel sic, Neq. satis est in rem unam insumere curam. Nam Lambethanus codex, etsi is recentior est, Neq. satis est in re una absumere curam. Certe, etsi hac locutione Noster vehementer delectari et sæpiissime usus esse deprehenditur, numquam tamen τὸ satis nudum et incomitatum posuit sine verbo est.’ Bentl. satis est re Cuning. et Sanad.—50 Vet. Comb. profundat.—51 ‘Plures et vestigia Libri suppones, inquit Bentleius. Verum in isto Tempore sæpius hallucinatum est a Librariis, ut nescias, quid sit rectum, quid non.’ Baxt. Nonnullæ edd. suppones, et ita Fr. Odinus in Advers. Crit. Obss. Misc. Nov. tom. XII. p. 441. suppones etiam Harl. 2. 3. 4. 6. supponens Vet. Comb. suppones cœlo si vina sereno Cuning. Bentleii solus Magdal. et edd. post Aldum usque ad Bentl. item Baxt. Gesn. Zeun. Delph. Dunster, Bipont. et Comb.*

## NOTÆ

su: Et semel aspecti littus dicebat echini.'

47 *Crustula*] Gall. *de la patisserie*. De his scriptum a Catio librum refert Vet. Comment. Eo forte respiicit et alludit Satiricus noster.

51 *Massica si cœlo supponas vina, &c.]* Plin. xiv. 21. ‘Mitiiores plagæ doliliis condunt, infodiuntque terræ tota, aut ad portionem situs: item cœlum præbent: alibi vero impositis tectis arcent.’ Et postea: ‘Campaniæ nobilissima vina exposita sub dio

in cadiis, verberari sole, luna, imbre, ventis, aptissimum videtur.’ Scilicet ubi cœlum calidius, vina sub dio relinquuntur: ubi frigidius, defoduntur tota: ubi medium, partim abundunt terra, partim cœlo permituntur: inquit Dalecampius. Atheneus i. 25. pariter docet vina quædam aperto loco sub dio exponenda, ut nimia illorum vehementia expirando minnatur. De Massici vini bonitate, i. Od. 1.

Et decedet odor nervis inimicus ; at illa  
 Integrum perdunt lino vitiata saporem.  
 Surrentina vafer qui miscet fæce Falerna  
 Vina, columbino limum bene colligit ovo ;  
 Quatenus ima petit volvens aliena vitellus.  
 Tostis marcentem squillis recreabis et Afra  
 Potorem cochlea ; nam lactuca innat acri

55

*abigetur odor infestus nervis : illa vero lino percolata omnem amittunt saporem.*  
*Qui vinum Surrentinum Falernæ fæci scite infundit, limum bene cōercet ovo columbae :* quoniam vitellus decidens in fundum sinnul abripit aliena. *Potorem languentem excitabis per squillas tostas et cochleas Africanas.* Etenim post epulas lactuca

*supponas.*—53 ‘ Hic versus mendi quibusdam suspectus est, quid enim odori cum nervis, ut his inimicus esse queat vel officere? cum id tantum habeat, ut sensu nares vel grato juvet, vel offendat ingrato, ac vis ejus tota nisi nasi ambitu contineatur, neque defuit, qui pro nervis legeret vernis.’ *Odinus*, l. l.  
 ‘ Vir summus, quem hic nominare abstineo, Horatii versum omnino corruptum esse putat. In voce odor esse vitium opinatur, ac legi vult acor.’ Idem ibid. p. 444.—54 *Integrum produnt* Vet. Comb.—57 Lamb. *Quatinus.*—

## NOTÆ

53 *Et decedet odor nervis inimicus]* Plin. xxiii. 1. scribit, nervis prodesse Albanum, non item Falernum : et paulo post, ‘ vinum illud quod vetustate dulcescit, minus infestare nervos.’

54 *Integrum perdunt lino vitiata saporem]* Per saccum lineum transmittebant et colabant vina, ad ea defæcanda; vel ad frangendam vim. Plin. lib. xiv. &c. Martial. xii. 41. ‘ Turbida sollicito transmittere Cænuba sacco.’

55 *Surrentina vafer qui miscet fæce Falerna]* Nimirum ut ex Falerni honestate aliquid contrahat Surrentinum paulo austrius. De Falerno 1. Od. 20. Surrentinum, ex agro Campaniæ prope Surrentum urbem, convalescentibus optimum, caput minime tentans, ac stomachi et intestinorum rheumatismos cohibens : ex Plin. xiv. 6. et lib. 23. cap. 1.

56 *Columbino limum bene colligit ovo]* Vitellus ovi, vel, ut alii asse-

runt, albumen potius, in dolium vini turbidi conjectum, aliena, id est, fæcum omnem ad ima devolvit secumque detrahit; ac purum efficit vi-

num.

58 *Tostis squillis]* Assis, vel frictis. Squilla est e cancerorum genere.

Plin. ix. 42.

*Afra cochlea]* Varro de R. R. iii. 14. has commendat.

59 *Lactuca innat acri Post vinum stomacho]* Lactucam utope frigidam veteres adhibebant post epulas et vinum, ad hujus vapores comprimens. Unde est illud: ‘ Grataque nobilium requies lactuca ciborum.’ Postea vero contra factum, atque initio cœnæ intulerunt, seu ad movendam et lubricandam alvum, seu ad somnum conciliandum. Martial. ii. 53. ‘ Prima tibi dabitur veutri lactuca movendo Utilis.’ Et xiii. 14. ‘ Clandere quæ cœnas lactuca solebat avorum, Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?’

Post vinum stomacho : perna magis ac magis hillis      60  
 Flagitat in morsus refici ; quin omnia malit  
 Quæcumque immundis fervent illata popinis.

*innatæ acerbo stomacho. Quin potius ad edendum restaurari debet perna atque hillis. Immo præferret cuncta quæ ex popinis minime lautis afferrentur calida.*

\*\*\*\*\*

60 *Post vina Cuning.* contra omnes codd. et edd.—61 ‘ Editio prisca Locheri’ cui illa Roberti Stephani accedit, *immorsus* hic exhibet. Neque aliud volunt codices nostri Reginensis, Petrensis, Regius, Galeanus, Magdalensis, Battelianus, Collegii Trinitatis; qui uno vocabulo ex prisca scribendi ratione *immorsus* clare præferunt. Atque hæc lectio eruditissimis viris placuit, Bonaventuræ Vulcanio, Petro Scrivero, Danieli Heinsio. *Immorsus* autem exponunt ex Glossario Isidori, ‘ *jejunus* :’ et sic etiam codex Regius inter lineas enarrat: ‘ *immorsus, jejunus.*’ ‘ Sane sensu optimo,’ ait Heinsius: ‘ ante ostendit, quomodo marcentem reficere; jam vero, quomodo jejunum excipere oporteat.’ Ego vero neque sensum orationi, neque verbum sensui convenire dico. De marcente enim stomacho, non jejuno et famelico, hic agi tam manifestum est, quam quod usquam manifestissimum. Cui autem credibile est, *immorsus* activam significationem habere, ‘ qui non momordit, qui nihil conedit?’ Quis auctor, quis sponsor rei tam inaudita? *Glossographus* nescio quis, semibarbarus; cuius ex turbidis lacunis pudeat quicquam haurire, quod Horatio impertiatur. Passivam significationem huic verbo donat *Cyrillus apud Labbæum*, ‘ *Ἄδητος, immorsus*;’ hoc est, qui non est morsus. Ego vero contra *immorsus* sic accipio, ut ‘ *admorsus*,’ ‘ *demorsus*,’ pro eo qui morsus est. *Statius Theb.* II. 628. ‘ *immorsaque cadens obmutuit basta.*’ Ubi, ut hic apud Nostrum, ‘ *immorsa*’ habet vetus codex Collegii Petrensis. *Propertius* III. 8. 21. ‘ *Immorsus* æquales videant mea vulnera collo: Me doceat livor mecum habuisse meam.’ Ita ex conjectura dederunt viri et eruditione et ingenio præstantes Nic. Heinsius et Janus Broukhusius; cum in vulgatis sit *In morsu*, diviso, ut hic, vocabulo. Quid ergo hinc extundemus? profecto levi mutatione sic sati satis coimmodè constitui locus poterit; *perna magis ac magis hillis Flagitat immorsus refici.* Sed quid opus est ulla mutatione? sine dubio sincera lectio est, quam diserte exhibent manuscripsi: *perna magis ac magis hillis Flagitat immorsus refici.* Stomachus flagitat refici *immorsus perna et hillis*, aliusque id genus salsis cibis atque acribus, qui in popinis scilicet vendi solent; ut præter Nostrum *Martialis* I. 42. 10. ‘ *Bentl.* *immorsus* Gott. a. m. sec. Harl. 2. 4. *Zarot.* et *Vet. Comb.* *Pro malit Bentl.* posuit *mavolt.*—62 *Cruquii* codd. uti affirmat, omnes, *in mundis*, quibus ipse assentitur. Ita et nonnulli ap.

#### NOTÆ

60 *Hillis]* Tomaculis, lucanicis, Gall. *andouilles, saucisses.* *Varro de L. L. lib. iv.* ‘ *Hilla ab hilo, id est, minimo dicta.*’ *Festus autem, ab hira intestino, quod jejunum vocant, fit diminut. hilla sive hillum, inquit: et inde ponitur pro suillis intestinis et carnis minutatim concisis et arvina fartsis: ut mox dictum.*

61 *In morsus refici]* Ut modo, sic et olim in conviviis adhibita sunt quæ-

dam irritamenta gulæ, ad redintegrandam edendi appetitionem, v. g. oleæ sale conditæ, rapæ, cappares, aliaque edulcia aceto et sinapi mace-rata, pernæ, &c. vide Athen. lib. IV. Quidam leg. *immorsus*, et explicant, ‘ *impransus*,’ ‘ *jejunus*,’ absurde quidem; ut animadverterent doctiores: sensus enim istic continens est; quem illi separant perperam.

Est operæ pretium duplicis pernoscere juris  
 Naturam: simplex e dulci constat olivo,  
 Quod pingui miscere mero muriaque decebit,  
 Non alia quam qua Byzantia putuit orca.  
 Hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis,  
 Corycioque croco sparsum stetit; insuper addes

65

*Expedit nosse naturam jusculi mixti. Simplex quidem conficitur ex oleo dulci: cui oportebit immiscere crassum vinum et muriam non aliam quam qua putruit orca Byzantina. Postquam autem hoc herbis concisis mixtum atque incoctum est, et*

Bentl. ceteri uno verbo *inmundis*, ex prisca orthographiæ ratione. Cuning. *fervunt illata popinis.* Harl. 2. nonnulli Lamb. et Vet. Comb. *fervent allata popinis.* Alii codd. ap. Lamb. *adlata; alii Bentleii, ablata.* Edd. vett. *illata;* unde Lamb. conj. *illota.*—65 *At pingui Bentl. ex cod. Bosii, qui ita habet, At pingui immiscere;* unde Bosius conj. *Quod pingue immiscere.* Trinit. ap. eundem Bentl. *Cum pingui;* alii vero, *e pingui constat olivo:* *Quod dulci miscere.* Bentleins conj. etiam ex 11. Sat. 8. 47. *Quinquenni miscere.* Cuning. *At mistum miscere.* Vet. Comb. *licebit pro decebit.*—66 Codd. et edd. antiquæ, *qua Byzantia;* al. *que.* Harl. 6. Mediol. 1477. et Florent. 1482. *putruit.* Gott. *potuit,* et pro v. l. *putuit,* et *putruit.* Omnes fere codd. Cruquii, Torrentii, et Bentleii, item Harl. 2. 3. 4. et edd. recentt. *putuit.*—

## NOTÆ

63 *Duplicis pernoscere juris Naturam]* Simplex jus ex olivo dulci tantum: duplex autem sen mixtum, cum insuper illi adduntur muria, vinum, crocum, herbæ concisæ, &c.

65 *Muria]* Isidorus xx. 3. docet esse piscium liquorem sive liquamen salsum. Plin. xxxi. 7. et 8. ‘Aliud etiamnum,’ inquit, ‘liquoris exquisiti genus, quod garum vocavere, intestinis piscium, ceterisque quæ abicienda essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies.’ Illud garum sen liquamen exquisitum e scombris siebat, et divitum erat: aliud erat pauperum vile e thunnis. Vide Martial. xiii. 102. et 103.

66 *Byzantia orca]* De ea marina bellua Plin. ix. 6. Quidam intelligunt thunnum, qui quidem in Bosporum Thracium seu fretum’ Byzantium aliquando penetrat. Alii *oream* interpretantur vas fictile ventrico-

sum, ore angusto, in quo muria reponi solita esset: quale Byzantii frequens erat in usu. Persius eo sensu dixit, Sat. iii. 76. ‘Mænaque quod prima nondum defecerit orca.’

*Byzantia]* Byzantium urbs ad Bosporum Thracium celebratissima: Constantinopolis subinde appellata, hodie Stamboul.

68 *Corycioque croco]* Corycus urbs et mons Ciliciæ optimi croci abundantanter ferax. Strabo.

*Stetit]* Deferbuit. Alii explicant, concrevit: quos bene redarguit Torrentius, ex eo quod liquidum esse oporteat, minime vero concretum jus, in quo pisces aliave obsonia innatent.

*Insuper addes, &c.]* Postquam supradicta illa simul incocta sunt, aspergitur crocum, et affunditur oleum *Venusfranum.* De hujus excellentia lib. ii. Od. 6.

Pressa Venafranæ quod bacca remisit olivæ.  
 Picenis cedunt pomis Tiburtia succo ; 70  
 Nam facie præstant. Venacula convenit ollis ;  
 Rectius Albanam fumo duraveris uvam :  
 Hanc ego cum malis, ego faecem primus et halec,  
 Primus et invenior piper album, cum sale nigro  
 Incretum, puris circumposuisse catillis. 75  
 Immane est vitium, dare millia terna macello,  
 Angustoque vagos pisces urgere catino.

*Corycio croco perfusum conqnerit, adjunges præterea quod exprimitur e bacca Venafranæ. Picentina pomu succo præstant Tiburtinis licet pulchrioribus. Venacula uva ollis apta est : Albanam aptius fumo induraveris. Ego primus invenior in mundis patinis illam circumposuisse cum pomis, item faecem atque halec, necnon piper candidum cum sale nigro mixtum. Grande est flagitium macello tribuere tria millia sestertium, et pisces vagabundos arcta patina congerere. Ingentem nau-*

71 ‘Venuculam : aliquando suspicatus sum vermiculam. Sed locis nimis multis facienda vis esset. Itaque nihil certe mutem. Conditivam esse venuculam s. veniculum, docet etiam Plin. xiv. 2. 4. et 6.’ Gesn.—74 Harl. 3. 4. 6. Vet. Comb. Venet. 1559. Glarean, al. iuveni.—76 Vet. Comib. dare millia trina.—

## NOTÆ

70 *Picenis cedunt pomis, &c.]* Deinceps præcepta dat ad secundam mensam pertinentia. Picena poma jam laudavit Horatius in Satira præced. et meminit Plinius xv. 15. De Tibure ac Tiburtino agro dixi i. Od. 7. et 18. item ii. Od. 6.

71 *Venacula convenit ollis]* Albana uva optime servatur passa et fumo indurata : at Venacula in ollis melius custoditur. Hinc ‘ollares uvæ’ apud Martial. vii. 19. Item apud Columell. Hic iii. 2. ‘Uvæ,’ inquit, ‘temporibus hyemis durabiles vasis conduntur, ut Venuculæ.’ Vide et xii. 43. Macrobius Saturn. iii. 20. appellat ‘Venniculam.’ Plinius autem ‘Veniculam,’ dicit, ‘ollis aptissimam,’ xiv. 2. capite vero primo : ‘Durant,’ inquit, ‘aliæ post hyemem, pensili concatenatae nodo, aliæ in sua tantum continentur anima ollis fictilibus, et insuper doliis inclusæ . . . aliis gratiam, qui et vinis, fumis

affect fabrilis,’ &c.

73 *Hanc ego cum malis, &c.]* Ego primus docui in vasis nitidis circumponere Albanam uvam fumo exsiccatam ; item alec seu muriam, &c. circumposuisse : vel singulis convivis aut certe binis catillam unum, vel certis locis catilla quædam communia disponere, unde facile acciperent plures.

*Faecem et halec]* Denotat ἐν διὰ δοῦν : nempe vel pisces faecatos seu faece conditos : vel pisciculorum faecem, seu e tabefactis illorum intestinis. Enimvero halec non est certi piscis nomen ; immo significat minimos quosvis pisciculos ; aut certe liquamen ex iis, muriæ vel garo non absimile.

75 *Incretum]* Vel, mixtum ; vel, incerniculo seu cribro quodam a furfure expurgatum : ab incerno, purgo.

77 *Angustoque vagos, &c.]* Sumtuoso et vano luxu accumulatos pisces

Magna movet stomacho fastidia, seu puer unctis  
 Tractavit calicem manibus, dum furtæ ligurrit;  
 Sive gravis veteri crateræ limus adhaesit.  
 Vilibus in scopis, in mappis, in scobe, quantus

80

*seam stomacho faciunt sive famulus scyphum contrectavit sordidis manibus, dum ligurit surrepta; sive crassior limus occupat antiquam crateram. Quam parvæ sunt*

78 ‘*Magna morent stomacho fastidia* veteres editiones: neque Cruquins Lambinusve quicquam diversi ex codicibus suis profernnt. At Torrentius in quinque suorum moret reperit: idque recte vulgatae lectioni prætulit, et post eum doctissimus Baxterus. Evidem in sex meis idem inveni, Galeau, Petrensi, Batteliano, Vigorniensi, Societatis Regiae, et Collegii Trinitatis: quæ sine dubio melior scriptura est, *Magno moret stomacho fastidia, seu puer, &c.* *Moret* hic absolute et impersonaliter positum est: vide Nos ad 1. Sat. 10. 78. Et præterea, cum *seu* et *sive* disjunctiva sint, singularem utique numerum, non pluralem, hic requirunt.’ Bentl. *Magna morent* Harl. 2. 3. et Vet. Comb.—79 ‘*Libri aliquot veteres habent dum frusta, quos malim sequi: frusta autem carnium et piscium intellige.*’ Lamb. *frustra* etiam codex ap. Bos. Animadv. et Harl. 2. *frustra* Exc. Sax. et Harl. 4.—81 Faber conj.

## NOTÆ

uno catino apponere; emtos videlicet tribus millibus sestertium: Gall. pour soixante et quinze écus de poissons dans un plat.

81 *Vilibus in scopis, &c.] Ut nimis sumptus in opsoniis damnatur, ita certe negligentiam vel sordes in vasis ac supellectili nemo probaverit. Ergo calices, lances, mensam, mappas, triclinij pavimentum, toros ac toralia, mundu esse oportet: ut etiam præcipitur 1. Epist. 5.*

*Mappis]* Erat mappa utilis ad tergendas manus tantum: mantile, ad sternendam seu tegendam meusam. Absurdus esto quisquis aliter scripsерit. Ad convivia seu privata seu publica suam quisque mappam detulit pridem: at mantili sternebat mensam qui convivium præbebat. Vide Martial. XII. 29.

*Scobe]* Scobs est limatura, sive rammentum et strigmentum e materia qualibet, dum vel serra disciuditur, vel terebra perforatur, vel lima im-

minuitur aut politur, Gall. *limaille, sciure.* Scobe triclinium inspergi solebat, ad colligenda facilius post cœnam purgamenta et scopis auferenda. Senec. Controv. Declam. IX. 2. ‘Inter purgamenta et jactus cœnantium, atque sparsam in convivio scobem, humanus sanguis everritur.’ Scobs etiam pretiosa ad fastum spargebatur. Lamprid. Heliogabal. ‘Scobe auri porticum stravit et argenti, dolens quod non posset et electri.’ Adhibebatur quoque lignea scobs ad atria emundanda. Juvenal. Sat. XIV. 64. ‘Ergo miser trepidas ne stercore foeda canino Atria displiceant oculis venientis amici, Ne perfusa luto sit portiens: et tamen uno Semodio scobis hæc emendat servilus unns.’ Id est, servus inspergens scobis semodium, statim abradet lntum ac sordes omnes: mundaque præstabit atria, porticum, &c. Valeant qui scobem autumant utilem fuisse ad despicanda vasa, dandumque iis splendorem.

Consistit sumtus ? neglectis, flagitium ingens.  
 Ten' lapides varios lutulenta radere palma,  
 Et Tyrias dare circum illota toralia vestes ?  
 Oblitum, quanto curam sumtumque minorem  
 Hæc habeant, tanto reprendi justius illis,  
 Quæ nisi divitibus nequeant contingere mensis.

85

*impensa in scopis, in mappis, in scobe ; tam gravis culpa est, si negligantur. An convenit te lapides varii coloris mundare palma cœnosa ; et Tyria operimenta impo- nere toralibus immundis ? immemorem quo minor suntus et cura est in his, eo re- dargui justius quam iis quæ non possunt occurrere nisi in mensis divitum. Ho-*

*mattis pro mappis.—82 Harl. 6. fastigium ingens.—87 Vet. Comb. Venett. Locher. et aliaæ quædam vett. edd. nequeant ; sed Harl. 2. 3. 4. 6. Gott. Han. 1. Exc. Sax. codd. Lambini et Cruquii, Bentleii Regin. et quatuor alii, item*

## NOTÆ

83 *Lapides varios*] Pavimentum e versicoloribus lapidibus et marmoribus. Vide II. Od. 14. in fine.

*Palma*] Scopis e palma. Martial. XIV. 82. ‘ In pretio scopas testatur palma fuisse.’

84 *Tyrias vestes*] Stragula et peristromata pretiosa seu purpurea ex urbe Tyro ; de qua III. Od. 29. in fine.

*Toralia*] Torus a tortis herbis dictus : quod in iis congestis olim sedebant ac discumbebant. Toral, quod ante torum est, ex Varrone de Ling. Lat. I. iv. puta congestæ herbæ, paleæ, arundinis, item lanæ, vel etiam plumæ involucrum seu operimentum. Itaquelecto impouebatur matta, culcita, lodix ; Gall. paillasse, matelas, loudier. Hæc vero interdum contegebantur purpureis stragulis, ad pom-pam et fastum. Cic. Tus. v. ‘ Collocari hominem jussit in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo magnificis operibus picto.’ Ubi tria vides, Lector, distingui, lectum, toral, sive stratum, stragulum. Ovid. Met. VIII. ‘ In medio torus est de mollibus

ulvis. Vestibus hunc velant ; quas non nisi tempore festo Sternere conseruant.’ Lamprid. cit. Heliogabal. ‘ primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit.’ Ex his intellegi potest iste Horatii locus satis commode. Verum magis ad rem videtur quod toral significat etiam segestria, sive amictum vel tegmen linteum, tricliniari lecto circumdatum, quasi munimen adversus cœnantium purgamenta et jactus, atque ad custodiendam a sordibus stragulam pretiosam : quod quidem toral seu tegmen, quando sordidum erat, lavabatur et eluebatur, ne odore foedo ac turpi nares offenderet : ut innuitur I. Epist. 5. ‘ ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares.’ Isidorus XIX. 26. hoc sensu, ‘ toralia ’ dicit esse ‘ longas perpetuasque mappas a toro appellatas.’ Ergo hic Horatius, vel potius Catinus, dannat incuriam hominis toralia expurgare negligentis, sed ea illota et immunda vestibus Tyriis, seu pretiosæ stragulæ ac purpureæ circumstantis et circumponentis.

¶ Docte Cati, per amicitiam Divosque rogatus,  
 Ducere me auditum, perges quocumque, memento.  
 Nam quamvis referas memori mihi pectore cuncta, 90  
 Non tamen interpres tantundem juveris: adde  
 Vultum habitumque hominis; quem tu vidiisse beatus,  
 Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura  
 Non mediocris inest, fontes ut adire remotos,  
 Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ. 95

RAT. Erudite Cati, oro te per Deos et familiaritatem nostram, fac ut me dedueas ad audiendum, quocunque ibis. Etenim licet memoriter enarres mihi singula; at renuntians haud ita prodest. Adde hominis vultum gestumque; cuius tu potitus aspectu non multi aestimas, quoniam hoc habuisti: ego vero magnopere cupio ignotos posse adire fontes, et percipere documenta vita fortunata.

\*\*\*\*\*

edd. Lamb. Cruq. Torrent. et recentt. nequeant.—89 Cuning. perges quameumque.—90 Nam quamquam Exc. Sax. Nam quamvis referas omnes codd. Bentleii et Pulmanni, etiam Priscianus p. 772. et eisd. Bentl. Sanad. Francis, Heindorf, Wetzel. Wakef. et Kidd. Nam quamvis referas memori Harl. 2. 3. 4. 6. et al. cum edd. ceteris omnibus.

#### NOTÆ

91 *Adde Vultum habitumque homini-* 94 *Fontes remotos]* Ipsos auctores nis] Seneca Epist. 34. ‘Conspectus illius doctrinæ tam excellentis mihi et præsentia et conversatio habet incognitos. aliquid vivæ voluptatis.’

### SATIRA V.

#### IN CAPTATORES ET HÆREDIPETAS.

Tiresias vates ille Thebanus Ulyssi, roganti quo pacto ditescere possit, respondet, senum testamenta astute esse captanda; atque deinceps recenset varias artes, quibus Horatii ætate Romæ ejusmodi captatores utebantur.

HOC quoque, Tiresia, præter narrata petenti

ULYSS. O Tiresia, præter jam responsa, illud etiam quæso dic, quibus rationi-

\*\*\*\*\*

Satira septima Libri secundi in Ed. Sanad.—3 Bentleius ex conj. Dan.

#### NOTÆ

I *Hoc quoque, &c.]* Non sine multo sale persequitur noster Satiricus, quibus Romæ blandimentis et artibus senum animos inescarent captatores, ut hæredes ab iis scriberentur. Inducit itaque Ulyssem apud Inferos cum Tiresia vate sermocinantem, et post alia multa quærentem modos

Responde : quibus amissas reparare queam res  
 Artibus atque modis. Quid rides ? ¶ Jamne doloso  
 Non satis est Ithacam revehi, patriosque penates  
 Aspicere ? ¶ O nulli quicquam mentite, vides ut 5  
 Nudus inopsque domum redeam, te vate, neque illic  
 Aut apotheca procis intacta est, aut pecus : atqui

*bus et artibus resarcire possim facultates perditas. Quare rides? TIRES. Ergone tibi versuto non sufficit Ithacum repetere ac revisere domum paternam? ULYSS. O nemini falsa locute, cernis quemadmodum spoliatus et egenus revertar in patriam ex tuis oraculis: nec ibi proci pepercerunt cellis aut gregibus. Verum enim et*

Heinsii et cod. Petrens. a m. pr. dolose ; sed alii omnes codd. et edd. vett. doloso. Bentleium secuti Sanad. Francis, Wakef. et Kidd.—6 Harl. 2. nec

## NOTÆ

saciendi suas res afflictas. Unde est initium illud *Hoc quoque*, velut continuatio sermonis quem Ulysses habet consulens Tiresiam de suo reditu, apud Homer. Odyss. A. Vel, si mavis, finge Horatius Ulyssem ad Inferos reversum post amissa nanfragio bona, rursusque a Tiresia responsa perscrutari de reparandis opibus.

*Tiresia]* Thebanus ille vates apud Inferos etiam gratiosus Proserpinæ fuit: quæ illi mortuo mentem firمام ac sapientem soli tribuisse dicitur, Odyss. K. sub finem : ubi Circe Ulyssi persuadet ut ad Inferos descendat Tiresiam consulturus. Ejus meminit Cic. I. de Divin. n. 88. Tusc. v. n. 15. de Nat. D. II. n. 7.

*2 Amissas res]* Tiresias enim Ulyssi prædixerat redditum in patriam, si modo ipse ac socii non violarent boves Solis in Sicilia pascentes. Verum illi Ulysse dormiente mactatos devorarunt. Quare naufragio perierunt conselerati; Ulysses autem nudus vix enatavit.

*3 Jamne doloso]* Videtur Tiresias Ulyssi exprobrare crimen sociorum vel dolose permissum, vel non satis diligenter ab eo impeditum.

*4 Non satis est Ithacam revehi]* Quod Delph. et Var. Clas.

maximum erat, et in votis Ulyssis præcipuum. Cic. de Orat. I. ‘Patria nos delectat: ejusque rei tanta vis est, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret.’

*Ithacam]* Hæc insula maris Ionii lodi. *Val di Compare*, inter Cephalleniam ad occasum et Echinadas ad ortum; Ulyssis patria fuit.

*6 Te vate]* Odyss. A. cit. redditum fore difficilem prænuntiarat Tiresias: at mala quamvis patientes Ithacam perventuros, modo suum Ulysses ac sociorum animum coërceret, illæisque permitterentur boves Solis. Quod nisi caveret, navim ac socios interituros; ipsum vero calamitosum fore, domique reperturum superbos viros ipsius victimi absentes.

*7 Apotheca]* Reconditorium, locus in quo reponitur id omne quod pertinet ad victimum, seu fruges, seu vimnum, &c.


*Aut pecus]* Odyss. A. proci Penelope dicuntur cibo vesci alieno; atque ad epulandum mactant boves et oves Ulyssis: quod et Minerva queritur.

Horat.

3.S

14AY

ITV



**Et genus et virtus, nisi cum re, vilior alga est.**

¶ **Quando pauperiem, missis ambagibus, horres ;**

**Aceipe, qua ratione queas ditescere. Turdus** 10

**Sive aliud privum dabitur tibi ; devolet illuc**

**Res ubi magna nitet, domino sene : dulcia poma,**

**Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores,**

**Ante Larem gustet venerabilior Lare dives ;**

**Qui quamvis perjurus erit, sine gente, cruentus** 15

**Sanguine fraterno, fugitivus ; ne tamen illi**

**Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.**

¶ **Utne tegam spurco Damæ latus ? haud ita Trojæ**

*origo et virtus vilior est alga, si opibus destituatur. TIRES. Quandoquidem absque tergiversatione paupertatem aversaris, audi quo pacto locupletari liceat. Si donec tur tibi turdus vel quidpiam privatum, statim deferatur eo ubi magnæ opes fulgent domino ætate proiecto : quoslibet fructus exquisitos et munera producet ager excultus, degustet eu senex opulentus præ Laribus colendus. Qui licet perfidus fuerit, ignobilis, fratricida, servus ; ne tamen dubites eum assecuti tu comes inferior, si petat. ULYSS. Egone turpis Damæ sim assecla? minime sic vixi apud Trojam;*

\*\*\*\*\*  
*illuc.—10 Aspice Gott. qua ratione queam Vet. Comb.—11 Gott. Exc. Sax. quidam ap. Landin. et Florent. 1482. Sive aliud primum. ‘ Primum, cuius auctoritates posni supra, possimus intelligere vel ratione temporis, ut primos flores, fructus, pullos gallinaceos, haleces, in magnis urbibus caro venire novimus ; vel propter præstantiam aliquam in suo genere, quæ varia esse potest.’ Gesn. Cuning. Sive aliud privi.—18 ‘ Ut ne tegam habent omnia scripta contra vulgatam lectionem ; estque ἄγαράκτησις, perinde ac si dicat, itane me comitem ire jubes, ut spurco et vili genereque servili nato Damæ claudam latus sinistrum?’ Crug. Et ita legit Nic. Heins. ad Ovid. Fast. v. 21. ‘ Sic habent cod. dno Vatic. et Jannoc. Faern. Tornes. Russard. enjus lectionis elegantiam quidam non intelligentes supposuerant, Visne tegam.’*

#### NOTÆ

10 **Turdus]** Vide 1. Sat. 5. et 11. Sat. 2.

11 **Privum]** Propriis deliciis reservatum.

14 **Ante Larem]** Laribus Diis fructuum primitias deferebant. Vide 11. Od. 23. et 11. Sat. 3. 165.

15 **Sine gente]** Nullis majoribus, qui jam claruerint; homo novus, libertus, libertinus. Cic. Topic. n. 29. ‘ Gentiles sunt qui inter se eodem sunt nomine ab ingennis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt diminuti.’

17 **Comes exterior]** Inferiori parte incedens, honoris defcrendi causa. *Interior comes*, qui ad dextram, *exterior* qui ad laevam.

18 **Utne tegam]** Gall. *Moy? je ser-virois d'estafer à un coquin?* Abhorret magnus Ulyssis animus a sordida et infami illa ditescendi ratione. *Latus* alicui *tegere* dicitur qui virum honoratum vel stipat ut satelles, vel comittatur ut assecla; atque ad ejus capessenda imperia est expeditus.

**Damæ]** Servi nomen est, diminut. a Demetrio. Vide 1. Sat. 6. item

Me gessi, certans semper melioribus. ¶ Ergo Pauper eris. ¶ Fortem hoc animum tolerare jubebo : 20 Et quondam majora tuli. Tu protinus, unde Divitias aerisque ruam, dic, Augur, acervos.	
¶ Dixi equidem, et dico. Captes astutus ubique Testamenta senum : neu, si vafer unus et alter Insidiatorem præroso fugerit hamo,	25
Aut spem deponas, aut artem illusus omittas. Magna minorve foro si res certabitur olim, Vivet uter locuples sine gnatis, improbus ulti Qui meliorem audax vocet in jus, illius esto Defensor : fama civem causaque priorem	30

*immo præstantioribus unquam cessi. TIRES. Iuops igitur vives. ULYSS. Imperabo animo id ferre viriliter: et pejora dudum sustinui. At tu rates doce quam primum, unde congeram opum cumulos. TIRES. Certe docui, ac repeto, callidus passim aucupare legata senum: ac si unus aut alter effugerit captatorem hamo circumoso, ne vel spem abjicias, vel deceptus studium deseras. Si quando in foro discepetur de re seu grari seu parva, quisquis erit dives et absque liberis, ejus propugnator sis, qui sceleratus ac petulans meliorem sponte lacesciverit. Contemne*

Lamb. *Visne tegam* habent etiam Venet. 1559. et Glarean.—20 *Forte hoc animum* Cuning.—21 *Tu protenus* Bentl.—25 *Insidiatorum* Vet. Comb.—26 'Tres optimi codd. habent arcem: nec male; quasi in eo summa rerum

## NOTÆ

Pers. Sat. v. 76. et 79.

19 *Certuns melioribus*] Virtute et gloria contendens cum Agamemnone, Ajace, &c.

20 *Forte hoc animum, &c.*] Paupertatis ærumnas ferre conabor potius quam vitæ sceleratae infamiam. Aliter vulgo interpretantur: sed absurdi plane, qui decorum et notos Ulyssis mores prave immitari velint ab Horatio, contra id quod ipse tam inculenter præcipit Epist. ad Pis. vs. 119.

21 *Tu protinus, &c.*] Ne mibi illude, vates optime, turpem res perditas reparandi modum ne propone: meliora quæso verba profer, meoque nomine dignas rationes doce.

23 *Dixi equidem, et dico*] Satiricus

in instituto pergit, atque per veridicum vatem effert quicquid reipsa fiebat turpiter Romæ passim ab improbis testamentorum captatoribus.

25 *Præroso fugerit hamo*] Sicut pisces escam prærodens, hamum vero non arripiens, ita forte quispiam veterator mentem tuam intelligens callide opera tua, officiis tuis, ac donis abutetur, nec te scribet hæredem: sed ne statim despera, ne ab incepto desiste: sic enim rem aliquando facies; ac si unus effugerit, alias captabis.

28 *Vivet uter, &c.*] Considera uter litigantium vivet locuples et sine gnatis; atque huic causam licet deteriorum habenti auxiliatorem te acri-ter præsta.

Sperne, domi si gnatus erit fœcundave conjux.  
 Quinte, puta, aut Publi, (gaudent prænomine molles  
 Auriculæ,) tibi me virtus tua fecit amicum :  
 Jus anceps novi, causas defendere possum :  
 Eripet quivis oculos citius mihi, quam te                            35  
 Contemtum quassa nuce pauperet : haec mea cura est,  
 Ne quid tu perdas, neu sis jocus : ire domum atque  
 Pellicula curare jube ; si cognitor ipse.

*vero cirem existimatione et jure potiorem, si liberos aut uxorem fœcundam habuerit. Et quoniam aures dilecatæ amant prænomen, sic alloquere: Quinte scilicet, vel Publi, tua virtus amicum tibi me devinxit: jus controversum calleo; causus orare valeo: quilibet oculos mihi eruct priusquam te victimum defrancet nuce vacua. Ista mea est solicudo, ut nihil amittas, neve ludibrio habearis. Mox suade ut domum se recipiat, et genio indulget. Interim tumet procurator esto; labora*



consistat.' *Torrent.*—36 Gott. Harl. 2. 3. 4. omnes Torrentii magno consensu, omnes Cruquii, al. item Zarot. et Mediol. 1477. *quassa nuce.* Harl. 6. et Venet. 1479. *cassa nuce;* ita Bentl. Sanad. Francis, Heindorf, Wetzel. Wakef. et Kidd. *cassa unce* Florent. 1482. quod Landinus interpretari conatur, quasi esset *uncia.*—37 Vet. Comb. *Nc quid tu prodas.*—38 'Quinam sit cognitor, vide hic apud Interpretes, et acutissimum Gronovium patrem de Pecunia veterum. Ceterum pro *fi* editio Veneta 1478. *si;* altera et Locheriana *sis,* unde in sequentes editiones propagatum est. Sed recte Lambinus Cruquiusque ex membranis dederunt, *fi cognitor:* atque ita ex nostris Leidensis, Zulichemianus, Battelianus, et Magdaleneus. Sic Livius XXXIX. 5. Quintil. Instit. III. 8. Cic. pro Rose. cap. 18. in Verr. II. 43. Porro elegantius, opinor, verinsqne sic verba interpuixeris: *Pelliculum curare jube: fi cognitor: ipse Persta atque obdura.* Illum locupletem reum jube ire domum, et genio indulgere: ipse vero perfer et obdnra, nec frigus neque aestuum flocci faciens.' Bentl. *sis cognitor* Gott. Exc. Sax. Zarot. et Vet. Comb. *si cognitor* Mediol. 1477. Venett. 1477. 1479. et Cuning. *sis cognitor* Florent. 1482. *fi*

## NOTÆ

31 *Sperne, domi si gnatus erit, &c.]* Juvenal. Sat. v. 140. 'Inenndum et carum sterilis facit uxor amicum.'

32 *Quinte, puta, aut Publi]* Ejusmodi prænominia erant nobilium dumtaxat: Gall. *Monseigneur.* Porro vi rum honoratum assentatores prænominie salutabant: at familiares cognomine se invicem appellabant: ut, 'Cæsar Pulchro.'

*Molles Auricule]* Assentationibus assuetæ.

34 *Jus anceps]* Quod in utramque patrem sæpius trahi potest. Unde

'varium' et 'controversum' dicit Tullius. Verum 'juris igneratio potius litigiosa est quam scientia,' inquit ipse de Legib. I.

36 *Quassa nuce]* Re qualibet inani et minima.

38 *Fi cognitor ipse]* Causa: ipsius cognitionem, curam, defensionem, suscipe. *Cognitor* dicitur qui præsentis causam novit, et sic tuerit ut suam, inquit Ascon. in Verr. I. Porro *fi* est imperandi modus a fio, quo et Plantus non semel usus est. Alii legunt *sis.*

Persta, atque obdura, seu rubra canicula findet  
 Infantes statuas, seu pingui tentus omaso                          40  
 Furius hybernas cana nive conspuit Alpes.  
 Nonne vides (aliquis cubito stantem prope tangens  
 Inquiet) ut patiens! ut amicis aptus! ut acer!  
 Plures annabunt thunni, et cetaria crescent.

*et perserera; sire ardens Canicula dissecabit mutas imagines, sire Furius obeso ventre distentus Alpes hyeme conserget albis niribus. Tum enim quispium proximum cubito pulsans monebit: An non advertis quam ille patiens, quam sedulus, quam amicis sit commodus? Mox annatabunt thunni plurimi, et augescent piscinæ. Porro si aliquis filium valetudine parum firma educet*

\*\*\*\*\*  
*cognitor Harl. 2.3.4.6.—42 Harl. 6. aliquem cubito stanlem prope.—48 Adrepe*

#### NOTÆ

39 *Seu rubra canicula, &c.]* Æstatis et hyemis incommoda, æstum et frigus sustine patienter. De Canicula, alibi dixi.

*Findet Infantes statuas]* Ut acriori gelu finduntur lapides, sic etiam æstu dicit findi statuas lapideas, ligneas, &c. quas et infantes vocat. Dura sane dictio, quam esse crediderim insulsi enjusdam poëtae nobis ignoti, ac notari proscindique ab Horatio, quemadmodum et mox Furii metaphoram, ‘conspuit.’

40 *Pingui tentus omaso]* Omasum intestuum, pro ventre, Synecd. Ita Pers. Sat. i. Calvi poëtae ‘aqualiculum sesquipedale extantem’ ridet.

41 *Furius hybernas, &c.]* Parodia est Furiani versiculi, quem ut duriorrem carpit Horatius: similiter et notat Quintil. viii. 6. Furius nempe hyemem describens dixerat: ‘Jupiter hybernas cana nive conspuit Alpes.’ Ceterum poëta ille cognomento Bibaculus summo ingenio et in primis lepido fuisse narratur, ut non minorem laudem tulerit quam Catullus aut Horatius. Certe quædam ex eo mutuari atque imitari Virgilium non dubitavit. Cremonæ natum aiunt iisdem temporibus quibus Lucilius et Sext. Turpilius interierunt: et in

carmine Iambico egregie versatum. P. Crinit. de Poët. Lat. ii. 31. Maerob. Saturnal. lib. vi. Quintil. x. 1. Gell. xviii. 11. Crinitus cit. hos Furii versus affert de villa Tusculana Catonis, quæ propter æs alienum creditoribus cesserat: ‘Catonis modo, Galle, Tusculanum Tota creditor urbe venditabat. Mirati sumus unicum magistrum, Summum grammaticum, optimum poëtam, Omnes solvere posse quæstiones, Nullum difficile expedire nomen. En cor Zenodori, en jecur Cratetis.’

42 *Nonne vides (aliquis, &c.)* Hæc si feceris, aliquis seni astans tuam sedilitatem landabit, dicetque ei: Videsne hominis tibi addicti studium et laborem? &c.

*Cubito tangens]* Pers. Sat. iv. 34. ‘Est prope te ignotus enbito qui tangat,’ &c.

44 *Plures annabunt thunni]* Plures exinde senes opulenti accedunt ad te, priorem tuam diligentiam assidue officia contemplati, seque ultra suasque res tuæ fidei et curæ committent. Thunni sunt pisces grandiiores, vitæ brevis, &c. Plin. ix. 15. cum his apte comparantur senes opibus potentes, ut et captator cum piscatore. Similiter Juvenalis Sat.

Si cui præterea validus male filius in re  
 Praeclara sublatus aletur; ne manifestum  
 Cœlibis obsequium nudet te, leniter in spem  
 Arrepe officiosus, ut et scribare secundus  
 Hæres, et, si quis casus puerum egerit Orco,  
 In vacuum venias: perraro hæc alea fallit. 50  
 Qui testamentum tradet tibi cumque legendum,  
 Abnuere, et tabulas a te removere memento;  
 Sic tamen ut limis rapias quid prima secundo

*ac nutriat inter opulentam familiam; ne aperta cœlibis observantia te detegat, sensim per officia perveni ad spem, ut hæres substituaris; ac si casus aliquis puerum ad Inferos demiserit, locum vacandum subeas. Iste ludus valde raro frustratur. At quicunque tabulas offeret tibi legendas, care ut recuses, atque a te codices rejicias: ita nihilominus ut obliquis oculis inspicias quid prima tabula*



Baxter.—53 Exc. Sax. *Sic tamen ut limus.* Zarot. *Sic tamen ut linus;* sed

#### NOTÆ

xii. 122. orbum senem ab insidiatore captum dicit ‘ inclusum carcere nassæ.’ Sic habet: ‘ Si Libitinam evaserit æger, Delebit tabulas inclusus carcere nassæ, Post meritum sane mirandum.’

*Cetaria crescent]* Allegoria. Cete, Ciceroni pistrices, sunt pisces maxi-mi: hinc cetaria sunt vivaria seu piscinæ, in quibus aluntur magni qui-libet pisces.

46 *Sublatus aletur]* Proprie: nam infantes olim in lucem mox editi humili deponebantur. Tum ii tolleban-tur, atque ut adolescenter educandi tradebantur, si placerent parentibus; dicebanturque sublati. Alii contra spernebantur, jubebanturque exponi ac fortunæ permitti, seu in via publi-ca, seu in sylva, seu in ripa maris aut fluminis.

*Ne manifestum Cœlibis obsequium nudet te]* Ne homini uxore carenti officium frequentius exhibitum patefaciat mentem tuam atque iuvidias, prudenter age et caute: paulatim ejus animum demerere, ne suspicio-

ni locum des.

48 *Secundus Hæres]* Secundo gradu hæres; substitutus hæredi seu filio parum valenti, si hæreditatem non adierit: ut tum sucedas ei forte e vivis excedenti, vacuumque locum occupes.

49 *Egerit Orco]* Morti addixerit. Orcus Inferorum fluvius est quibus-dam; aliis est Cerberus. Ciceroni est ipse Pluto, de Nat. D. iii. n. 43. ab ὄρκος, juramentum: quod nihil sit religiosus, quam cum per Stygiam paludem juratur. Festus scribit ‘ or-chum,’ et ab urgendo vult dici, quod ad mortem urgeat.

50 *Perraro hæc alea fallit]* Raro fit ut inanis sit labor iste, et ars captandi: immo fere semper optatum sortitur eventum.

52 *Tabulus a te removere memento]* Callide nimisrum, ne suspiciosus vi-deare.

53 *Rapias]* Raptim et celeriter legas et observes.

*Prima Cera]* In ceratis tabulis olim scribebant, ut jam dictum lib. 1. Sat.

- Cera velit versu; solus, multisne cohæres,  
Veloci percurre oculo. Plerumque rococtus                    55  
Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem,  
Captatorque dabit risus Nasica Corano.  
 ¶ Num furis? an prudens ludis me, obscura canendo?  
 ¶ O Laërtiade, quicquid dicam, aut erit, aut non:  
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.                    60  
 ¶ Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.  
 ¶ Tempore quo juvenis Parthis horrendus, ab alto

*cerata edicat in secunda linea. Celeri aspectu obserua an solus an cum pluribus sis hæres. Enimvero nonnunquam scriba ex Quinqueviro sœpe factus hiantem correum frustrabitur; et Nasica insidiator Corano ludum præbebit. ULYSS. An insanis, an sciens ludificas me, involuta respondendo? TIRES. O Laërtis fili, quodcumque pronuntiavero, vel fiet, vel non. Quippe magnus Apollo dat mihi vaticinandi peritiam. ULYSS. Attamen si fas est, edoce quid significet hæc fabula. TIRES. Quo tempore adolescens Parthis formidolosus, propagata soholes ab excuso*

hoc nihil aliud est quam limis, ut in textu.—56 *Scribes quinqueriro* Vet. Comb.—59 *Torrentii codd. meliores, quicquid dico.*—60 *Bentleii Regin. et Reg. Soc. item Harl. 4. mihi donat magnus Apollo.* Trinit. *magnus donavit Apollo.*—61 *Quidam codd. ap. Lambinum, si licet, edam.*—66 *Harl. 4. hoc faciam.*

## NOTÆ

10. ubi de stylo. Itaque ‘prima cera’ significat primam testamenti paginam. Vide Sueton. Neron. cap. 17.  
*Secundo versu*] In primo versu nomen testatoris, in secundo hæredis nomen, in imo substitutiones scribebantur.

55 *Recoctus Scriba ex quinqueviro]* Senex quidam exercitatus ac peritus rerum, vafer, astutus; utope qui diu scriba fuerit, ac Magistratus etiam in provincias comitatus sit, vel in municipiis quinquevir extiterit, publica interdum aliqua administratione et procuratione functus: a numero dicti dunmvi, triumviri, &c.

56 *Corvum deludet hiantem]* Captatorem alienæ hæreditati inbiantem eludet, non secus ac vulpes corvum, in Æsopi fabula.

57 *Dabit risus Nasica Corano]* Deceptus captator Indibrio erit omnibus, quemadmodum Nasica olim de-

lusus Corano seni. Vide infra.

58 *Num furis?*] An more vatum furore correptus? an sanus et tui compos?

59 *Laërtiade]* Ulysses filius Laërtis, Ithacæ et Dulichii insularum rex: vir facundus, vafer, bellicosus, laborum patientissimus, inter Græcos Principes eximus, ab Homero tota Odyssea celebratus.

Aut erit, aut non] Magna hic inter doctores etiam controversia. Alii contendunt serio loqui Horatium, sive Tiresiam, hoc sensu: Ceteri vates loquuntur obscura et per ambages; ego vero loquor aperte et sine ambagiis; quodque futurum prædicto, erit; et contra non erit quicquid dico non futurum. Alii volunt jocari Horatium, et satyrice irridere ambigua vatum responsa.

62 *Tempore quo, &c.]* Tiresias designat non tantum personas et nomi-

Demissum genus *Ænea*, tellure marique  
Magnus erit, forti nubet procera Corano  
Filia Nasicæ, metuentis reddere soldum.

65

Tum gener hoc faciet; tabulas socero dabit, atque  
Ut legat orabit: multum Nasica negatas  
Accipiet tandem, et tacitus leget; invenietque  
Nil sibi legatum, præter plorare, suisque.  
Illud ad hæc jubeo; mulier si forte dolosa  
Libertusve senem delirum temperet, illis

70

*Ænea*, terra et mari potens existet, stremo Corano locabitur grandis filia Nasicæ detrectantis exsolvere integrum debitum. Tum gener hoc aget, testamentum offrebat socero, rogabitque ut legat. Nasica diu recusatum tandem capiet, ac leget secreto; videbitque nihil sibi et suis relictum nisi fletus. Istis hæc monita addo. Si forte astuta fæmina vel libertus regat senem delirantem, adjunge te his socium;

\*\*\*\*\*

—68 Accipiet tandem tacitus nonnulli codd. ap. Torrentium, quod illi placet.

## NOTÆ

na, sed et tempus ipsum quo res eventuræ sunt: quod alii vates non solent facere. Horatius autem apte inducit Tiresiam velut divinantem ac prædicentem futura quæ nuper facta eo tempore noscebantur. Sunt in *Æneide* multa ejusmodi longinquæ egregie a Virgilio temporis accommodata: pendetque ex hoc non minima lux ac virtus poëeos. Vide *Æneid.* vi. sub finem.

*Juvenis Parthis horrendus*] Augustus; de eujus in Parthos victoria, terrore, fama, receptisque signis, iii. Od. 5. et iv. Od. 15.

*Ab alto Demissum genus Ænei*] De Augusti origine, iv. Od. 5. init. et Od. 15. in fine.

64 *Forti Corano*] Juvenal. Sat. xvi. 54. meminit pariter Corani. Sic habet: 'Ergo Coranum, Signorum co-mitem, castrorumque æra merentem, Quamvis jam tremulus, captat pater.'

65 *Nasicæ, metuentis reddere soldum*] Nasica avarus pecuniam mutuo accepterat a Corano sene perinde avaro,

sed astutiore: cumque fugeret exsolvere debitum, filiam tradidit; sperans insuper atque ita captans Corani hæreditatem. Nasicæ mentem Coranus intellexit; sibique minimum fecit e delusa insidiatoris captatione. Neque modo nihil testamento reliquit, sed et voluit Nasicam rescire nihil sibi legatum: atque ex ejus dolore ac mæstitia gaudium sibi affatim risumque dedit.

*Soldum*] Seu dotem filiæ, seu debitam dudum summam pecuniae integrum.

66 *Gener socero*] Coranus Nasicæ. Ironia plena animadverte passim verba; eoque magis, quod seria prorsus et gravis dictio videtur. Sic et paulo ante: *forti nubet procera Corano Filia Nasice*, &c.

67 *Multum Nasica negatas, &c.*] Callide nimirum ex more captatorum, ad amovendam suspicionem, ut ante jam dictum.

69 *Sibi suisque*] Nec sibi, nec filiæ suæ.

Accedas socius : landes, lauderis ut absens :  
 Adjuvat hoc quoque ; sed vincit longe prius ipsum  
 Expugnare caput : scribet mala carmina vecors ?  
 Laudato : scortator erit ? cave te roget : ultro      75  
 Penelope facilis potiori trade. ¶ Putasne,  
 Perduci poterit tam frugi tamque pudica,  
 Quam nequiere proci recto depellere cursu ?  
 ¶ Venit enim magnum donandi parca juventus,  
 Nec tantum Veneris quantum studiosa culinæ :      80  
 Sic tibi Penelope frugi est, quæ, si semel uno  
 De sene gustarit tecum partita lucellum,  
 Ut canis, a corio nunquam absterrebitur uncto.  
 Me sene, quod dicam, factum est ; anus improba Thebis

*lauda eos, ut absentem ii te laudent. Nam et hoc prodest. Verum multo utilius est ipsum hominem captare. Qui si demens inconditos facial versus, applaude. Si Mæchus fuerit, ne te oret, care: sponte ei potiori tuam Penelope facilis dona. ULYSS. An credis tam probam et castum posse flecti, quam proci a recta via dimovere non potuerunt ? TIRES. Scilicet ad eum accessere juvenes haud liberaliter munifici, neque tam amoris quam gule sectatores. Hinc pudicam habes Penelope. Quæ si semel delibarit ex uno sene, lucri partem nacta tecum, vix unquam amorebitur, velut canis ab uncto corio. Dum senex eram contigit id quod enarrabo. Apud*

—76 *Penelopam* codd. Crnqii et Lambini, item Regin. et Franeq. ap. Bentl. *Penelope* omnes edd. ante Bentl. *potiori tolle* Harl. 4.—79 *Venit enim magno: donandi, &c.* i. e. Penelope venalis est, Bosius ap. Lambinum. *Venit enim (indignum !) donandi* Bentl. *Venit enim (vero id) magnum !* ironice, Tunstall, Epist. ad Middleton, p. 82.—83 Libri duo antiquissimi ap. Torrent. *nunquam*

## NOTÆ

76 *Putasne, Perduci poterit*] Persuaderi, ac pellici in adulterium. Penelopes uxoris Ulyssis invictam pudicitiam totus Homerus cantat. Porro sicut prius Damæ latus tegere Ulysses recusavit, ita et suam Penelope turpiter addicere multo magis negare intelligendus.

79 *Venit enim magnum donandi, &c.*] Muneribus expugnarisæ pe castitatem notata.

80 *Studioa culinæ*] Supra Not. vs. 7.

83 *Ut canis, a corio, &c.*] Canibus venaticis ad venationem excitandis dari solet captæ feræ corium recens

detractum et sanguinolentum, cuius appetentissimi cognoscuntur.

84 *Me sene, quod dicam, &c.*] Aliud Tiresiae monitum ad demerendum testatoris animum, scilicet frequentioribus ac nimis officiis non esse urgendum.

*Anus improba Thebis*] Anus quædam ita est captata, ut captatorem importunum ac molestum aversaretur. Itaque cum non posset viva, saltem mortua ulcisci voluit. Cavit nimisrum suo testamento, ut cadaver multo perunctum oleo nudis humeris hæres efferet, quasi elabi cupiens, illumque legatis fraudare. Ea quippe

Ex testamento sic est clata ; cadaver  
Unctum oleo largo nudis humeris tulit hæres ;  
Scilicet elabi si posset mortua : credo,  
Quod nimium institerat viventi. Cautus adito :  
Neu desis operaे, neve immoderatus abundes.  
Difficilem et morosum offendet garrulus : ultra  
Non etiam sileas. Davus sis comicus, atque  
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.  
Obsequio grassare : mone, si increbruit aura,  
Cautus uti velet carum caput : extrahe turba,  
Oppositis humeris : aurem substringe loquaci.  
Importunus amat laudari ? donec Ohe ! jam  
Ad cœlum manibus sublatis, dixerit, urge ; et  
Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

*Thebas vetula quædam malitiosa ad sepulcrum sic elata est ex testamento. Hæres nudis humeris portavit cadaver oleo multo perfusum. Nempe si posset mortua effugere. Quia, ut opinor, nimiis officiis tiram prosecutus fuerat. Callidus accede: nec labore parce; nec plus æquo urge. Verbosus displicebit moroso et difficulti. Ne vero sponte taceas. Esto Datus comicus: permane inflexo capite, vulde similis timenti: per officia irrepe. Si ventus arior ingratuit, admone ut carum caput operiat diligenter. Defende a turba objectis humeris: aurem accommoda garrulo. Quid si plusculum laudari amat, insta, utque inflatum utrem imple verbis adulatoriis, donec elatis sursum manibus dicat: Heus, satis est. Quando vero te liberarierit*

*exterrebitur.*—87 Harl. 6. et Vet. Comb. sic posset.—90 ‘Bentleius ex conjectura sua frustra reposuit offendes pro offendet.’ Baxt. offendit Leidensis ap. Bentleium. *garrulus ultra* Venet. Glarean. Lamb. et Bentleins. Optimi codd. Cruquii et nonnulli ap. Lambinum ultra.—93 Codd. Cruquii, Lambini, Harl. 3. 4. Mediol. al. vett. increpuit. Harl. 2. 6. alii ap. Cruq. et Vet. Comb. increpuit. In quibusdam vett. increpuit.—97 Harl. 2. 3. 4. 6. multo

## NOTEÆ

conditio erat, ut si portanti cadaver,  
portans hæreditate excideret.

*Thebis]* Non una est hujus nominis civitas. Alia caput Thebaidis, Hecatompyle dicta, in Ægypto, hod. *Mino*, neque de hac mentio est hic. Alia in Bœotia, hodie *Stives*, Heptapylos cognominata, patria Herculis, Bacchi, Piudari, Epaminondæ, Tiresiæ vatis, &c.

90 *Ultra Non etiam sileas*] Ne contra nimis taciturnum te exhibeas.

91 *Davus sis comicus*] *Talis esto.*

**qualis Davus comicus, qui timide et  
verecunde semper herum alloquitur.**

**92 Capite obstipo**] In alterum humerum inclinato et immoto: quod hominem notat modestum, subditum, et obsequi paratissimum.

95 *Aurem substringe loquaci*] Accinge te ad audiendas quascumque ejus narrationes molestas licet et graves : apage qui interpretatur, Adulatorie prehende auriculam.

98 *Crescentem tumidis infla sermonibus*] Homini yano adulatio[n]ibus gau-

Cum te servitio longo curaque levarit;  
 Et certum vigilans, Quartæ esto partis Ulysses, 100  
 Audieris, hæres: Ergo nunc Dama sodalis  
 Nusquam est? unde mihi tam fortem, tamque fidelem?  
 Sparge subinde: et, si paulum potes, illacrymare. Est  
 Gaudia prudentem vultum celare. Sepulcrum  
 Permissum arbitrio sine sordibus exstreu: funus 105  
 Egregie factum laudet vicinia. Si quis  
 Forte cohæredum senior male tussiet, huic tu  
 Dic, ex parte tua, seu fundi sive domus sit  
 Emtor, gaudentem nummo te addicere. Sed me  
 Imperiosa trahit Proserpina: vive valeque. 110

*diuturna servitute et solicitudine, ac vere experrectus audiveris: Ulysses esto hæres quartæ partis: tum exclama: Igitur non extat amplius amicus Dama? Repete vero identidem: Ubi reperiam æque fidum æque constantem? sique vales, affunde lacrymas aliquot: oportet ficto vultu occultare lætitiam. Sepulcrum tua voluntati commissum ædifica sumtuose. Vicini celebrant præclare factus exequias. Quod si aliquis cohæredum atate proiectus laboret tussi periculosa; sive prædium sive domum emere velit, huic tu dic, lāte quidem sestertia te ei traditurum partem tuam. At me Proserpina dominatrix jam revocat: vive et vale.*



plures et meliores ap. Torrent. et Vet. Comb. urge, Crescentem.—100 Quartæ sit partis plurimi codd. et edd. vett. ante Bentl. Quartæ esto partis Harl. 2. 3. 4. 6. quidam Lambini, Bentleii Magdal. et Colbert. item edd. post Bentleium. Vigilans esto quadrantis Ulixes Cuning. Ulixes vett. codd. Vide Nic. Heins. ad Virg. Ecl. viii. 70. et Heyn. Varr. Lectt. ibid.—103 Harl. 2. 3. 4. 6. et Vet. Comb. Et sic p. p. illacrimare, et Gaudia; et sic Bentl. prudenter vultu celare Harl. 2. 3. 4. 6. et Vet. Comb.

#### NOTÆ

denti affatim tribue et indulge, donec ille, velut plenus vento uter, amplius non expetat; immo dicat: Ohe, satis est.

99 *Cum te servitio, &c. levarit]* Per mortem suam.

108 *Ex parte tua]* Ex parte hæreditatis tibi relicta.

109 *Gaudentem nummo te addicere]* Alii sic explicant: Dic te pecuniam malle quam fundum, adeoque libenter te venditum. Alii interpretantur de ficta et simulata venditione. Lex nempe vetabat rem testamento

legatam donare. At legi fraudem faciebant, uno rem nummo addicentes. Sic enim res vere emta et vendita dicebatur.

*Sed me Imperiosa trahit Proserpina]* Apte omnino sermo abrumptur, ne Ulysses loquatur id quod loqui decore non poterat. Bene vero Tiresiam repente revocat Proserpina uxor Plutonis et Inferorum domina, pro suo in mortuos summio imperio. Vide i. Od. 28. item Virgil. Æneid. vi. 545.

## SATIRA VI.

## HORATII VOTUM.

Laudat Poëta vitam rusticam, minus morbis obnoxiam, liberam a molestis negotiis Urbis, sobriam, frugalem, honestam, quam agat in villa, quam quidem dono acceperat a Mæcenate, ad cuius landes adeo tacite rem trahit. Atque vitam urbanam ita reprehendit, ut simul laudetur scite Mæcenas.

Hoc erat in votis; modus agri non ita magnus,  
Hortus ubi, et tecto vicinus jugis aquæ fons,  
Et paulum sylvæ super his foret: auctius atque  
Di melius fecere: bene est: nil amplius oro,  
Maia nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis.      5  
Si neque majorem feci ratione mala rem,  
Nec sum facturus vitio culpave minorem;  
Si veneror stultus nihil horum; O si angulus ille

*HORAT.* Illud fuerat in optatis; mensura agri non valde ampla, ubi esset hortus, et fons aquæ perennis domui propinquus, ac uenius aliquod præter ista. Di amplius ac melius quidpiam concesserunt: abunde est. O fili Maiae, nihil ultra peto, nisi ut ista bona mihi perpetua facias. Ergo si nec opes auxi malis artibus, nec absunturus sum peccatis ac sceleribus; si nihil insanus efflagito ejusmodi; O si angelus iste vicinus, qui agrum meum deformat adjungatur! O si fortuna alicubi os-

Satira septima Libri primi in Ed. Sanad.—3 *Aptius alque codd. ap. Feam et Jaech.*—4 Ed. ante Bentleium, *nihil amplius.* Harl. 2. 3. 4. 6. quinque Pulmanni, Bentleii plus decem, plurimi ap. Feam, alii, cum edd. Bentl. Baxt. Gesn. Zenn. Wetzel. Bipont. Feæ, Comb. et Kidd. *nihil amplius.* Unus ap. Feam, *opto pro oro.*—8 ‘Jam inde a puero vidi hanc locutionem prorsus insolentem

## NOTÆ

1 *Hoc erat in rotis]* Lepida est hæc Satira, et quædam præcepta morum habet valde luculenta, nonnulla etiam grati animi testimonia erga Mæcenatem.

Modus agri] Modicum prædium. Virgil. Georg. II. 412. ‘Landato ingentia rura: Exignum colito.’ Columel. ‘Modus erit sua cuique moderata voluntas facultasque.’ Vide Plin. XVIII. 5. et 6.

3 *Auctius atque Di melius fecere]* De villa Horatiana I. Epist. 16. jam-

que de ea ante nonnihil, I. Od. 7. II. Od. 18. III. Od. 13. et Epod. I.

4 *Nil amplius oro]* Vide III. Od. 16. et Epod. I. ‘Satis superque me benignitas tua ditavit.’

5 *Maia nate]* Mercurium præcipue colit et invocat Horatius memor frequentius ejus tutelæ: de qua II. Od. 7. et 13. &c.

8 *Veneror]* Enixe et votis importunis exposco. Quidam legunt *reneror;* sed perperam.

O si angulus ille] O si haberem par-

Proximus accedat, qui nunc denomat agellum !  
 O si urnam argenti fors quæ mihi monstret ! ut illi, 10  
 Thesauro invento qui mercenarius agrum  
 Illum ipsum mercatus aravit, dives amico  
 Hercule ; si, quod adest, gratum juvat ; hac prece te oro,  
 Pingue pecus domino facias, et cetera, præter  
 Ingenium ; utque soles, custos mihi maximus adsis. 15

*tendat mihi urnam pecunia refertam, quemadmodum ei, qui, cum thesaurum invenisset, Hercule propitio locupletatus, emit et coluit eundem agrum, quem antea colebat conductum ; si contentus sum iis quæ habeo ; a te duntaxat peto hoc, ut pingues efficias greges et alia, præter ingenium ; atque, ut consuevisti, adsis mihi tutor per-*

\*\*\*\*\*

esse, et nullo modo stare posse recto talo. Quis enim in toto Latio unquam audivit *veneror* pro ‘efflagito,’ ‘impense opto?’ Et usitatus vocis sensus multo minus tolerari potest. Tum conjecteram legendum esse *tenor*: quan pro varia lect. postea inveni in Ed. Delph. ille tamen Editor nulla in medium lata ratione temere et insulse damnat : vide lib. I. Epl. 19. vs. 37. et ad Heren. lib. IV. 3. *Wakef.* Ita etiam conj. Erasmus.—9 Div. ap. Crnq. quinque ap. Feam, aliisque codd. cum edd. ante Crnq. item Heins. et Steph. et Wetzel. deformat. Ceteri codd. cum edd. Crnq. Torrent. Bond. Schrevel. Dunster. Bentl. Sanad. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Heindorf. Wakef. Comb. et Kidd. denomat.—10 ‘Libri post Aldum excusi, qua, id est, signo pacto, si qua ratione : unde dormitantibus hic interpretibus, etiamnum circumferatur. At priscae editiones tres, et Pnlmanni Bersmannique plures, omnes denique a nobis visi codices : O si urnam argenti fors que mihi monstret : præterquam quod Regius habet quam : O si quam urnam argenti fors mihi monstret. Sed placet quæ, quod plurimum anerioritate fulcitur. O si quæ fors urnam argenti mihi monstret. Si quæ fors, ut alibi si quis casus. II. Sat. 5. 49. Bentl. quæ etiam Gott. Harl. 2. 3. 4. 6. plurimi ap. Feam et Bothie, unns ap. Bos. Animadv. et edd. post Bentl. qua ceteri codd. ap. Gesn.—13 Sex codd. ap. Feam si quis. Harl. 3. *oro te.*—15 Nonnulli ap. Feam, *mihi custos.*—19 Duo

### NOTÆ

tem illam agri vicini, quæ meum agrum inæqualem reddit ! Persius Sat. VI. 13. hunc imitatus est Horatii locum.

9 *Denomat*] Vitruv. lib. VII. ‘Anguli ad normam respondentes exigantur; longitudines ad regulam, altitudines ad perpendicularm.’

10 *O si urnam argenti, &c.]* O si thesaurum terræ infossum inveniam ! Pers. Sat. II. 10. ‘O si Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule !’ Porro thesaurus definitur quædam vetus depositio pecuniaæ, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat : nec enim thesaurus cen-

setur quod metus vel custodiæ causa terræ infossum conditumque fuerit.

12 *Amico Hercule*] Hic lucro inopinato et recludendis thesauris præesse credebatur. Diodor. Sic. v. 2. Macrob. III. 12. Plutarch. problem. Arnob. lib. IV.

14 *Præter Ingenium*] Ludit in ambigua significazione vocis ‘pingue.’ Sensus est : Ne vero ingenium etiam facias pingue, id est, crassum, hebes, stupidum.

15 *Custos mihi maximus adsis*] Poëtae nimirum in tutela sunt Mercurii. II. Od. 7. et 17.

Ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi,  
 (Quid prius illustrem Satiris Musaque pedestri?)  
 Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auster,  
 Autumnusque gravis, Libitinæ quæstus acerbæ.  
 Matutine pater, seu Jane libentius audis,

20

*petuus.* Itaque postquam ex urbe secessi in colles et arcem, quid potius exornem quam Satiras et Musam pedestrem? Illic neque me prava corrumpit ambitio, neque gravis Auster vel Autumnus morbifer, lucrum præstans duræ Libitinæ. O

## NOTÆ

16 *In arcem]* Villam Tusculanam, in edito colle sitam. Epop. i. sub finem. Item i. Epist. 16.

17 *Quid prius illustrem Satiris, &c.]* Sunt qui sic interpretentur: quid prius canam et carminibus celebremi quam Deos agrestes, Satyros, Faunos, &c. Vide iii. Od. 18. Alii melius: Quid aptius scribam quam Satiras, oratione quidem stricta, sed quæ solutæ similis videatur, et vulgari ‘sermoni propior,’ ac proinde ‘musa pedestris’ vocari queat. Vide i. Sat. 4. 40. et seq.

18 *Plumbeus Auster]* Gravia et tardiora efficiens corpora. ii. Od. 14. ‘Frustra per Autumnos nocentem Corporibus metuennus Austrum.’

19 *Autumnusque gravis]* Jnvenal. Sat. iv. ‘letiferum’ appellat: bene quidem: tunc enim acutiores morbi sunt et frequentiores. Hippocrat. Gal. &c. Idem Sat. vi. 516. ‘metuique jubet Septembbris et Austri Adventum.’ Cur antem Horatins in sua villa non metuat Austrum in Autumno, quamvis noxiun, ipse explicat Epist. i. 16. Sita nempe illa opportunitate et salubriter hand excipiebat pestilentes Austri flatus: ‘Hæ latebræ dulces, et jam, si credis, amoenæ, In columem tibi me præstant Septembribus horis.’

*Libitinæ quæstus acerbæ]* Pluribus enim in Autumno morientibus, majorem quæstum habent ii qui funeribus procurandis incumbunt, dicti Libiti-

narii, a Libitina funerum Dæ: de qua lib. iii. Od. 30. Seneca vi. de Beneficiis, comparat vota eorum qui testamenta captant cum votis Libitinariorum: nempe utrique lucri gratia mortem hominum cupiunt, etiam amicorum. Huc vero præcipue facit quod ex instituto Servii Tullii, Rom. regis, nascentes recensebantur in æde Junonis Lucinæ, puberes in Jnventæ, morientes in Veneris Libitinæ, nummo quidem pro singulis delato. Dionys. Halic. lib. iv. Hinc Sneton. Neron. cap. 39. ‘Tantis ex Principe malis probrisque accesserunt quædam et fortuita: pestilentia unius Autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt.’

20 *Matutine pater]* Janus dicitur ‘Matutinus’ a Matuta, sive Aurora; et quod mane primus invocaretur, ut qui temporibus præsit, ac velut rerum omnium incipendarum auctor. Arnob. lib. iii. ‘Quem in cunctis anteponitis precibus.’ Et alibi: ‘Incipianus ergo solenniter ab Jano et nostro patre.’

*Pater]* Janum vocamus ‘Patrem,’ quasi Deorum Deum: inquit Macrob. Saturn. i. 9.

*Jane]* Sic appellatur quod quasi Janna sit ad novum annum, immo ad menses singulos, omniaque regat tempora. Macrob. cit.

*Libentius audis]* Sen mavis appellari Jani nomine. Deos snos pluri-

Unde homines operum primos vitæque labores  
Instituunt, (sic *Dis placitum*,) tu carminis esto  
Principium: Romæ sponsorem me rapis. ¶ Eia,  
Ne prior officio quisquam respondeat, urge:  
Sive Aquilo radit terras, seu bruma nivalem

25

*Pater Matutine, sive mavis, Jane, a quo homines exordiuntur primos labores actuosæ vitæ, (ita numinibus placet,) tu initium sis versuum meorum. Quando Romæ sum, me fidejussorem esse cogis. Eia, inquis, propera; ne quisquam officiosior unde respondeat. Sive Aquilo stringat terras, sive hyems contrahat dies nivosos*

codd. ap. eund. *gravis mortis me quæstus*.—21 Quatuor ap. Bothe, *primos operum*.—22 Alii codd. si *Dis placitum est*.—23 *Roman emend. Marcilius, et recipit Bentl. in ed. pr. Cantab. 1711. in secunda vero et tertia edd. Romæ*.—24 ‘Si legemus urge, ut habent omnes libri vulgati, horum verborum hæc mihi videtur fore sententia: Eia (inquit Horatius) Matutine urge, atque impelle me acriter ad hoc officium spondendi alicui amico præstandum, ne quis me officiosior existat, atque hanc mili laudem præripiat. Sin, ut nonnulli libri manuscripti, urges; quam scripturam ego magnopere probo; hujus loci hæc erat sententia: tu Matutine me sic hortando urges: eia, Horati noli committere, ut quisquam officio satisfaciat prior, quam tu: potest et sic explicari, servata vulgata et communis scriptura, ut intelligamus, Horatium seipsum hortari, eia: urge quod agis, urge officium tuum, ne quis te sit officiosior; sed ego urges legi malo.’ Lamb. Harl. 2. 3. 4. 6. omnes Gesneri et edd. recent. urges; nnus Bersmanni urges.—25 *Sive Aquilo terras radit Cu-*

## NOTÆ

bus insigniebant appellationibus, honoris vel assentationis causa. Macrob. ‘In sacris invocamus Janum geminum, Janum patrem, Janum Junonium, Janum Quirinum, Janum Consivitum, Janum Patultum et Claustrum,’ &c. Sic et Horat. Carm. Saecul. ‘Lenis Ilithyia tuere matres; Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.’

22 *Sic Dis placitum*] Ut præsideas temporibus et primis hominum laboribus, desque iis felix auspicium: quippe tu ‘in Italia primum Diis templo fecisti, et ritus instituisti saecorum: unde in Sacrificiis præfationem mernisti perpetuam.’ Macrob. jam cit.

*Carminis esto Principium*] Fave mihi hanc Satiram exordienti, in qua urbanæ vitæ incommoda a matutinis horis persequor.

23 *Romæ sponsorem me rapis*] Hoc primum est incommodum, quod pro aliis spondere frequenter necesse sit, ac forensibus tumultibus interesse.

24 *Ne prior officio*] Ne desis amico, acriter subveni, laborantem in iudicio tuere et juva: officium præbe, sive per hyemis frigora, sive per angustias dierum brevissimorum.

25 *Aquilo*] Septentrionalis ventus, a vehementissimo instar aquilæ volatu dictus, ex Festo. Græcis Boreas, ἀπὸ τῆς βοῆς, a boatu: quoniam sit violenti flatus et sonori. Gell. II. 22.

*Bruma*] A dierum brevitate dicitur, ex Varrone et Festo. Alii factum nomen putant ε βραχνὴ μέση, brevis dies. Macrob. Sat. I. Isidor. lib. v. Jul. Scalig. de Caus. L. L. lib. I. Bruma, sive solstitium hyemale, ex Ovid. Fast. I. est dies ‘prima novi, veterisque novissima Solis.’

*Interiore diem gyro trahit, ire necesse est.*

¶ *Postmodo, quod mi obsit, clare certumque locuto,  
Luctandum in turba; facienda injuria tardis.*

¶ *Quid vis, insane? et quas res agis improbus? urget  
Iratis precibus; tu pulses omne quod obstat,*

30

*orbe interiori, oportet ire. Postea vero quam aperte et manifeste dixi quod mihi  
noceat, certare habeo contra turbam: vis facienda lentis. Hi vero increpant: Quid  
petis stulte; et quid moliris? Quidam autem iracundas addit imprecações: An*

ning.—27 Quinque codd. ap. Feam, *quod noceat clare*. Sex ibid. *locutum*.—  
28 ‘Scribe ex Bersmanni Pulmannique codd. nostrisque ad unum omnibus,  
et tribus edd. vett. et *facienda injuria*’ Bentl. Ita habent Harl. 2. 3. 4. 6. et  
Vet. Comb.—29 ‘Bentleius de suo posuit, *quam rem agis*, nimis scabre, nti ego  
sentio.’ Baxt. Ita Bodoni, et Wiel. *quae agis rerum?* Cuning. ex ingenio. *quid  
tibi improbus?* Harl. 6. et Vet. Comb.—30 *Iratus* duo codd. ap. Feam *pulsas*  
codd. Bersm. et sex ap. Feam. *obstet* duo codd. ap. eund. et unus ap. Val.—

#### NOTÆ

26 *Interiore gyro*] Breviori enrusu et ambitu: circulum minorem, ut-pote qui centro propior sit, Sole in Capricorno decurrente, ac breviores hinc dies faciente. Scil. in Sphæra nostra obliqua hyemalis Tropiens ita ab Horizonte intersecatur, ut minor pars supra terram, major autem sib terra existat. Cie. II. de Nat. Deor. Cynosura, inquit ex Arato, ‘enrusu interiore brevi convertitur orbe.’

*Ire necesse est*] Ad spondendum pro altero.

27 *Postmodo, quod mi obsit, &c.*] Alterum est incommodum, quod postquam spondidi, vix e turba me eripere liceat; quodque luctandum et jurgandum sit cum obviis et remorantibus.

*Quod mi obsit*] Certe raro est expers molestiae et damni quisquis pro altero spondet. Proverb. cap. 6. ‘Si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam; illaqueatus ex verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.’ Bias sapienter admodum dicebat: ‘Sponde, noxa

præsto est.’ Cic. Epist. ad Brut. ‘Dependendum tibi est quod mihi pro illo spondisti.’

*Clare certumque locuto*] Debet enim sponsio ac fidejussio præstari disertis verbis et sine ambagibus. Alii locum hunc minus recte intelligunt de advocatione et peroratione causarum: afferuntque verba Tullii de Petit. Consnl. ‘Nonnullos esse tibi iratos ex iis causis quas egisti necesse est.’ et alibi: ‘Qnos læsisti cum pro amico contra eos diceres.’

28 *Facienda injuria tardis*] In forensi turba pulsare oportet et objurgare tardius enutes, dum inde quam primum exire contendeo.

29 *Quid vis, insane?*] Ita reluctatur qui ab Horatio festinante pulsatus est; prudentem retrudit; atque execrationes jaculatnr. Quidam *iratas preces* explicant iram hominis adversus Horatium excandescens, quod ipsius obtestantis patrocinium aut suscipere detrectet, aut non satis aeriter assunmat. Prior interpretatio magis probatur.

Ad Mæcenatem memori si mente recursas.

¶ Hoc juvat, et meli est, non mentiar. At simul atras  
Ventum est Esquiliis, aliena negotia centum  
Per caput et circa saliunt latus. Ante secundam  
Roscius orabat sibi adesses ad Puteal cras.

35

*igitur evertas quicquid obsistit tibi ad Mæcenatem festinanti, urgente memoria?  
Ut verum dicam, illud jucundum et suave est. Verum cum ad Esquiliis atras per-  
veni, aliena centum negotia invadunt caput et latera. Roscius poscit ut ei eras opitu-*

32 Exc. Sax. unus Bersmanni, et undecim alii Feæ, *mentior*; et sic Harl. 6.  
et al. ap. Bentl. ac simul quatuor codd. Feæ.—33 *Exequiliis* var. lect. ap.  
eudem. Vid. ad Epod. v. 100.—35 *Rosius* plurimi codd. et Venet. 1486.—

## NOTÆ

31 *Ad Mæcenatem memori si mente  
recurras*] Dum properas adire Mæ-  
cenatem condicto tempori: vel quod  
acceptorum beneficiorum memor quo-  
tidianis officiis vel semel deesse me-  
tuas.

32 *Hoc juvat, et meli est*] Objurgationes ejusmodi quantumvis invidiosæ  
me quidem delectant, et quasi mel-  
dulces videntur: adeo Mæcenatis  
mentio, nomen, et recordatio vene-  
randa mihi sunt.

At simul atras Ventum est, &c.] Ter-  
tium hoc genus molestiarum urbana-  
rum est. Cum vero ad Mæcenatis  
ædes in Esquiliis sitas veni, assiliunt  
importuni plerique sua inibi negotia  
commendantes: quos amoliri nefas.  
De Mæcenatis ædibus apud Esqui-  
liis, III. Od. 29. 10. et I. Sat. 8. 14.  
vide ibi Not.

Atras Esquiliis] De atris curis qui-  
dam interpretantur: at melius alii de  
sepulcréto, quod fuerat olim in Esqui-  
liis; ut fuse disservi ad Epod. v. 100.  
Epod. XVIII. 6. et I. Sat. 8.

34 *Per caput et circa saliunt latus*] Undique adoriantur et circumobsi-  
dent. Præclara Hypotyposis.

Ante secundam] Mature, ut tempus  
habeat de re sua disserendi tecum,

priusquam forum aperiatur, ac dis-  
ceptandum sit in judicio. Ante se-  
cundam. Gall. à huit heures précises du  
matin, plébost devant qu'après: una sci-  
licet hora ante judicia, quaे hora ter-  
tia exercebantur. Martial. IV. 8. ‘ Ex-  
ercent raukos tertia causidicos:’ ubi et  
diei varias occupationes pro diversis  
horis explicat. Porro ex alibi anno-  
tatis, Lector, intellige illam diei na-  
turalis horam tertiam Romanorum  
nobis quidem Francis nonam esse  
matutinam. Vide I. Epist. 19. 8. et  
Alex. ab Alex. IV. 20.

35 *Sibi adesses*] Quasi advocatus,  
adjutor, fautor. Apud Judices actor  
et patronus rei causam dicebat. At  
aderant præterea quidam advocati;  
suaque præsentia vel testimonio eti-  
ani, si opus esset, reum adjuvabant.

Ad Puteal] Ad judicium. Puteal  
locus erat in comitio Romæ, ubi jus  
reddebatur. I. Epist. 19. 8. ‘ forum  
Putealeque Libonis Mandabo siccis.’  
Nimirum in ipsis gradibus, ad lævam  
Curiae, statua erat Actii Navii Augu-  
ris, qui, inspectante Tarquinio Prisco  
rege, cotem novacula disciderat. Ibi-  
dem porro cotem illam et novaculum  
esse defossam tradunt, supraque im-  
positum puteal, id est, unbellam sive

De re communi scribæ magna atque nova te  
Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti.  
Imprimat his cura Mæcenas signa tabellis.  
Dixeris, Experiar : Si vis, potes, addit, et instat.  
Septimus octavo propior jam fuderit annus, 40  
Ex quo Mæcenas me cœpit habere suorum  
In numero, duntaxat ad hoc, quem tollere rheda  
Velle, iter faciens, et cui concredere nugas  
Hoc genus ; Hora quota est ? Threx est Gallina Syro par ?

*Ieris ad Puteal, ante horam secundam. Horati, Scribæ te rogam ut hodie redeas ad negotium commune ac novum. Fuc ut Mæcenas has tabellas obsignet. Quod si his respondeam ; Tentabo : est quā reponat et urgeat : Atquē potes, si lubet. Prope finem habet annus septimus, et mox octavus incipiet, ex quo tempore Mæcenas inter familiarcs me ascirrit, ad id vero solum, quem in currum assumere placeret, quando viam init : et cum quo loqueretur futilia ejusmodi : Quota est hora ? Gallina Thra-*

\*\*\*\*\*

37 Duo codd. ap. Feam, *Orabant hodie*.—42 Qnatnor codd. ap. Feam, Harl. 6. et Vet. Comb. *ad hæc*.—43 Duo codd. Feæ, *et cui est credere* ; duo alii ejusdem, *et cui concedere*.—44 *Trex* quatuor codd. Feæ, alius ap. Pulfm. *Threx* prætulit Bentleins, eumque secuti Baxt. Cuning. Sanad. Val. Oberlin. Bipont. Wakef. et Comb. *Thrax an Gallina* Lamb. et duo codd. Bersmanni.

#### NOTÆ

operculum, quale puteis imponi solet. Cic. de Divin. i. n. 32. Illic etiam fñeratores convenire solitos idem testatur pro Sextio, n. 18. ‘Puteali et fñeratorum gregibus inflatus.’ Item Pers. Sat. iv. ‘Si puteal multa cantus vibice flagellas.’ Vide Cæl. Rhodig. x. 17.

36 *De re communi Scribæ, &c.]* De Scribarum se numero fuisse ostendit. *Scribae] Gall. les Grefiers, ou Secrétaires de l'Epargne.* Horum officium erat, acta publica literis mandare, literas publicas scribere, &c. Constat scribas maximæ probitatis a Quæstoribus electos. Alex. ab Alex. ii. 2.

38 *Imprimat his cura, &c.]* Alius ita rogat: O Horati, cura ut Mæcenas sigillo muniat has tabellas: oro te etiam atque etiam.

*Signa] De sigillo sive annulo Aucti intellige.* Hunc enim ab eo

conceditum Mæcenati, diximus ad Epod. i. 3. et constat ex Xiphilino ibi cit. Item ex Dione lib. li. &c.

39 *Dixeris, Experiar]* Si huic dixeris: Curabo, et experiar, numquid a Mæcenate id beneficii queam obtinere tibi, &c. Horatii modestiam adverte, Lector, suam apud Mæcenatem gratiam extenuantis, tametsi apnd eum summe valere diceretur. Vide et quæ sequuntur.

40 *Septimus octavo propior]* Septimus hic annus prope est elapsus, et mox octavus agetur, ex quo, &c.

42 *Duntaxat ad hoc]* Non ad res graves, sed ad nugas et jocos, atque ad relaxandum animum magnis curvis passim distentum me adhibet Mæcenas, inquit Noster, dumtaxat.

44 *Threx est Gallina Syro par]* An ille gladiator huic par est virtute, robore, arte, peritia; ille secutor huic retiario; ille Thrax huic Mirmilloni?

Matutina parum cautos jam frigora mordent :	45
Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.	
Per totum hoc tempus subiectior in diem et horam	
Invidiæ. Noster ludos spectaverat una ;	
Luserat in campo ; Fortunæ filius ; omnes.	
Frigidus a Rostris manat per compita rumor : 50	
Quicumque obvius est, me consultit; ¶ O bone, (nam te	
Scire, Deos quoniam propius contingis, oportet,)	

*cius estne par Syro? Incertos jam stringit frigus matutinum; et similia quæ committi queant auribus perfluentibns. Exinde vero magis ac magis obnoxius invidiæ fui. Ainn plerique: Noster Fortune filius ludos spectavit: in campo Martio certavit cum Mæcenate. Quod si e Rostris per plateas frigidus rumor discurrat; quisquis occurrerit interrogat me: O bone, an de Dacis aliquid accepisti? quippe te*

Threx Gallina Harl. 2. 4.—46 Dno codd. Feæ, rimosam . . . aurem. Duo alii ejusdem, disponuntur. Tres etiam, deponuntur.—48 Duo codd. Feæ, lulos pro ludos. ‘Locum haec tenuis male acceptum sic lego et distinguo: Per totum hoc tempus subiectior in diem et horam Invidiæ noster: ludos spectaverit una: Luserit in campo: Fortune filius, omnes. Ceterum pro spectaverat, Luserat, quæ in vulgatis haec tenuis obtinuerunt, reposuimus ex Galeano nostro, Lambethano, et Collegii Trinitatis codice, spectaverit, et ex postremo eorum, Luserit. Ludos spectaverit una, hoc est, Si spectaverit; ut supra vs. 39. ‘Dixeris, experiar,’ pro ‘si dixeris,’ et Serm. sequente, vs. 32. ‘Jusserit ad se Mæcenas,’ pro ‘Si jusserit.’ Omnia, opinor, jam plana sunt et extra aleam constituta. Aliorum hic explicationes in tenebris cespitantium parco exagitare: tute jam facile per te videris, ut omnes in nervum denique erumpant.’ Bentl. Bentleium secuti Cuning. Sanad. Wakef. Heindorf. et Kidd.—52 Vat. et

## NOTÆ

Horum pugnandi rationem diversamque armaturam fuse explicavi ad Junenal. Sat. II. 143. et Sat. VIII. 200.

45 *Matutina parum cautos, &c.]* Verba hæc innuunt scriptam Autumni tempore hanc Satiram.

46 *Et quæ rimosa, &c.]* Et similia quæ loquacissimo enilibet possunt committi, atque homini nullum secretum retinenti, sed passim quod audit in obvios quosque statim effundenti: qualis ille apud Terent. de seipso prædicens: ‘Plenus rimarum sum: hac atque illæ perlino.’

48 *Noster ludos spectaverat una, &c.]* Sic de Horatio loquuntur invidi: En ille Fortune filius simul cum Mæce-

nate ludos spectavit: en cum ipso lusit in campo Martio: de hoc vide I. Od. 8. Not.

50 *Rostris]* In foro Rom. erant Rostra, id est, suggestum ante Curiam Hostilium exstructum, ornatum vero navium rostris ab Antiatibus eaptarum; unde nomen. Liv. lib. VIII. Varro de L. L. lib. IV. Ex eo loco leges ferebantur, et conciones ad populum habebantur: immo et jus dicebatur.

*Rumor]* Est fama incerta sine capite, id est, sine auctore. *Frigidus]* Vel tristis, vel levis.

52 *Deos]* Angustum, Mæcenatem.

Num quid de Dacis audisti? ¶ Nil equidem. ¶ Ut tu  
Semper eris derisor! ¶ At omnes Di exagitent me,  
Si quicquam. ¶ Quid? militibus promissa Triquetra 55  
Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus?  
Jurantem me scire nihil mirantur ut unum  
Scilicet egregii mortalem altique silenti.  
Perditur hæc inter misero lux, non sine votis:  
O rus, quando ego te aspiciam? quandoque licebit, 60  
Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis,  
Ducere solicitæ jucunda oblivia vitæ?  
O quando faba Pythagoræ cognata, simulque

*scire oportet, qui ad magnates accedit. Tum ego: Nihil certe. Illi continuo: Ergone tu semper derisor fueris? Me, inquam, disperdant omnes Di, si quicquam scio. Equis? aiunt, agros militibus promissos an assignabit Augustus in Sicilia, an in Italica regione? At affirmantem me nihil scire admirantur relut hominem rarae et profunda tuitumunitatis. In istis diem perdo infelix, non absque desideriis: o villa, quando te adibo? ecquando gratam oblivionem vitæ anxiæ capiam ibi, modo scripta veterum legendo, modo dormiendo et otiendo? o quando upponetur fa-*



alter Feæ, quando propius; duo alii, quoniam propior.—53 Codex Barberinus Et tu.—54 Codex Bamberg, ap. Jacck, derisor od omnes; et ita edd. ante Lamb. derisor. At omnes Vat. ap. Feam, et Harl. 2. 3. 4. 6.—56 Vat. et tres alii ap. Feam, Cæsarne est.—57 Bentl. miratur ex uno Ms. et quia præcesserit quicunque: levibus sane argumentis contra alios MSS. omnes et editiores. Notavit rectius Baxterus, hic de multitudine agi; et quicunque esse collectivum. Miror, Cun. et San. pedibus ivisse in novitatem. Fea. et unum codex Bamberg. Chisiamus, Vatt. duo, et totidem alii ap. Feam.—60 Bamberg.

## NOTÆ

53 *De Dacis*] Cum his tunc Romani bellum habebant. Vide II. Od. 20.

55 *Militibus promissa Prædia*] Sicut jam assignata fuerant post Philippenensem victoriam. Vide supra Sat. II. 110. et seq. Item Virgil. Ecl. I.

Triquetra] Sicilia Trinacris etiam dicitur ob triangularem formam; habetque in triplici angulo triplex promontorium, Pelorum, Pachynum, Lilybæum. Hinc Ovid. Fast. IV. ‘Terra tribus seopulis vastum proenrrit in æquor Trinacris; a positu nomen adepta loqi.’

63 *O quando faba, &c.*] Quando ruri

vescar fabis, oleribus, &c. tranquillam ejusmodi vitam agrestem præfero lantis epulis quibuscumque.

Faba Pythagoræ cognata] Varia hic varii comminiscuntur. Aiunt plerique fabam Pythagoræ cognatam dici ironice quidem et satyrice, quasi homini coævam et consanguineam; nempe quod ille assereret fabam ex eadem origine et eodem tempore cum homine natam; eamque, si pyxide inclusa servetur vel infodiatur, in carnem et sanguinem converti. Ego nec fabulas nec metempychosim afferre hinc velim: cognatam interpretabor amicam. Fabis enim aliisque

Uncta satis pingui ponentur oluscula lardo ?	
O noctes cœnæque Deum ! quibus ipse, meique,	65
Ante larem proprium vescor, vernasque procaces	
Pasco libatis dapibus. Prout cuique libido est,	
Siccat inæquales calices conviva, solutus	
Legibus insanis ; seu quis capit acria fortis	
Pocula, seu modicis uescit lætius. Ergo	70

*ba Pythagoræ affinis, simulque olera condita lardo pingui ? O noctes et epulæ Deorum, in quibus ego et familiares cœnamus ad Larem meum, ac protervos famulos a cibis libatis. Ibi quisque liber a stultis legibus, ad arbitrium exhaustus scyphos diversos ; sive capax ingentes sumit calices, sive minoribus cupit madescere. Tum*

*ego aspiciam, sine te.—66 Unus Vat. et Barberinus, proprium fungor.—67 Vat. unus ap. Feam, unus item Bentleii, cum ut cuique, quod receperunt Bentl. et Kidd.—69 Dousa, quis cupit. Harl. 2. quis caput.—70 Tres Vatt. et duo alii ap. Feam, al. ap. Lamb. Plm. Crnq. Talbot. et Oberlin. uescit ; et sic edd. Lamb. Plm. Crnq. Talbot. Pine. Valart. Oberlin. Dac. Bentl. Cuning. Baxt. Sanad. Sandby. Gesn. Zeun. Wakef. Comb. et Kidd. tumescit duo ap. Feam. rivescit tres ap. eundem. humescit Exc. Sax. Harl. 2. 3. 6. Zarot. Florent.*

### NOTÆ

leguminibus atque oleribus omnique cibo parabili Pythagoras et Pythagorici libenter vescebantur : carnibus autem vix aut nunquam, frugalitatis quidem et sanitatis gratia : quanquam nonnulli contrarium scribunt. Vide Cic. de Divin. II. n. 119. Diogen. Laërt. lib. viii. Athen. lib. iv. et x. Plin. xviii. 12. Gell. IV. 11. Cæl. Rhodig. xxi. 3. xxviii. 12. xxx. 36. Et quæ nos ad Juvenal. Sat. xv. 173. ubi de anthropophagis quibusdam ita scribit : ‘ Quid diceret ergo, Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret Pythagoras, enctis animalibus abstinuit qui Tanquam homine, et ventri indulxit non omne legumen ? ’

*Pythagoræ*] Vide I. Od. 28. Epod. xv. et II. Sat. 4.

65 *O noctes, cœnæque Deum*] O quieti somni ! o epulæ tranquillæ et jucundæ, quantumvis sobriæ et frugales, certe nectari et ambrosiæ Deorum æquiparandæ ! vel *noctes* dicit

Poëta, quod olim in multam noctem producerent cœnam, ut alibi notavimus.

66 *Ante Larem proprium*] Religiose Diis domesticis libans, et primicias offerens rusticarum dapum ; ac postea e libatis dapibus hilariter cum familiaribus et servis cœnans. Vide I. Od. 12.

*Vernas*] Sic vocantur qui ex ancillis nati sunt verno tempore. Festus. *Procaces*, a procando, sive poscendo.

69 *Legibus insanis*] De his conviviorum legibus, vide II. Od. 7. Not.

*Seu quis capit acria fortis Pocula*] Plin. xiv. 22. refert ‘ Ciceronem Marci filium binos congios simul haurire solitum ;’ atque ebrietatis mala eleganter describit. Vide Maerob. Saturn. II. ult. Gell. xv. 2.

70 *Uescit [humescit]* Al. *uescit*. IV. Od. 5. in fine, ‘ uidi,’ id est, bene poti, madidi, ac pleni vino.

Sermo oritur, non de villis domibusve alienis,  
 Nec, male necne Lepos saltet; sed quod magis ad nos  
 Pertinet, et nescire malum est, agitamus; utrumque  
 Divitiis homines, an sint virtute beati;  
 Quidve ad amicitias, usus rectumne, trahat nos;      75  
 Et quae sit natura boni, summumque quid ejus.  
 Cervius haec inter vicinus garrit aniles  
 Ex re fabellas. Si quis nam laudat Arelli

*fit confabulatio non de aliorum prædiis vel ædibus; neque utrum Lepos incepit saltet, an non: sed quod utilius, quodque ignorare sit nefas, querimus; an opibus homines, an virtute felices existant; utrum nos ad amicitias impellat, utilitas an honestum; item quid sit bonum, et quae ejus perfectio. Interea Cervius vicinus aniles fabulas ad propositum narrat. Etenim si quis imperitus laudat uxias Arellii divi-*

\*\*\*\*\*

Fabric. 1555. al.—72 Bamberg. ap. Jaeck, *necne nepos*; ita etiam Harl. 2. 3. 4. et alii nonnulli ap. Feam.—75 Vat. et Gregorianus, *rectumne*.—76 Vat. et duo al. ap. Feam, *quod ejus*.—77 Curvius Vat. et Angelie. Servius duo alii Vat. et Gregor. Gerrius Florent. 1482. Venett. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. *vicinus* Bamberg. tres Vatt. Angelie. unus Bersmanni, et alii ap. Feam, Pilm. et Cruq.—78 *Si quis nam* tredecim codd. ap. Feam, alii apud Bersm. Bentl. edit. Mediol. Zar. 1470. Junta 1503. 1514. revocavit in textum Bentl. inde Baxt. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. ‘*Si qui nam* Cnn. ut aliquid de suo proferat; sed ubi invenit qui pro *quis* sine interrogacione? Ineptius adhuc Dacerins reponit Bentleio, nusquam inveniri positum *nam* post duo verba, ut *si quis*; quod etiam illi videtur dñrius, et sine necessitate. Immo elegantius videbitur Latinis auribus; et *num quid nam* apud omnes scriptores, æque ac *si quis nam*, exemplo est; pluribus etiam verbis interjectis; ut apud

#### NOTÆ

71 *Non de villis domibusve alienis*] De his invidi et avari sermocinantur: ut deliciarum sectatores et voluptuarii de saltatoribus et scurrulis.

72 *Lepos*] Augusti scurra, archimimus, egregius saltator; *Lepes* dictus a molli, scita, et lepida saltandi ratione.

*Quod magis ad nos Pertinet, &c.*] De aptis convivio sermonibus Gell. XIII. 11. &c.

75 *Usus rectumne*] Alii quippe sentiebant amicitias propter utilitatem colendas: alii propter virtutem. Vide Cic. Lælium, ubi: ‘*Solem*,’ inquit, ‘e mundo tollere videntur qui amicitiam e vita tollunt. . . . Amicitia tantas opportunitates habet, quan-

tas vix queo dicere,’ &c.

*Rectumne*] Cic. mox cit. ‘Virtus amicitiam et giguit et continet . . . Virtutum amicitia adjutrix a natura data est.’ Et in fine ejusdem lib. ‘*Vos hortor, ut ita virtutem locetis,* sine qua amicitia esse non potest, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilis esse putetis.’

76 *Summumque quid ejus*] In quo consistat summum bonum: hoc enim in voluptate alii, alii in virtute reponebant. Vide Cicer. de Finib. Tusc. Quæst. &c.

78 *Ex re fabellas*] Sunt fabulæ ad persuadendum valde commoda et efficaces, si apposite adhibeantur. Hinc sacri etiam codices proverbiis et pa-

Solicitas ignarus opes, sic incipit : ¶ Olim	
Rusticus urbanum murem mus paupere fertur	80
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum ;	
Asper, et attentus quæsitis, ut tamen arctum	
Solveret hospitiis animum. Quid multa ? neque ille	
Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ :	
Aridum et ore ferens acinum, semesaque lardi	85
Frusta dedit, cupiens varia fastidia cœna	
Vincere tangentis male singula dente superbo ;	
Cum pater ipse domus palea porrectus in horna	
Esset ador loliumque, dapis meliora relinques.	

*tias, ita exorditur : Quondam mus agrestis urbanum murem cavernula dicitur excepisse, vetus hospes veterem amicum; durus, et studiosus rerum congestarum ; ita tamen ut animum restrictum laxaret hospitum gratia. Quid plura ? Nec parce dedit e congesto cicere, nec ex avena oblonga: ore portans acinum desiccatum, et semesa lardi frustula obtulit, optans multiplici dape vincere nauseam fastidiose singula delibantis superbo dente ; dum ipse ædium dominus in stramine jacens ederet frumentum ac zizaniam, cibis optimis abstinentis. Denique urbanus hunc sic allocu-*

Plant. in Pers. II. 3. 13.<sup>7</sup> Fea. nam si quis Harl. 6.—81 Harl. 4. Accepisse casa.—82 Asper et intentus tredecim codd. ap. Feam. alii MSS. apud Cruq. Acror. edit. Venn. 1486. 1514. <sup>4</sup> Rectius aliorum MSS. et editorum vulgatum attentus ; ad mentem auctoris, qui laudat prudentem domini custodiam, ut i. Epist. 7. 91. non unice in id incumbentis. Similia passim apud auctores. Tarent. in Adelph. v. 8. 31.<sup>7</sup> Fea.—83 Plus triginta codd. ap. Bothe, et Feam, alii ap. Pult. et Bentl. Gott. Exc. Sax. Zarot. Florent. 1482. Venett. 1481. 1483. 1485. 1490. 1492. 1509. 1552. Ald. 1501. Junt. 1503. Argent. 1514. Basil. 1527. 1531. Dion. ab Harsio 1538. R. Steph. et Gryph. neque ille ; quod revocavit Bentl. eumque secuti Baxt. Cuning. Sanad. Francis. Val. Gesn. Zenn. Bipont. Oberlin. Wetzel. Heindorf. Dœring. Wakef. Comb. Kidd. Bothe, Fea, et Jaech. neque illi Ald. 1509. 1519. et inde usque ad Bentl.—

## NOTÆ

rabolis inspersi sunt. Hisque per sepe usus est Christus Dominus, veritas Dei et sapientia. ‘Ut, quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem et exempla teneatur.’ S. Hieronym. Comment. in Matth. lib. III.

*Arcll?*] Arellins famose avarus : contra stultam ejus de opibus opinionem Cervius assert apte exemplum et apologum rustici muris et urbani.

83 *Hospitiis*] Hospitibus amice ex-

cipiendis.

84 *Nec longæ invidit avenæ*] Hellenismus.

86 *Varia cœna*] ‘Dñbiam cœnam’ dixit supra II. Sat. 2. 77.

88 *Horna*] Nova, hujus anni. III. Od. 23. 3.

89 *Ador*] Frumenti genus, ab edendo appellatum ; vel, quod aduratur, ut e tosto fiat mola salsa ad sacrificia utilis. Festus. Alii aliter.

Tandem urbanus ad hunc, Quid te juvat, inquit, amice, 90  
 Prærupti nemoris patientem vivere dorso ?  
 Vis tu homines urbemque feris præponere sylvis ?  
 Carpe viam (mihi crede) comes, terrestria quando  
 Mortales animas vivunt sortita, neque ulla est  
 Aut magno aut parvo leti fuga : quo, bone, circa, 95  
 Dum licet, in rebus jucundis vive beatus ;  
 Vive memor quam sis ævi brevis. Hæc ubi dicta  
 Agrestem pepulere, domo levis exsilit: inde  
 Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes  
 Mœnia nocturni subrepere. Jamque tenebat 100  
 Nox medium coeli spatium, cum ponit uterque  
 In locuplete domo vestigia; rubro ubi cocco  
 Tincta super lectos canderet vestis eburnos,  
 Multaque de magna superessent fercula coena,  
 Quæ procul exstructis inerant hesterna canistris. 105

*tus est: Amice quorsum aerumnosus degis ad latus montis ardui? visne homines et urbem preferre sylvis descritis? Mihi ausulta, iter mecum ingredere; quandoquidem animantia super terram vitam agunt morti obnoxiam, nec effugiendi ratio est sive parvo sive magno. Quocirca, o bone, quandiu potes, rebus fruere jucundis, recordatus quam brevi tempore sis victurus.* Sermonibus illis excitatus rusticus prosilit alacer e domicilio. *Hinc uterque viam institutam decurrunt, cupientes noctu subire civitatis pomorum. Et jam nox attigerat medium cœli locum, quando pedem ambo inferunt in ædes opulentas, ubi stragula fulgebat purpurea super thoros eburneos, et plurimæ dupes restabant e lauto convivio, quæ heri procul fuerant in sportu-*

90 Vat. et alius ap. Feam, qui te.—92 Vin' tu Lambinus ex sex codd. ‘Hinc adeo est, quod vin' tu in plerisque editionibus hodie comparet. At de codicibus ipse viderit: nos in omnibus nostris, ut et Cruquius, Pulmannus, Bersmannusque in suis, vis tu reperimus: neque aliter habent Venetæ et Locheiana. Utra autem lectio minus concinna sit, jam poteris judicare. Siquidem Vis tu elegantissimus Idiotismus est, acutissimo Gronovio patri observatus et copiose enarratus ad Senecam De Ira 111. 38. et Epist. LVIII. et Praefat. ad iv. Natur. Quæst. Martialis, x. 83. 1. et 9.' Bentl.—94 Duo Vatt. et totidem alii ap. Bothie, nec ulla.—95 Gott. et Florent. 1482. bene.—97 Vat. et unus ap. Feam, brevis ævi.—105 Duo codd. Feæ, unus item Valart. hesterna

## NOTÆ

93 Terrestria quando, &c.] Vel ex persona murium aliquorumque brutorum, vel ex persona atheorum, hoc dicit Poëta.

97 Vive memor quam sis brevis ævi] Eandem hanc orationem tribuit Her-

culi Euripides in Alcestide, ut bene observavit Muretus.

104 Fercula] A ferendo vocantur sic vasa eduliorum, et per Syneed. ipsa edulia, &c.

Ergo ubi purpurea porrectum in veste locavit  
 Agrestem, veluti succinctus cursitat hospes,  
 Continuatque dapes; nec non vernaliter ipsis  
 Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.  
 Ille cubans gaudet mutata sorte, bonisque                    110  
 Rebus agit lætum convivam; cum subito ingens  
 Valvarum strepitus lectis excussit utrumque.  
 Currere per totum pavidi conclave; magisque  
 Exanimis trepidare, simul domus alta Molossis  
 Personuit canibus. Tum rusticus, Haud mihi vita            115  
 Est opus hac, ait, et valeas: me sylva cavusque  
 Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.

*lîs congestæ. Postquam igitur rusticum statuit in stragula pretiosa recumbentem, velut expeditus hospes circumcursat; cibos cibis accumulat, et instar fanuli ministrat sedulus, prægustans quicquid apportat. Ille quietus lætatur mutata conditione, hilareisque se conviram exhibet favente fortuna; quando magnus repente forium strepitus toris ambos expulit. Mox trepidi cæperunt fugere per omne cubiculum: gravius autem expavescere quasi moribundi, cum ædes amplæ insonuerunt magnis canibus. Tunc agrestis dixit: Nequaquam me juvat vita ista: eique nuntium remitto: me nemus et cavernula a periculis libera consolabuntur exiguo legumine.*



*catinis.*—108 Harl. 3. duo Vat. sex ap. Bothe, *vernilariter*; ita MSS. apud Pulm. Cruq. Bentl. Val. Combe; et ita Dac. Bentl. qui probat; inde Cun. San. Fea, Jaeck, Dœring, Phil. Batt. Sandby, Val. Comb. Kidd. et Wakef. Al. *vernalariter*. Eadem varietas apud Nouium Marc. c. 1. v. ‘*Vernaliter*.’—109 *Prælibans* Ms. unus apud Talb. ex 2. aliis restituit, et probat Bentl. inde Cuning. San. Phil. Sandby, Val. Wakef. Wetzl. Comb. Kidd. Fea, Jaeck, et Dœring. *prælabens* edit. Princ. Flor. 1482. Al. *prælambens*. *quod astut* Vat. et alter ap. Feam. *quod offert* duo ap. eundem.—110 *Ille cubat gaudens* duo Vatt. Barberin. et tres alii ap. Bothe.—111 Duo Vatt. et totidem alii, *tunc subito*.—114 *Exanimi trepidare, domus simul* Cuning. ex ingenio.—115 *Est opus hæc* Vat. et alias ap. Bothe.

## NOTÆ

108 *Vernaliter*] Al. *vernilariter*, more servorum *prælambens* dapes quas affert.

114 *Molossis*] Ingentibus canibus e Molossia, regione Epiri. Apud Molossos Epiri populos erant canes venatici generosissimi.

117 *Ervo*] Quovis legumine. Sy-

need. *Errum*, Græcis ὄποβος, Gall. ers, legumen est pisis affine, saginan-dis armentis utile. Columel. Plin. Virgil. Ecl. III. 100. ejus meminit, si fides quibusdam veteribus membranis. Nam aliæ habent arvo, aliæ erro.

## SATIRA VII.

Lepide se ipse carpit ex persona servi, et ostendit liberum esse solum sapientem. *Baxt.* (Sequitur hic quoque morem suum, et severiora praecepta, quæ approbare se aulicis suis posse vix sperat, ex persona Crispini proponit (ut in Damasippo 11. Sat. 3.), quæ venusta quadam *Œconomia* hic a servo sibi suo fingit ingeri. *Gesu.*) Inducitur servus, qui, data per Saturnalia dicendi libertate, Horatio ea objicit, quæ ei vulgo ab obtrectatoribus et malevolis hominibus crimini data esse videntur. Hac ratione hand dubie efficere voluit, ut obtrectatio vana et irrita redderetur. Nam quæ hic vituperantur, ea primum a servo nequam proferuntur, deinde partim sunt reprehensione non digna; partim prorsus sunt ficta et a persona Horatii aliena, veluti quæ Davus ex Crispini Stoici philosophi janitore audierat et hic confuse repetit; partim leviora vitia, a quibus se nou liberum esse ipse Poëta alias fatetur, et quorum facile ab æquis rerum judicibus veniam sibi datum iri sperabat.

JAMDUDUM ausculo; et cupiens tibi dicere servus  
Pauca, reformido. ¶ Davusne? ¶ Ita, Davus, amicum  
Mancipium domino, et frugi quod sit satis; hoc est,  
Ut vitale putes. ¶ Age, libertate Decembri

*DAVUS.* Jam diu est quod te audio: atque avens tibi pauca loqui, ego famulus timeo. *HORAT.* Nunquid Davus? *DAV.* Etiam Davus hero servus fidelis, ac frugalis abunde: id est, ut vita dignum existimes. *HOR.* Age, fruere licentia

---

Satira octava Libri primi in Ed. Sanad. Epigraphen hanc habet in codd. ap. Jaecck, *Lepide se ipse carpit ex persona servi, et ostendit liberum solum esse sapientem.* — 4 Bestius de Rat. Emend. Leg. p. 199. hisce verbis substituit, *Ut tu id tale putes.* Leviorre correctione, una literula mutata, Cannegiet. ad Ulpiani Flagm. tit. xxii. p. 93. legit, *Ut vita...reputes.* ‘Ambo

## NOTÆ

1 *Jamdudum ausculo]* Suum ipse servum vitia sibi objicientem ita inducit Horatius, ut quilibet vitiosus a servo suo pariter reprehendi se juste quidem potest et sentiat. Porro sententiam hanc asserit: Solum sapientem esse liberum: quam tractat Cicero Parad. v. et Pers. Sat. v.

*Ausculo]* Ad omne obsequium paratus asto.

2 *Davusne]* Ipsene Davus haec loquitur?

1 *Ut vitale putes]* Habebant domi-

ni in servos ius vitae ac necis. Davus ait, pro sedula et diurna servitute videri sibi meruisse apud herum ut vivat. Alii alias interpretationes afferunt, at meo iudicio longe petitas. Quidam volunt Davum significare se medioeriter bonæ esse indolis, quod contra raro sint longavi qui indole sunt eximia: Seneca Controv. 1. ‘Tam immature magnum ingenium non esse vitale.’ Alii sic: Davus ostendit se in victu moderationem ac temperantem diutins esse victurum,

(Quando ita majores voluerunt) utere ; narra.

5

Pars hominum vitiis gaudet constanter, et urget  
Propositum; pars multa natat, modo recta capessens,  
Interdum pravis obnoxia: saepe notatus  
Cum tribus anellis, modo læva Priscus inani,

*mensis Decembris, quandoquidem ita sanxerunt majores nostri; loquere.* DAV.  
*Plerique hominum obstinate vitiis delctantur, et perseverant in pravis moribus.*  
*Alii multi fluctuant, nunc virtutem sequentes, alias vitiis obsequentes.* Sic Priscus  
*frequenter visus est cum tribus annulis: paulo vero post sinistra vacua diversus*

desipiunt.' Fea. decembris duo Vatt. et totidem ap. Bothe.—9 Edd. vett. usque  
ad Lambinum, *annellis*; et sic Delph. Bentl. Wetzl. Wakef. Kidd. et Döring.  
*annellis* vero exhibent Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. omnes codd. ap. Feam, et Jaeck, alii  
ap. Lamb. et Torrent. Vet. Comment. Cruquii, item Cruq. in Notis, Lamb. Tor-  
rent. Bond. Schrevel. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Comb. Fea, Bothe et Jaeck.

## NOTÆ

contra morem servorum, quos edaci-  
tas brevi conficit.

4 *Libertate Decembri utere]* Dic li-  
bere quicquid volueris, siquidem hoc  
tibi dant Saturnalia. Ea nempe xiv.  
Kal. Janu. celebabantur, in hono-  
rem Saturni, et monumentum aurei  
sub ejus regno sæculi, quo tempore  
cuncti æquales erant tam servi quam  
ingenui. Macrob. 1. 10. 'Saturnalia  
uno die solita peragi: post in triduum  
propagata, adjectis a Cæsare hinc  
mensi diebus, deinde ex edicto Au-  
gusti; quo trinum dierum ferias Sa-  
turnalibus addixit . . . sed Sigillari-  
orum adjecta celebritas in septem  
dies discursum publicum et lætitiam  
religionis extendit.' Alex. ab Alex.  
11. 22. 'Saturni festis diebus servos  
ingenuorum ministeria occupare, pi-  
leos sumere, et a liberis nullo discri-  
mine differre, stipesque invicem dare,  
et munera missitare, servatum est.  
Regna quoque sortiri inter æquales,  
et tanquam reges imperitare, magis-  
tratus purpuram indnere, reliquos in  
veste candida diem concelebrare.  
Qui etiam mos Græcis et exteris com-

munis fuit. Namque apud Babylo-  
nios Sacea appellantur festa, quibus  
dies quinque imperabant servi domi-  
nis; eorumque unus stola sumta do-  
minabatur,' &c. Vide supra Sat. 111.

7 *Natat]* Instabilis est: sicut na-  
tantes modo contra flumen, modo  
currente feruntur amne.

9 *Cum tribus anellis]* Plures annu-  
los gestare luxuriosum habebatur.

*Priscus]* Hic orator fuisse dicitur,  
Senatorii quidem vel certe Equestris  
ordinis.

*Læva inani]* Sine ullo annulo: quod  
egestatis signum. In læva utopte  
minus actuosa annuli gestantur. Ma-  
crob. vii. 13. 'Annulum in digito,  
qui minimo vicinus est, quem etiam  
medicinalem vocant, et manu præci-  
pue sinistra gestandum esse.' Gell.  
x. 10. 'Repertum est nervum quen-  
dam tenuissimum ab eo digito ad eor-  
hominis pervenire.' Hinc tali ho-  
nore eum digitum placuit decorari.  
Vide Plin. xxxiii. 1. ubi de origine  
et jure annulorum aurorum. Alex.  
ab Alex. ii. 9. &c.

Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas,  
 Ædibus ex magnis subito se conderet, unde  
 Mundior exiret vix libertinus honeste :  
 Jam mœchus Romæ, jam mallet doctor Athenis  
 Vivere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.  
 Scurra Volanerius, postquam illi justa cheragra

10

15

*vixit; adeo ut vestem mutaret horis singulis: exiens autem superba e basilica repente migraret illuc, unde vix decenter egredetur libertinus nitidulus. Modo Roma adulter, modo Athenis eruditus degere cuperet; certe natus infestis omnibus Vertumnis. Contra Volanerius sannio, quando justa chiragra illi fregit digitos,*

\*\*\*\*\*

—11 *Ædibus et magnis* duo Vatt. et totidem alii ap. Feam. *Ædibus in magnis* septem ap. eundem.—13 Tres et viginti codd. ap. Feam et Bothe, Harl. 2. 3. 4. alii ap. Lamb. Pulf. Crng. Turneb. Advers. XIII. 17. Talbot, Bentl. et Valart. *doctor Athenis*; admisit in textum Baxt. inde Valart. Oberlin. Gesn. Zeun. Comb. Fea, Bothe, et Dœring. *doctus* Harl. 6. et edd. vett. item Bentl. Sanad. Cuning. Heindorf. Wetzel. Wakef. et Kidd. ‘Arridet potius, quam aliorum MSS. et editorum vulgatum *doctus*; ut poëta ostendat Prisci insaniam, qui repente ex mæcho Romæ, Athenis se doctorem exhibeat: quo noctuas afferebat, ut Horatius ‘ligna in sylvam’ 1. Sat. 10. 34.’ *Fea.*—15 *Volanerius* Vatt. duo. *Volanerius* duo ap. Feam. *chiragra* edd. vett. *cyragra* Vat. Chisianus, et duo alii ap. Feam. *cheragra* duæ edd. Xylandri, H. Steph. et Casaub. probat Bentl. eumque secuti sunt Cuning. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Oberlin. Heindorf. Wetzel. Wakef. Comb. Kidd. Dœring. Fea, Bothe,

## NOTÆ

10 *Inæqualis*] Sibi parum constans.  
*Clavum*] Modo latum, modo angustum suimens. De ea veste præclaræ 1. Sat. 5. 36.

11 *Ædibus ex magnis*] E superbo domicilio in vile et abjectum migraret.

13 *Jam mœchus Romæ*] Salsus in Romanorum impudicitiam sareasmus.  
*Jam mallet doctor [doctus] Athenis*  
*Vivere*] Modo otiosum et luxuriosum præferens vitæ genus; modo studia literarum et honestos doctrinæ ac Philosophiæ labores.

*Athenis*] Ubi fons omnium doctrinarum, Cic. de Orat. ubi artium exquisitarum officina: ubi præcipue coluntur ea mysteria, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus. Id. de Leg. IV. ubi tanta auctoritas, ut de ejus

urbis possessione inter Deos certamen fuerit; ut jam fractum prope ac debilitatum Græciae nomen hujus urbis laude nitatur. Id. Orat. n. 25.

14 *Vertumnus*] Vertumnus, Deus anno vertendo præsidens, multiformis erat, et varie pingebatur, et variis colebatur locis tum in urbe tum in municipiis; modo fossor, modo arator, seminator, plantator, messor. Hinc plurali numero Vertumni appellantur. Aiunt etiam sensus et cogitationes hominum ab eo verti. Unde iratis Vertumnis dicitur natus quisquis semper incertus et inconstans aliis aliisque affectibus agitatur. Tibul. IV. 2. 13. ‘Talis in æthereo felix Vertumnus Olympo Mille habet ornatus, mille decenter habet.’

15 *Cheragra [chiragra]*] Vel metri causa licenter et contra etymon pri-

Contudit articulos, qui pro se tolleret atque  
Mitteret in phimum talos, mercede diurna  
Conductum pavit; quanto constantior idem  
In vitiis, tanto levius miser ac prior illo  
Qui jam contento, jam laxo fune laborat. 20  
**¶** Non dices hodie, quorsum hæc tam putida tendant,

*hominem quotidiana mercede conductum aluit, qui taxillos pro se colligeret ac immittret in alreolum: quanto magis constans in pravis, tanto minus infelix quam prior iste, qui nunc intento nunc laxato fune luctatur.* HOR. *An non hodie decla-*

=====

et Jaeck.—17 Gott. in marg. Exc. Sax. Venet. Glarean. et Lamb. *pyrgum*. Gott. Harl. 2. 3. 4. 6. septem ap. Feam, alii apud Lamb. Pulf. Cruq. Canter. Nov. Lect. VII. S. Torr. Val. et edit. Med. 1477. *phimum*; probant Cruq. et Canter., sequuntur Dac. Talb. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Batt. Sandby. Val. Oberl. Comb. Wakef. Pine. Wetzel. Bipont. Kidd. Fea. Bothe, et Jaeck.—18 *Inductum duo codd. ap. Feam, isdem sex ap. eundem, alii ap. Cruq. Talbot. et Oberlin. receperunt Fea, Bothe, et Jaeck.*—19 Vat. et alter a m. pr. ap. Feam, *melius miser*. Harl. 3. 6. dnodecim ap. Feam, alii apud Lamb. Pulf. Acron, Aldus 1509. 1519. edit. Frib. 1536. restituit ex suis MSS. Lambinus, sequuntur Georg. Fabrie. Gryphius 1566. Chab. Dac. Baxt. Phil. Batt. Oberl. Wakef. Wetzel. Gesn. Bipont. Wakef. Fea, Bothe, et Dæring. *ac prior illo*. Laudat Torrent. sed non adoptat. Alii sive MSS. sive editi, *ac prior ille, acrior ille, acrior illo: acrior ille est Vat. ap. Feam, et Lambinus, qui non damnat lectionem ac prior ille, exponit ac, pro quam; ut sit, tanto levius miser; id est, minus miser, quam prior ille, qui, &c. nempe Priscus. ‘Huic rationi insistunt Talbot, Sanad. alii: indocte. Horatio plane indignum esset prior ille, si referretur ad Priscum.’ Fea. *acrior ille* Harl. 3. 6. et Vet. Comb.—20 Nonnulli ap. Bothe, *tam contento, quam laxo*. Harl. 2. 4. etiam, *quam laxo*. Tres codd. ap. Feam, *fune labore*.—21 *Num dices Vat.**

### NOTÆ

mam corripit syllabam, vel Poëta scripsit *cheragra*, ut volunt quidam: η ἄγρα τῆς χειρός, Poëticē χερός. *Justa*] Digna luxuriæ poena. Persius Sat. v. 58. ‘Sed cum lapidosa cheragra Fregerit articulos.’ Scilicet morbus ille articularis manus ac digitorum usum præpeddit, non secus ac si fracti et contusi essent articuli manuum.

16 *Qui pro se tolleret*] Cum talis semper ludere consueisset, interclusa manus suas movendi facultate, aliena manu talos colligebat, movebat, jactabat.

17 *Phimum*] Vasculum ligneum, cornuum, eburneum, oris angusti, e quo tali antea agitati effunduntur in

alveum seu tabulam. ‘Fritillum’ vocant Juvenalis et Seneca, ‘orcā’ Persius, ‘turriculam’ Martialis, ‘pyrgum’ (quæ vox Græca turriculam designat) alii, et hic Horatius, ut placet multihisque doctissimis. Gall. *cornet à dez*. Jul. Poll. x. 31. *phimum*, φίμων, numerat inter aleatoris instrumenta: item Æschines in Timarch. apud Suidam.

20 *Qui jam contento*] Metaphorica dictio. Velut Priscus modo parcus admodum et frugalis; modo laxus, magnificus, luxuriosus; utrumque nimis et vitio laborans.

21 *Putida*] Auditu ingrata, translatione à naribus ad aures.

Furcifer? ¶ Ad te, inquam. ¶ Quo pacto, pessime?  
¶ Laudas

Fortunam et mores antiquæ plebis; et idem,  
Si quis ad illa Deus subito te agat, usque recuses;  
Aut quia non sentis quod clamas rectius esse, 25  
Aut quia non firmus rectum defendis, et hæres,  
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.  
Romæ rus optas; absentem rusticus urbem  
Tollis ad astra levis. Si nusquam es forte vocatus  
Ad coenam, laudas securum olus: ac, velut usquam 30  
Vinctus eas, ita te felicem dicis, amasque,  
Quod nusquam tibi sit potandum. Jusserit ad se  
Mæcenas serum sub lumina prima venire

*rabis, furcifer, quo spectent illa adeo inepta?* DAV. *Dico, ad temetipsum.* Hor. *Ecqua ratione, o nequam?* DAV. *Extollis conditionem et instituta prisci populi;* tuque ipse fortiter abnas, si numen aliquod ad ea te redigat: sive quod non firmiter tenes melius esse id quod asseris, sive quod non constanter virtutem propugnas; atque hæsitas, frustra exoptans pedem luto extrahere. Cum Romæ versaris, cupis ruri degere: cum ruri degis, remotam urbem laudas inconstans. Si a nemine invitatus es ad cœnam, extollis olera tranquilla: et quasi pergas coactus, sic te beatum prædictus; atque gratularis tibi, quod apud nullum cœnare contingut. Verum si Mæcenas vocet te cœnatum apud se vesperi ad primas candelas, horrendum vociferaris

---

et alter ap. Feam. Non hodie dices dno ap. eundem. Non dicis Vat. unus Fea, unusque item Pulmanni. tendent Vat. et alter ap. Feam.—22 Duo ap. Bothe, pessime. Vat. et unus ap. Feam, laudes.—26 Vat. et alter ap. Feam, quia tu infirmus.—27 Duo ap. eundem, Nequicquam. Cuning. e cœno evellere; et sic in ed. Basil. 1580. cupiens cœno convellere unus Vat.—31 Marcil. conj. usquam in-ritus. Unus Chisianus a m. pr. Victus eas, ubi scholiastes notat, ‘coactus.’ *Victus* etiam Florent. 1482. ubi Land. quoque annotat ‘quasi coactus;’ inde Venet. 1483. Usque dedit Ald.—32 Unus Vat. jusserrat ad se.—

## NOTÆ

22 *Furcifer*] Servus hoc probro incessebatur, cum, ob delictum quod-piam levius, appensam collo furcam cogebatur ferre, ignominiae causa.

23 *Mores antique plebis*] Probos nimiri et castos. Nam subinde vicia sensim gliscere visa sunt.

27 *Nequicquam cœno cupiens evellere plantam*] Frustra cupiens e gurgite vitiorum emergere.

30 *Laudas securum olus*] Tranquillam domi cœnam e cibo parabili lau-

das et præfers quibuslibet lautis et opimis apud alios epulis, ad quas invitatus fueris.

*Velut usquam Vinctus eas*] Videri vis ad alienam ire cœnam velut coactus, vinctus, invitus: ac felicem te dicis quod nemo te vocarit. Verum te dissimulas.

33 *Serum sub lumina prima*] Sero quidem coenabant magnates pluribus negotiis occupati; at alii vulgo circa tertiam aut quartam horam pomeri-

Convivam ; Nemon' oleum fert ocyus ? ecquis	
Audit? cum magno blateras clamore, furisque.	35
Milvius et scurræ, tibi non referenda precati,	
Discedunt. Etenim fateor me, dixerit ille,	
Duci ventre levem ; nasum nidore supinor ;	
Imbecillus, iuers, si quid vis, adde, popino.	
Tu, cum sis quod ego, et fortassis nequior, ultro	40
Insectere, velut melior? verbisque decoris	
Obvolvas vitium ? Quid, si me stultior ipso	

*furibundus : Nullusne afferet unguenta citius? quisnam auscultat? Tum vero Milvius et parasiti abeunt, tibi imprecati minime narranda. At dicet aliquis me ventri obnoxium esse, nasum tollere supinum ad nidores; ignavum, segnem esse, adde etiam, popinarum sectatorem, si lubet: non inficiabor. Tu vero cum sis servus, ut ego, et fortasse pejor, cur me sponte reprehendis quasi præstantior? Quare præclaris sermonibus tegis quod pravum habes? Quid si tu agnosceris insanior me, quem*



34 Plurimi ap. Feam, alii ap. Pulm. Cruq. Torrent. Talbot, Bentl. et Valart. *oleum fert*; restituit Bentl. inde Baxt. Sanad. Sandby, Valart. et edd. recent. fers? *ecquis audis?* Cuning. *hæc quis, et quis, en quis* codd. ap. Feam.—35 Tres Vatt. Harl. 2. 4. 6. Exc. Sax. et unus Barberin. *furisque*; alii etiam codd. apud Lamb. Pulm. Cruq. Torrent. Talb. Bentl. ita quoque edd. Junt. 1503. Crnq. Chab. Desprez. Dacer. Baxt. Oberl. Comb. Wakef. ‘At præter alias MSS. nostros omnes, et aliorum, et priscas editiones, faver etiam Acron, qui *fugisque* recte commentatur: ‘Expressit velocitate in hominis festinantis ad cœnam.’ Nihil ad rem furor. Baxterus hospes videtur in MSS. et editionibus, dum asserit, Bentleium ansum esse de suo reponere *fugisque*.’ Fea.—36 *Milvius* unus Vat. *Milvius* plurimi codd. ap. Feam; et sic Junt. 1503. Venet. 1509. restitutus Bentl. ex suis codd. et probat inde Cuning. Sanad. Phil. Valart. Francis. Heindorf. Wetzel. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *Milvius* Harl. 2. 3. 4. 6. al.—38 *Muretus supino*.—39 *Imbecillus, iuers, et quid vis* tres Vatt. et unus Barberinus.—42 *Obvolvis* unus Vat. a m. sec. *stultior ipso* multi ap. Feam, Harl. 2. 4. 6. alii apud Pulm. edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. 1573. Flor. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Muret. Chab. Talb. Dac. Bentl. Baxt. Phil. Batt. Oberl. Comb. Wakef. Heindorf. Wetzel. Kidd. Fea, Bothe, et Jaeck.

## NOTÆ

dianam. Martial. iv. 8. ‘Imperat ex-structos frangere nona toros.’

34 *Nemon' oleum fert ocyus, &c.*] Clamitas moræ impatiens, et mirum quantum properans ire illuc bene locutus, hene nunctus. Sic nimirum veteres ad cœnam invitati pergebant, unguentis odoriferis perfusi.

35 *Furisque*] Alii leg. *fugisque*, id est cum magna festinatione domo

abis, et ad Mæcenatis cœnam curris.

36 *Milvius et scurræ, &c.*] Parasiti et scurræ apud te cœna sperata frandati diras in te jactant, imprecantur tibi mala omnia discedentes.

38 *Nasum nidore supinor*] Elatum habeo nasum ad captandos odores opsoniorum; tanquam ventris et gulæ mancipium cœnas venor.

Quingentis emto drachmis deprenderis? aufer  
 Me vultu terrere; manum stomachumque teneto,  
 Dum, quæ Crispini docuit me janitor, edo. 45  
 Te conjux aliena capit, meretricula Davum:  
 Peccat uter nostrum cruce dignius? acris ubi me  
 Natura incendit, sub clara nuda lucerna  
 Quaecumque exceptit turgentis verbera candæ,  
 Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum, 50  
 Dimittit neque famosum, neque solicitum, ne  
 Ditior aut formæ melioris meiat eodem.  
 Tu cum, projectis insignibus, annulo equestri,

*emisti drachmis quingentis? Desine vultu terorem mihi facere: coērce manum atque iram, dum loquor ea quæ didici a Crispini janitore. Tu sectaris uxorem alterius, Davus meretricem. Uter nostrum cruce dignior peccat? Cum me ardens libido inflammat, \* \* \* \* ab ea discedo nec infamis, nec auxius, ne opulentior vel pulchrior eadem potiatur. Tu vero quando exutis ornamenti,*

.....

*astutior ipso duo Vatt. stultior ipse Harl. 3. Vet. Comb. al.—43 Fea, Bothe, et Jaecck, reprehenderis.—45 Dum quod unns Vat. Crysippi alter Vat. Florent. 1482. et Venett. 1483. 1490. 1509. edam unns Vat.—46 Glarean. et Bentl. conjunx.—47 Cuning. ex ingenio, dignior.—48 Nonnulli codd. ap. Feam, antiqua manus ex cod. in ora Ald. 1519. in Biblioth. Angelica, alii codd. ap. Pulm. Cruq. Valart. item Zarot. Venett. 1490. 1492. intendit; quod receperunt Fea et Bothe. incendit al.—49 Duo Vatt. unns item Cruquii accepit.—51 Unus Vatt. a m. pr. Dimittat.—52 Alius Vat. et Chisianus, sol-*

#### NOTÆ

43 *Quingentis emto drachmis]* Gall. acheté cinquante écus. Siquidem drachma Attica sex asses sive solidos nostræ monetæ continuebat.

Me stultior deprenderis] Ego enim vitia mea ipse agnosco et fateor: tu vero tua celas et vano decore tegis; et hinc aliis tibique etiam bonus videri gaudes stulte.

44 *Manum stomachumque teneto]* Ne minas, ne verbera mihi intentes, dum tibi vera loquor.

45 *Dum, quæ Crispini docuit janitor, edo]* Doctum se servus a servo Philosophi apte dicit. Certe a Magistris publicis documenta quædam servi eorum captabant, seu domi, seu custodientes januam Scholænum, in quibus

docebant: audire nempe multa atque utiliter excipere poterant, si paulum ingeniosi essent. De Crispino Stoicam sectam amplexo, 1. Sat. 1. et 3.

46 *Te conjux aliena capit]* Adulteriorum sectator quilibet hic arguitur, non ipse Horatius: qui ab iis abhorrebat, 1. Sat. 2.

53 *Tu cum, projectis insignibus]* Deposita toga, exuto angusto clavo, equestrique annulo et dignitate, quibus ab Augusto es insignitus, servilem autem indutus habitum, ne agnoscaris, jam non videris eques Romanus, sed vilis servus. Vide Gell. XIII. 20.

Romanoque habitu, prodis ex judice Dama		
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna,		55
Non es quod simulas? metuens induceris, atque		
Altercante libidinibus tremis ossa pavore.		
Quid refert, uri virgis, ferroque necari		
Auctoratus eas; an turpi clausus in arca,		
Quo te demisit peccati conscientia herilis	60	
Contractum, genibus tangas caput? Estne marito		
Matronæ peccantis in ambo justa potestas?		

*annulo equestri, et Romana veste, e Judice mutaris in vilem servum, cucullo obvolvente caput unguentis delibutum, an non es quod fingis? pavidus quidem intromitteris, et corpore concuteris, metu adversus cupiditates luctante. Age vero, quid interest, virgis cædi, et gladio interfici? an pergas addictus, an infami inclusus arca, in quam te compegit ancilla flagitii heræ particeps, genibus tangas caput inflexum? Dic porro, si vir matronæ delinquentis jus habet adversus utrumque, an*



*licitur me.*—55 Harl. 4. 6. et Vet. Comb. *lucerna*.—56 Unus Vat. *educeris*.—58 Alter Vat. unus item Cruquii et Cuning. ex conj. *virgis uri*; quod receperunt Fea et Bothe.—60 Codd. plures et edd. Venet. 1509. et Argent. 1514. dimisit. Unus Vat. *demittat*.—61 Duo Vatt. alii ap. Lamb. et Crnq. et Harl. 2. *ut genibus*.—62 Duo Vatt. unus Chisianus a m. pr. alii ap. Pulm. Torrent. et Valart. *in ambo*; atque ita Cujacius Obss. xii. 18. item Zukk. Bentl. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Cuning. Oberlin. Heindorf. Wetzel. Wakef. Comb. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *in ambos* Harl. 2. 3. et edd.

## NOTÆ

54 *Ex judice*] Certarum rerum cognitione et judicium ad equites Rom. pertinebat: sive quod eligebantur Judices tam ex Equestri quam ex Senatorio ordine.

55 *Lacerna*] Pallio caput etiam adversus imbreves protegente. ‘Cuculum’ vocat Juvenalis Sat. III. vi. et VIII. Gall. *une cape*.

56 *Metuens induceris*] In domum moechæ induceris metuens pericula, de quibus 1. Sat. 2.

58 *Quid refert, uri virgis, &c.*] Gladiatores emens has illis conditiones proponebat, flammis uri, virgis cædi et secari, ferro necari: quas cum acceptissent certo quidem pretio, auctorati dicebantur, seu obligati et obstricti ad quidlibet perpetiendum.

*Delph. et Var. Clas.*

Sensus est: Tu servuli metu continuo pressus, servili auctoramento quasi addictus, an non vere servus es? nihil certe interest gladiatorem inter et adulterum. Gladiator virgis cædendum, ferroque necandum se addicit: tu pariter cum adulteria committis. Quid enim, cum timens adulteræ maritum, in arca recluderis?

61 *Estne marito Matronæ peccantis, &c.*] Olim adulterum in adulterio deprehensum marito licebat occidere, simul et adulteram. Lex subinde Julia de adulteriis nonnihil immutavit; atque flagitiorum ejusmodi cognitionem ad certos Judices referri jussit. Vide Not. ad 1. Sat. 2.

*Horat.*

3 U

In corruptorem vel justior : illa tamen se  
 Non habitu mutatve loco, peccatve superne,  
 Cum te formidet mulier, neque credat amanti. 65  
 Ibis sub furcam prudens, dominoque furenti  
 Committes rem omnem, et vitam, et cum corpore famam.  
 Evasti ? credo metues, doctusque cavebis.  
 Quaeres quando iterum paveas, iterumque perire  
 Possis. O toties servus ! quæ bellua ruptis,  
 Cum semel effugit, reddit se prava catenis ?  
 Non sum mœchus, ais : neque ego, hercule, fur, ubi vasa

*nou æquius contra adulterum ? Certe fœmina hæc suum non mutat habitum, vel locum ; \* \* \* \* \* quoniam te metuit, nec amanti fidit : sponte seres patibulum, atque hero furioso addices cuncta bona, vitam, corpus, existimationem. Quod si incolumis evadas, deinceps forte vereberis, et eruditus eritabis? Immo vero inquires rursum timendi percutendique occasiones. O multis modis mancipatus ! Ecqua fera vinculis fractis improbe se religat, si quando evasit ? Atenim non sum adulter, inquis. Nec ego certe fur, quando argentea vasa cautus transeo.*

vett. ante Zurk.—63 Unus Vat. *corruptorem est rel.* Bodoni, *vel justior?*—64 Exc. Sax. Harl. 2, quatuor Vatt. Barberin. et alii ap. Pulman. *peccatque.*—65 Unus Vat. *non credit.*—67 Vat. tres, et unus Barberin. *Committis.* Barberin. et Vet. Comb. *vitam, cum corpore.* Harl. 3. *quoque corpore.*—68 Multi ap. Feam, et Venet. 1514. *credo metuens, quod receperunt Fea, Bothe, et Jaекк. Metues, credo Bentl. ex ingenio; inde Cuning. Phil. Valart. Oberlin. Wakef. Heindorf, Wetzel, et Kidd.*—69 *Quæris nonnulli ap. Feam, unus Pulmanni, et ed. Cuning. Dic mihi quando unus Vat. ex glossemate.*—70 Bentl. *totiens.*—71 Harl. 6. *semel eruptit.* Unus Vat. *se reddit; nonnulli ap. Feam et Lamb. reddit se.* Vat. unus, unus item ap. Oberlin. *effugerit.*—

## NOTÆ

64 *Nou habitu mutatre loco]* Adultera non egreditur domo sua, non insignia deponit, ut tu : proindeque longe pejus illa facis, justiorque pœna te sequitur.

66 *Ibis sub furcam prudens]* Sponte subis servilem ignominiam et pœnam.

*Dominoque furenti, &c.]* Vel irato et ultiōnem anhelanti marito, vel affectui vehementi cuiilibet tibi tyrannice dominanti paratus es addicere bona, famam, vitam.

68 *Evasi ? credo metues, &c.]* Ironice. Quod si e vita periculo emergetas, forte cautus deinceps simile dis-

crimen longe fugies. Immo vero quæres semper novas mœchandi totiesque periclitandi occasiones : adeo mancipatus es tyrannidi vitiorum.

70 *Quæ bellua ruptis, &c.]* Hunc Horatii locum imitatus est Persius Sat. v. 158. et seq.

72 *Non sum mœchus, ais, &c.]* Si tu non es mœchus, eo quod aperte non sectaris matronas ; nec ego fur sum, qui argentea vasa quælibet obvia metu pœnae non surripi palam. Verum si periculi formido removeatur, jam ego furabor, et tu mœchaberis : et vitiosæ indoli ambo serviciamus. Ergo tu perinde servus ac ego. Huc per-

Prætereo sapiens argentea : tolle periculum,  
Jam vaga prosiliet frænis natura remotis.

Tune mihi dominus, rerum imperiis hominumque      75  
Tot tantisque minor ? quem ter vindicta quaterque  
Imposita haud unquam misera formidine privet ?  
Adde super, dictis quod non levius valeat ; nam  
Sive vicarius est, qui servo paret, (uti mos  
Vester ait,) seu conservus ; tibi quid sum ego ? nempe 80  
Tu, mihi qui imperitas, aliis servis miser, atque  
Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

*Ausfer vero periculum, statim indoles soluta erumpet sublatis frænis. Quæ cum ita sint, an meus es herus, tu subditus dominatui tot rerum atque hominum? quem virga Prætoris ter aut quater incussa non unquam liberet molesto metu? His adjunge quod non minoris momenti sit: etenim seu vicarius est qui servo obedit, sicut institutum vestrum docet, sive conservus; quid ego sum erga te? Scilicet ipse qui mihi dominaris, aliis obtemperas miser, ac moveris, perinde ac lignea effigies viribus*



72 Harl. 2. 3. 4. et Vet. Comb. aīs.—76 Harl. 6. quaterre.—77 Harl. 2. unus Vat. et unus Chisianus, privat.—78 *Adde super* plurimi ap. Feam, Gott. Harl. 2. 3. 4. 6. antiqua manus ex Ms. in ora edit. Aldinae 1519. in Bibliotheca Angelica, alii MSS. apnd Pulm. edit. Ven. 1481. 1485. 1516. restituit ex MSS. Bentleius, et bene distinguit, *adde super, dictis:* sequuntur Cun. Baxt. San. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Zeun. Heindorf. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *Adde supra dictis, quod edd. antiq. quod non valeat levius* Vat. unus.—79 Unus Vat. a m. sec. ut est mos.—80 Plurimi ap. Feam, unus ap. Cruq. et Venet. 1514. *quod tum ego;* unus Vat. qui sun ego; alter Vat. qui sim ego.—82 Vat. unus, *Duceris in nervos.* Dousa conj. *mobile signum;* et sic

#### NOTÆ

tinet quod Stoici plus animum pec-  
candi spectabant quam factum.

75 *Rerum imperiis hominumque Tot  
tantisque minor]* Obnoxios libidini,  
timori, ambitioni, &c. quæ e servitu  
te Prætor eximere te non valet.

76 *Vindicta]* Tribus modis a servi-  
tute vindicabatur et in libertatem  
asserebatur servus. 1. Censu. 2. Tes-  
tamento. 3. Vindicta; nempe cum  
virga capiti servi ter incussa rite  
manummittebat servum Prætor. Vide  
Pers. Sat. v. 88. ubi sic habet: ‘Vin-  
dicta postquam mens a Prætore re-  
cessi.’

77 *Haud unquam misera formidine  
privet]* Corporis quidem dabit liber-

tatem, at animi nequaquam.

79 *Vicarius]* Inter servos erat unus  
præcipiens, ut plurimum atriensis,  
quibusdam dispensator dictus. Hic  
aliis servis distribuebat ex more di-  
mensum cibum aut frumentum; ha-  
bebatque in eos quandam auctorita-  
tem. Reliqui servi dicebantur vica-  
rii, seu conservi: communem etenim  
habebant dominum.

82 *Duceris ut nervis alienis mobile  
lignum]* Tu, qui meus es dominus, af-  
fectum ac vitiorum servus es; atque  
ab eis duceris, perinde ac imaguncu-  
læ ligneæ certis nervis et fidiculis  
motæ, per se videntur moveri, caput,  
brachia, pedes agitare, oculos etiam

Quisnam igitur liber ? Sapiens, sibi qui imperiosus ;  
 Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent ;  
 Responsare cupidinibus, contemnere honores 85  
 Fortis ; et in seipso totus, teres atque rotundus,  
 Externi ne quid valeat per leve morari ;  
 In quem manca ruit semper fortuna. Potesne  
 Ex his ut proprium quid noscere ? Quinque talenta  
 Poscit te mulier, vexat, foribusque repulsum 90  
 Perfundit gelida : rursus vocat : eripe turpi  
 Colla jugo : Liber, liber sum, dic age : non quis ;

*non propriis. HORAT. Ergo quisnam liber? DAV. Sapiens, qui sibi dominatur : quem nec egestas nec mors nec catena terrant : qui valet repugnare cupiditatibus, et spernere dignitates, atque est in senectu omnino aequalis et globosus, ut nihil externi queat retardare per expolitum : quem fortuna impedit semper debilis. An potes aliquid ex istis velut tuum observare ? fæmina talenta quinque a te exigit, urget, domo ejicit, aqua aspergit ; iterum accersit. Exime cervicem infami servitate. Heus dic : Liber, liber sum. Atqui non vales : quippe animum premit herus gra-*



Marcil. Bentl. Sanad. et Kidd.—83 Gott. Exc. Sax. plurimi ap. Feam, Harl. 2. 3. 4. 6. alii apud Pulf. Bentl. edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1490. 1492. 1509. 1514. 1552. Florent. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Muret. *sibi qui*, aliisque fortasse onines usqne ad Lambinum, qui prætulit *sibi-que* ; atque inde alii multi, præsertim Cauterus Nov. Lection. iv. 12. Pulf. Cruq. Törr. Dac. et Talbot; sed Gryphius 1566. edit. Ven. 1573. Basil. 1580. Dan. Heins. Bentleius retinuerunt *sibi qui*; et secuti sunt Cuning. Baxt. San. Gesn. Sandby. Oberl. Comb. Wakef. Zeunn. Heindorf. Wetzel. Bipont. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Döring.—84 Unus Vat. unus item Pulf. *neque mors nec vincula*. Alius ap. Feam, cum edd. Florent. 1482. Venet. 1483. Alld. 1509. 1519. et Basill. 1527. 1531.—85 Unus Vat. contendere honores. Alter Vat. contemnere honorem.—86 ‘In se ipso totus : teres. Sic interpungas cum Bentleio, qui bene ex dogmate Stoicorum exposuit, quid sit sapiens *in se totas* ; hoc est, qui in se uno sua ponit omnia ; non querit se extra se ; nihil sumit, nisi se, existimat ; et locis a Cicero et Seneca desumptis probat.’ Fea.—87 Unus Vat. *quid ne valeat per lene*.—89 Alius Vat. *proprium cognos-*

## NOTÆ

torquere, &c. Gell. xiv. 1. ‘Nihil arbitratu suo faciunt,’ inquit, ‘sed ludicra *νευρόβατα* esse videantur, id est *nerris morentia*’

86 *Totus, teres atque rotundus*] Tam levis, politus, æquabilis, ut quasi perfectus globus facile moveatur ; nihilque asperum ausatumve habeat quo retineri ac retardari queat, aut iuvitus impelli vi quadam externa. Pers. Sat. 1. 64. ‘Ut per leve severos Ef-

fundat junctura unguis.’

88 *In quem manca ruit semper fortuna*] Sicut affectibus non servit, ita nec fortunæ : et quemadmodum irruentum vitiorum, sic et fortunæ impetum frangit.

91 *Perfundit gelida*] Mulierum ea est improbitas. De qua Pers. Sat. v. ‘Solea puer objurgabere rubra.’

*Eripe turpi Colla jugo*] Si tu liber es, age, te liberum ostende : sper-

Urget enim dominus mentem non lenis, et acres  
Subjectat lasso stimulus, versatque negantem.  
Vel cum Pausiaca torpes, insane, tabella, 95  
Qui peccas minus atque ego, cum Fulvî Rutubæque,  
Ant Placideiani, contento poplite miror

*vis; acresque stimulus subdit fatigato, et reluctantem exagitat. Verum enim vero quando stupens miraris tabellam a Pausia pictam, qua ratione levius delinquis quam ego cum attentus contemplor pugnas Fulci, Rutubæ, et Placideiani, rubrica vel*

cere.—92 Vat. unus, *num quis*.—93 Cuning, more suo, *mentem dominus*. Unus Chisianus a m. sec. et acris.—94 Unus Angelicanus Feæ a m. pr. subnecctit.—96 Vat. unus, unus item Barber. a m. pr. Qui *pecces*.—97 Placidiani duo Vatt. unus Chisianus, unus Angelic. a m. pr. al. ap. Pulm. item Aldd. 1509. 1519. Basile 1527. 1531. *Placidi iani* septem Vatt. unus Barberin. a m. pr. et Venet. 1478. *Placideiani* duo Vatt. totidem Angelicani, Florent. 1482. Venett. 1483. 1509. Ald. 1501. Argent. 1514. inde aliae communiter. *Placide iani* Barberin. alter, et Venett. 1478. 1479. 1481. 1490. *Placide hiani* alter Vat. *Placideiani* aliis Vat. et Harl. 3. ‘Primam lectionem præfero, quia etiam in marmore apud Grut. p. 301. 1. PLACIDIANVS. Suntum ab Horatio ex Lucilio, apud Ciceronem iv. Tuseul. 21. n. 28. iii. ad Q. Fratrem, 4. de Opt. Gen. Orat. 6. et Nonium, iv. 62. v. ‘Compono;’ apud quos eadem prope varictas, sed in plurimis editionibus *Placidianus*, vel *Pacidianus*. *Placidianus* gladiator. Vid. de Art. Poët. ad vs. 32. Nec metues metro, ut tertia syllaba in eo nomine sit correpta; si memineris, ita scripsisse Lucilium.’

## NOTÆ

nentem te meretriculam sperne et desere. Atqui non vales cupiditati subditus. Cic. Parad. v. ‘An ille mili liber videatur, cui mulier imperat, cui leges imponit, præscribit, iubet, vetat quod videtur; qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet? Poscit? dandum est. Vocat? Veniendum. Ejicit? Abendum. Minatur? Extimescendum. Ego vero istum non modo servum, sed nequissimum servum puto.’

93 *Urget enim dominus*] Dominatur tibi libido, invitumque trahit. Pers. cit. Sat. v. 121. ‘Liber ego. Unde datum hoc sumis tot subdite rebus? An dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxat?’

95 *Vel cum Pausiaca torpes, insane, tabella*] Cum præ immoderato pictarum egregie tabellarum studio velut

iusanis. Cic. Parad. v. ‘Sunt pari stultitia, quos signa, quos tabulae, quos cælatum argentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimiope delectant. . . . Echionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti . . . intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video, servum te esse ineptiarum omnium judico. Nonne igitur sunt ista festiva? sunt. Nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro te, ita venusta habentur ista, non ut vincula virorum sint, sed ut oblectamenta puerorum.’

*Pausiaca*] Pausias insignis Pictor, de quo Plin. xxi. 2. et xxxv. 11.

96 *Fulvî, Rutubæ, Placideiani*] Hi famosi erant gladiatores.

97 *Contento poplite*] Is gestus est certantium et digladiantium.

Prælia, rubrica picta aut carbone ; velut si  
 Re vera pugnant, feriant, vitentque moventes  
 Arma viri ? Nequam et cessator Davus ; at ipse      100  
 Subtilis veterum judex et callidus audis.  
 Nil ego, si ducor libo fumante ; tibi ingens  
 Virtus atque animus cœnis responsat opinis ?  
 Obsequium ventris mihi perniciosius est : cur ?  
 Tergo plector enim ; qui tu impunitior illa,      105  
 Quæ parvo sumi nequeunt, opsonia captas ?  
 Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ,  
 Illusique pedes vitiosum ferre recusant

*carbone delineatas, intento poplite altero, quasi reipsa viri decentent, moveant arma, impellant, declinant? Nempe Davus iners et pravus habebitur: tu tēro solers et peritus cognitor rerum antiquarum prædicaberis. Si trahor odore placentæ callidæ, homo nihili sum; at tibi magna virtus et mens tenet lautas dapes. Quare vero damnosius mihi est obtemperare ventri? nimurum quia dorsum verberatur. Sed quo pacto minus tu puniris, quoties appetis edulia ista, quæ pretio exiguo haberi non possunt? Quinimmo amaræ fiunt dapes frequentius captatae: et*

*Fea.—99 Vat. nnus, pugnant, feriantque; alias item, vitent, feriantque. Batteux, feriant, vibrentque: inepte, inquit Fea. Vat. Rom. 3. moventis.—100 Nequam, cessator Vat. 1. et Vat. Rom. 3.—102 Nil sum ego Mediol. 1477. ductor Bos. Animad. libo ductor Cuning.—103 Pat. Palat. 6. responset.—105 Angelicanus 1. a m. pr. aliisque codd. ap. Lamb. et Oberlin. Quid tu; unde Lamb. Quid? tu.—106 Vat. nnus et editi aliquot nequeunt cum obsonia. Plurimi codd. Feæ, Pultm. et aliorum, et priscae edd. omittunt cum; et sic Bentl. Baxt. Cuning. Sanad. Francis, Sandby, Gesn. Zeun. Bipont. Oberlin. Comb. Wakef. et recentt.—107 Gott. quinque Vatt. Angelic. duo, et edd. Venett. 1481. 1514. immarescunt. Multi vero codd. Feæ, et aliorum cum eeteris edd.*

## NOTÆ

98 *Prælia, rubrica picta aut carbone]*  
 Publice et propalam exposita. Plin. xxxv. 7. ‘Quatuor coloribus solis  
 immortalia illa opera fecere, ex albis  
 melino, ex silaceis Attico, ex rubris  
 sinopide Pontica, ex nigris atra-  
 mento Apelles, Echion, Melanthius,  
 Nicomachus, clarissimi pictores;...  
 publicas porticus investivit pictura,  
 ...gladiatorium, ministrorumque om-  
 nium veris imaginibus redditis...Pin-  
 gi autem gladiatoria munera, atque  
 in publico exponi cœpta a C. Teren-  
 tio Lucano.’

101 *Subtilis veterum index et calli-  
 dus audis]* Cic. ante citat. ‘Nos quo-  
 que oculos eruditos habemus.’

105 *Qui tu impunitior]* Pers. Sat. v.  
 130. similiter: ‘qui tu impunitior  
 exis?’

107 *Nempe inamarescunt epulæ]* Im-  
 modice epulatus das pœnas, cum de-  
 bilitatum eruditate corpus vexatur;  
 pedesque bono succo et alimento  
 proindeque viribus destituti vacil-  
 lant, solitumque officium non præ-  
 stant. Vide ii. Sat. 2. 73. et seq.

Corpus. An hic peccat, sub noctem qui puer uvam  
 Furtiva mutat strigili? qui prædia vendit, 110  
 Nil servile, gulæ parens, habet? Adde, quod idem  
 Non horam tecum esse potes; non otia recte  
 Ponere; teque ipsum vitas, fugitus ut erro,  
 Jam vino quærens, jam somno fallere curam:  
 Frustra: nam comes atra premit sequiturque fugacem. 115  
 ¶ Unde mihi lapidem? ¶ Quorsum est opus? ¶ Unde  
 sagittas?

*pedes vacillantes detrectant portare corpus vitiatum. Denique numquid peccat servus quispiam pro uva dans strigilem surreptam circa noctem: qui vero gula indulgens prædia venundat, nihil servile exhibet? Adde quod tu nequis una hora tecum versari, nec bene uti otio: atque temet fugis ut servitutem abhorrens et vagabundus; nunc vino, nunc somno querens levare sollicitudines, inutiliter: quippe haec tristes assidue fugientem urgent ac persequuntur. HORAT. Qua parte habebo lapidem? DAVUS. Eequid necesse est? HORAT. Ubi tela inveniam? DAVUS. Vel furit*



*in amarescunt.—109 Unus Vat. a m. sec. sub curam.—110 Duo Vatt. Furtivam mutat strigilem; et ita Lamb. ex novem suis, quem refutat Bentl. uvam Furtivam Angelic. 1. et unus ap. Pulm.—113 Plurimi codd. ap. Feam, alii Lamb. Pulm. Crnq. et Valart. Zarot. Mediol. 1476. Venn. 1481. 1509. 1514. 1552. Juntæ 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. et erro; quod Lambinus restituit ex suis MSS. inde alii multi; et ex recentioribus Talbot, Dacer. Bentl. Cun. San. Batt. ut erro Vatt. 2. 5. Chisian. 2. a 2. m. Barberin. 2. a 2. m. alii MSS. apud Lamb. Pulm. Crnq. edit. Venn. 1478. 1479. 1483. 1490. 1492. 1514. Flor. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lügd. 1538. Rob. Steph. 1544. Gryph. 1566. ex recentioribus Baxt. Sandby, Val. Oberl. Comb. Wakef. et erras Vat. 1. et Vat. Rom. 2. quam, quasi unicam et veram, lectionem reposuerit Fea, Bothe, et Jaeck.—114 Codd. ap. Pulm. curas.—115 Angelic. 1. jam comes.—116 Unde mihi lapides? var. lect.*

## NOTÆ

110 *Furtiva mutat strigili]* Dans strigilem quam furatus est, ad habendum uvam, quam appetiit. Strigil instrumentum est æneum, ferreum, argenteum, quo in halneis sudorem veteres detergebant.

112 *Non horam tecum esse potes]* Variis distractus cupiditatum illecebbris, una hora manere apud te, solus esse vix potes; animo tranquillo nunquam frueris: ac proinde ‘otia recte ponere,’ utiliterque tempus insunmere non vales in rebus scriis et honestis. Pers. in fine Sat. iv. ‘Tecum habita.’ Nunquam minus solus Sapiens, quam cum solus est.

113 *Teque ipsum vitas]* Vitiosi sibi metipsis graves sunt, maxime si soli sint; quia tunc recurrente flagitorum memoria et conscientia amplius torquentur.

114 *Fugitus ut erro]* A te discedere cupis, vel omnino, vel ad tempus; sicut molestum dominum evitat servus fugitirus, redire nunquam volens; aut saltem velut erro, dies multos absens tandemque rediens.

115 *Unde mihi lapidem]* Unde lapidem habebo, quo feriam impudentem servum? *Unde sagittas?* Quibus illum confodiam?

¶ Aut insanit homo, aut versus facit. ¶ Ocyus hinc te  
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

*homo noster, vel condit carmina.* HOR. *Nisi hinc abis velociter, ibis ad agrum*  
*merum Sabinum nonus operarius.*

-----  
ap. Feam et Bothie; et sic ed. Bodoni.—118 Duo Vat. et unus Vat. Rom.  
item Venet. 1479. *agro nova Sabino.*

#### NOTÆ

117 *Aut versus facit]* Poëtico furore abruptus. 11. Sat. 3. 321. ‘Addere poëmata nunc: hoc est, oleum addere camino.’

118 *Accedes opera agro nona Sabino]* Protinus hinc te amandabo ad ergastula prædii et villæ inæcæ apud Sabinos, ubi cum aliis octo servis operi rustico incumbas; fiasque agres-

tis ex urbano, vinctus e soluto, soridus et abjectus e præcipuo. Juvenal. Sat. xiv. 24. ‘cancer rusticus.’ Plin. xviii. 3. ‘Vincti pedes, damnata manus rura exercent.’ Et cap. 6. ‘Coli rura ab ergastulis pessimum est, et quicquid agitur a desperantibus.’

### SATIRA VIII.

In Nasidienum Rufum convivatorem vapide garrulum. (Pluscula his similia sunt 11. Sat. 4. *Gesu.*) Fundanius Horatio rogatus narrat convivium, quo Mæcenas exceptus erat a Nasidieno quodam, homine inepto et ridiculo, qui singulorum ferenlorum juriumque præstantiam putide enarrat, et rationem conficiendi exquisitam exponit. Quare merito ab umbris Mæcenatis deridetur hominis stultitia et inepta jactatio.

UT te Nasidieni juvit cœna beati?

HORAT. *Quomodo te oblectavit cœna Nasidieni divitis? etenim heri mihi te*

-----  
Satira nona et ultima Libri secundi in Ed. Sanad. Epigraphe in codd. ap. Jaeck, *Ad Fundanium.*—1 *Nasidieni qui juvit* Vat. 1. quinque alii codd. ap. Lamb. unus ap. Valart. et sic Turneb. Adv. iii. 3. et Despauper in Gram. itaque edidere Valart. Fea, Bothie, et Jaeck. *Ut Nasidieni quid juvit* Barberin. 1. *Ut te Nasidieni Ascens.* et duo codd. Cruquii, qui adoptavit; enique scienti Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Oberlin. et Comb. ‘Vulgatum, *Ut Nasidieni iuvit te,* aliorum codd. Aeronis, Porphyriouis, et Prisciani apud Putsch. e. 1055. defendant præsertim Torr. et Bentl. Sed cum Cruquio, Horatium easdem syllabas in eadem Satira nunc produxisse, nunc contraxisse citra omnem necessitatem, non facile admittas. *Ut te ex glossemate potius ortum* puto.’ Fea. Vulgatum exhibent etiam Heindorf, Wetzel. Wakef. Kidd. et

#### NOTÆ

1 *Ut te Nasid.* [Ut Nas.] Horatius a Fundanio percontatur qualis fu-  
erit cœna illa quam vanus ostentator

Nasidiens præbuerat Mæcenati, et cui ille interfuerat.

*Nasidieni]* Is eques Rom. fuisse

Nam mihi quærenti convivam, dictus here illuc  
De medio potare die. ¶ Sic, ut mihi nunquam  
In vita fuerit melius. ¶ Da, si grave non est,  
Quæ prima iratum ventrem placaverit esca. 5  
¶ In primis Lucanus aper: leni fuit Austro  
Captus, ut aiebat cœnæ pater; acria circum  
Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum

*cœnaturum apud me perquirenti dictum est te ibi epulari a meridie. FUNDANIUS.  
Ita ut nunquam, ex quo vivo, rectius habuerim. HOR. Si molestum non est, dic  
quod edulium primo sedurit graviorem famem. FUNDAN. Initio fuit aper e Lu-  
cania, Austro placido captus, quemadmodum affirmabat convivator: circa erant  
acres rapæ, lactucæ, radices; et quæ languentem stomachum excitant, siser, alec,*

\*\*\*\*\*

Dæring. *juvet unus Vat. Rom.* —2 Bentleius ex Prisciano, p. 1011. *convivam  
quærenti*; eumque secuti sunt Cuning. Sanad. Francis. Wakef. Heindorf, et  
Kidd. *dictus here* Harl. 2. 3. 4. 6. plurimi ap. Feam et Pulmannum, Acron,  
Priscian. p. 1011. edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1490. 1492. 1495.  
Flor. 1482. Aldus 1501. Junta 1503. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Frib.  
1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. inde alii fere omnes; et  
multis aliorum exemplis confirmat Forcellinns. *dictus heri* in ceteris et ma-  
nuscriptis et editis. *illuc Angelic.* 2.—3 Vat. Rom. 1. *nusquam*.—4 *Da si  
grave non est* quatuor Vatt. Commentator Crnquiatus, Aldus 1501. Junta  
1503. edit. Venn. 1509. 1552. Argent. 1514. Basill. 1527. 1531. Dion. ab  
Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Lamb. Muret. Cruq. Chab. Torr. D.  
Heins. Talb. Dac. Sandby. Val. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. magis comice, et  
blande; ut notat Baxt. ‘Al. *Dic*, &c. quod defendit præsertim Bentl. quia  
in MSS. sibi notis *da* non occurrit. Sed nunc firmetur ex MSS. nostris optimæ  
notæ. Illum sequuntur Cun. San. *Dic* ex glossemate ortum, patet ex Com-  
mentatore Cruquiano.’ Fea. Cic. ad Attic. xiii. 42. *Dic* etiam Harl. 2. 3. 4. 6.  
Gott. et Vet. Comb. *melius fuerit* Harl. 4.—5 Gott. Exc. Sax. octo Vatt. An-  
gelic. 1. 2. Chisian. 2. alii ap. Pult. Ald. 1501. Junt. 1503. et Venet. 1509.  
*pacaverit*. Ceteri omnes, *placaverit*.—7 *Cocitus ut aiebat Tilius Loc. Contr. x.*  
7.—8 Duo Vatt. *qualia lapsus*. Vat. Palat. 4. et Chisian. 2. a m. pr. *qualiu*

#### NOTÆ

dicitur. Porro ad metri legem, vel  
quadrisyllabam vocem accipe, ut  
pæstum loco Dactyli. Apage qui le-  
gnunt, *Ut te Nasid.* &c. vel, *Nasidiensi*  
*qui jurit te*, &c. Nam reclamant co-  
dices, necnon Priscianus lib. xvii.

2 *Here*] Heri et here dicebant ve-  
teres; ut vespere et vesperi. Pris-  
cian. Juvenalis Sat. iii. 3.

3 *De medio potare die*] Solennes  
ergo epulæ, quæ tam mature inirentur,  
contra morem, de quo alibi. Ju-  
venal. Sat. ii. 88. ‘Ad bas epulas

solito maturius ibat.’

6 *Lucanus aper*] De Lucania Ita-  
liæ regione apris fœcunda jam dic-  
tum est Sat. iii. hujus libri.

Leni Austro Captus] Frustra cona-  
tur Nasidiens venditare sic tenerio-  
res factas esse illius apri carnes; et  
frustra excusat foetorem inductum  
vehementiori Austri flatu; cum nares  
convivarum eo offenderentur. Vide  
ii. Sat. 2. 40.

7 *Cœnæ pater*] Convivii Präfec-  
tus; infra ‘parochus,’ nempe Nasi-  
diens.

- Pervellunt stomachum, siser, halec, fæcula Coa.  
 His ubi sublatis, puer alte cinctus acernam 10  
 Gausape purpureo mensam pertersit, et alter  
 Sublegit quodcumque jaceret inutile, quodque  
 Posset coenantes offendere; ut Attica virgo  
 Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes  
 Cæcuba vina ferens; Alcon, Chium maris expers. 15

*fæx rini Coi.* Postquam remota sunt ista, servus alte succinctus mensam ex acere detersit mappa villosa purpurea; alter autem corrasit quicquid supervacuum, et quod posset nauseam creare conviris. Tum subniger Hydaspes progrediens ad instar puellæ Atheniensis, quando sacra Cereris portat, vinum Cæcubum detulit, Al-

fessum, ex glossemate.—9 Vat. 7. Propellent, et a m. sec. Propellunt, sed in ora, Pervellunt. Vat. Palat. 3. Pervellent. Unus Vat. Rom. a m. pr. cicer pro siser. Codd. variant *halce*, *allec*, *alec*, *holle*; primam lect. tenent Baxt. Gesn. Oberlin. Zeun. Bipont. Wetzl. Wakef. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *allec* preferunt Bentl. Caning. Sanad. Phil. Valart. et Heindorf. *alec* Dacer. Sandby, et Batt.—10 *His* ut Exc. Sax. Vatt. duo, Chisian. 1. et Barberiu. a m. pr. et ita edidit Cuning.—14 Barberin. 1. a m. sec. *præcedit*.—15 *Alchon*

## NOTÆ

*Acria circum Rapula, &c.]* Apte sat-  
tis ad emendandum fætorem apri.

9 *Siser]* Olus utile stomacho, urin-  
nam ciens, appetitum excitans. Gall.  
*cherry*, vel *setris*. Dioscorid. Plin.  
&c. Tiberius Cæsar eo delectatus  
narratur.

*Halec]* Vide 11. Sat. 4. 73.

*Fæcula Coa]* Condimentum e fæce,  
sive e crassiori sedimento Coi vini.  
11. Sat. 4.

10 *Alte cinctus]* Quo expeditior fo-  
ret.

*Acernam mensam]* Ex acere arbore,  
Gall. *Erable*. Plin. xvi. 15. ‘Acer,’  
inquit, ‘operum elegantia et subtili-  
tate citro secundum.’ Pariter et  
Martial. xiv. 90.

11 *Gausape purpureo mensam perter-  
sit]* Gausape et gausapa, peristroma  
seu tapes, quo mensa insternebatur.  
At hic adhibetur ad tergendam men-  
sam, quæ nullo mantili tecta fuisse  
ostenditur.

13 *Ut Attica virgo]* Ut Cereris sa-

era in canistris portat virgo Attica,  
sublatis supra caput manibus, ita  
famulus alte defert vasa vinaria, pro-  
ceditque lento gradu, ad fastum et  
pompam. Vide 1. Sat. 3.

14 *Hydaspes]* Puer formosus, or-  
tus in Parthia, prope Hydaspen flu-  
vium, indeque adeptus nomen. Vide  
1. Od. 22.

15 *Cæcuba]* De his 1. Od. 20.

*Alcon]* Alter famulus.

*Chium maris expers]* De Chio vino  
11. Sat. 4. Quod addit, *maris expers*,  
vel indicat vinum in Italia factum,  
adeoque non transmarinum, quod ta-  
men pro Chio et Græco venditetur;  
vel hinc jaetat purum esse, et cui  
nihil aquæ marinæ admixtum sit.  
Nam solebant Græci vino infundere  
marinam aquam, ut firmiss, defæctius,  
et incorruptius redderetur. Col-  
lumel. Athen. lib. 1. Plin. xxiii. 1.  
Huc pertinet oraenulum quoddam pas-  
toribus editum, quod jubebat Diony-  
sim in mare mergere.

Hic herus; Albanum, Mæcenas, sive Falernum  
Te magis appositis delectat; habemus utrumque.  
¶ Divitias miseras! Sed queis cœnantibus una,  
Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse labore.  
¶ Summus ego, et prope me Viscus Thrinus, et infra, 20  
Si memini, Varius; cum Servilio Balatrone  
Vibidius, quos Mæcenas adduxerat umbras.

*con autem Chiun absque marina aqua. Mox dominus dixit: Si forte Albanum vel Falernum, o Mæcenas, te plusculum juvat, quam que allata sunt, utrumque adest. HORAT. O infortunatus opes! at aero scire, quibuscum opulantibus tam laute cœnaveris, o Fundani. FUNDAN. Ego supremo in toro, et juxta me Viscus Thrinus accubebat; atque inferiori loco, si bene recordor, Varius. Aderant in medio lecto Servilius Balatrus, et Vibidius; quos assecelas adduxerat Mæcenas. In*



unus Vat. Rom. et Chisian. 1.—17 Angelic. 1. *appositum.* Barberin. 2. *delectant.*—18 Alld. 1501. 1509. 1519. Junt. 1503. Argent. 1514. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. et Muret. *si quis.*—20 *Viscus Thrinus* duo Vatt. alii MSS. apud Pulm. edit. Ven. 1481. *Viscus Turrinus* MSS. apud eundem Pulm. qui conjicit legendum *Turranus*, ut ille sit, de quo Ovid. iv. ex Ponto, Ep. 16. 29. ‘*Munsaque Turrani tragicis innixa columnis.*’ *Lucus Tarinus* alins Vat. *Turinus* Muret. ‘*Sed bene Thrinus a Thuria, Magnæ Græciæ urbe; nt apud eundem Ovid. xv. Met. 52.*’ *Fea.*—22 Tres Vatt. Chisian. 1. Barbarin. 1. et Harl. 4. *quas M. a. umbras.* Cf. Sallust. Cat. 58. Cic. Orat. vii. 36. et Somu. Scip.

## NOTÆ

16 *Albanum*] Vid. iv. Od. 11.

*Falernum*] Vid. i. Od. 20.

18 *Divitias miseras*] Hoc alii dici volunt a Fundanio, alii ab Horatio. Sensus est: Miseras divitias, quæ divitem nedum faciant beatum; immo persæpe sordidum et miserum reddunt! Certe hic sordes Nasidenus exhibet, qui non statim optima vina Mæcenati depromat. Eecni enimvero alii reservabat Albanum suum et Falernum?

19 *Fundani*] Hic erat eo tempore poëta Comico sale et facetiis clarius.

20 *Summus ego*] Ego summus in summo lecto. De situ discumbentium, et ratione discumbendi ad mensam, egi i. Od. 27. Item i. Sat. 4. 86. Porro notandum est, honoratorem in quoque toro locum fuisse

medium: et convivii dominum in imo lecto semper accubuisse. Itaque hic in summo toro medius erat Fundanius Viscum Thrinum superiorem inter et Varium inferiorem. In medio lecto medius Mæcenas Balatronem inter et Vibidium, ‘quos adduxerat umbras.’ In imo Nasidenus cum suis convivis, Nomentano scilicet et Porcio.

*Viscus Thrinus*] Thuria Calabriæ oppido oriundus. i. Sat. 10. 83.

21 *Varius*] De eo celebri Poëta i. Od. 6. i. Sat. 5. et 8.

22 *Umbras*] Scurras, parasitos, homines non invitatos a convivatore, sed ab invitatis adductos velut comites. Sic enim pridem ad cœnam vocatus, de hospitis confusus benevolentia, quosdam deducebat assecelas secum: quibus nomen datum ex eo

Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,  
Ridiculus totas simul obsorbere placentas.

Nomentanus ad hoc, qui, si quid forte lateret,      25  
Indice monstraret digito : nam cetera turba,  
Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, pisces,  
Longe dissimilem noto celantia succum;  
Ut vel continuo patuit, cum passeris atque  
Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi.      30

*imo erat Nomentanus supra Nasidienum; infra vero Porcius, risum præbens cum devoraret simul integras placentas. Porro Nomentanus propterea aderat, ut digito indicaret si quid fortasse apponetur reconditi saporis. Etenim reliqui e vulgo, nos, inquam, comedimus aves, conchylia, pisciculos, saporem habentia valde cogniti disparem. Hocque nox innotuit, quando mihi obtulit ilia passeris et rhombi, qualia*



3.—23 Unus Vat. Rom. a m. scc. *erat post ipsum*. Exc. Sax. *erat supra ipsum*; et sic Lamb. G. Fabric. Cuning. et Sanad. ob locum Cic. Fam. ix. 26. Sed vid. Sallust. iii. Hist. ap. Serv. En. 1. 698.—24 ‘In Busl. Blandin. uno, et Divæi codice legitur, *semel*: in aliis, *simul*: d:inde in Buslid. et duob. Blandin. ponitur, *obsorbere*; in reliquis, *absorbere*.’ Crnq. *simul obsorbere* quinque Vatt. Angelic. I. Barberin. I. alii codd. ap. Lamb. et Oberlin. item Zarot. Ald. 1501. Argent. 1514. Lamb. Crnq. Torrent. Baxt. Gesn. Zenn. Oberlin. Bipont. Wetzel. Heindorf. Wakef. Comb. Fea. Bothe. et Jaeck. *simul absorbere* Harl. 2. 3. 4. 6. codd. Bentleii, item edd. antiqu. cum Bentl. Francis. et Kidd. *semel absorbere* Sanad. *semel absorbere* al. vel *exsorbere*. Vid. ii. Sat. 3. 240.—25 Vat. Palat. 6. Chisian. 2. a m. see. Barberiu. 2. *ad hæc*.—29. 30<sup>4</sup> Plures quidem codices cum vetustis editionibus *porrexerit*: sex tamen Lambini, Crnquinanus unus, et noster Magdalensis *porrexerat*: quod, jure opinor, Lambinus aliquique aliquot in textum recepernut. Non enim tum *sapor patuit*, cum ille *porrexerit*; sed postquam *porrexerat*, atque alter acceptum gustaverat. Ceterum pro *passeris atque*, quod et nostri omnes agnoscant, Lambinus

#### NOTÆ

quod invitatum sequerentur, velut  
umbra corpus. Plutarch. Sympos.  
vii. 6.

23 *Nomentanus*] De eo luxurioso  
nepote i. Sat. 8. et alibi.

*Porcius*] Famosus nepos.

24 *Placentas*] Hæ censebantur in-  
ter præcipuas veterum cupedias et  
delicias. Casanbon. in Athen. iii.  
29. Perditissimi catillonis sit, inquit,  
non alimentis vesci, sed gulæ irrita-  
mentis. Epicureus quidam pro mor-  
tuο dicitur elatus, placenta fervente  
devorata. Hieronym. ad Marcellam:  
‘Suaves non sunt epulæ quæ non  
placentam redolent.’

25 *Si quid forte lateret, &c.*] Ad hoc  
præsertim vocatus ille, ut cibos quo-  
que indicaret, et eorum saporem vel-  
nt exquisitum venditaret. Scilicet  
erat insignis opsoniorum artifex, seu  
gulæ antistes et mysta.

28 *Longe dissimilem, &c.*] Ironia,  
Sensus est: Si illi vano ostentatori  
et garrulo fides, cœnabamus exquisita  
omnia, et succum habentia longe dis-  
similem ei quem gustare consuetum  
est.

29 *Ut vel continuo patuit*] Pergit  
ironice loqui.

*Passeris*] Passer pisces planns, Gall.  
carrelet: a rhombo differt situ corpo-

**Post hoc me docuit, melimela rubere minorem  
Ad lunam delecta: quid hoc intersit, ab ipso  
Audieris melius. Tum Vibidius Balatroni:  
Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti:  
Et calices poscit majores: vertere pallor  
Tum parochi faciem, nil sic metuentis ut acres  
Potores; vel quod maledicunt liberius, vel**

*non ante gustaram. Tum me docuit melimela rubicundiora esse, si decerpantur im-  
minuta Luna. Quid autem id referat, ab ipso melius acceperis. Subinde Vibidius  
ait Balutroni: nisi potamus cum danno præbentis cornam, moriemur sine ultiōne;  
statimque petit scyphos capaciōres. Tunc pallor cœpit immutare vultus dantis  
epulas, nihil tam formidantis quam validos potores: sive quod dicacieores sunt, sive*

*In suis quibusdam reperit, cum passeris assi, et Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi.* Noli dubitare, quin ab Horatii manu sit: unde enim inductis Librariis tam elegantem lectionem? at illud *atque* facile obrepere potuit dormitantibus.' Bentl. *passeris assi, utque Ingrata Cuning.* Sanad. Valart. Phil. et Wakef. 'Decepti Bentl. et Cuu. ex alio loco ii. Sat. 4. 38. qui nihil ad rem: hic enim agebatur de piscibus, qui naturaliter celabant succuni ignotum, hand bonum; non de coctis, aut male conditis. Passer, est piscis marinus, plenaronecetes.' Fea. *porrexerit Gott. Zarot. Florent. Venett. Vet. Comb. al. vett. porrexerat Harl. 2. 3. 4. 6. Vat. 1. Chisian. 1. a m. sec. Chisian. 2. a m. pr. Angelic. 1. alii codd. cum edd. Lamb. Cruq. Bentl. Baxt. Cuning. Sanad. Oberlin. Gesn. Zeun. Bipont. Francis. Wetzel. Heindoif, Wakef. Kidd. Comb. Fea, Bothe, Jaeck, et Døring. Marcilius conj. *porrexit.*—31 *Post hæc Chisian. 2. a m. sec. Angelic. 1. Vat. 3. et unus ap. Palm.*—32 Unus Vat. Rom. *dilecta.* Harl. 4. *ab illo.*—34 Angelic. 1. a m. sec. antiqua manus ex cod. in ora ed. Ald. 1519. in Biblioth. Angelic. et Harl. 3. 6. *moriamus inulti.*—35 *Et c. poscut Venet. 1559. Glarean. al. vett. poscit meliores Chisian. 1.*—36 *Tunc parochi Vat. 1. et Barberin. 2.*—37 *Vat. Rom. 7. maledicant.*—39 *Al-**

## NOTE

ris duntaxat. Nam 'dexter resnpi-  
natus rhombo, passeri laevus.' Plin.  
ix. 20.

*Quid hoc intersit?*] Quanto referat, ut hoc vel illo statu luna melimela colligantur, ab ipso Nasidieno didicis melius. Nempe ille magna verborum pompa de re futili qualibet usque ad nauseam disserebat.

31 *Melimela*] Gall. *pommes de paradis*. Plin. xv. 14. mala 'mustea a celeritate mitescendi seu maturescendi, quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo.'

*34 Nos, nisi dannose bibimus, &c.]*  
Nasidieni ejusque convivii insulsitatem ulcisci aliter non possumus quam vinum ejus affatim bibendo, cum damuo ipsius et dolore.

*Minorem Ad lunam]* Alii crescentem, alii decrescentem interpretantur. Ego certe *lunam minorem* dixerim potius quando minuitur, quam cum augetur et crescit: astipulatur Plinius, qui ‘*immunui*’ *lunam* ait, pro, ‘*decrescere*.’

35 *Vertere pallor*] Avarum subit indignatio, ubi œnophora sua inverti conspicit.

36 *Purochi*] Α παρέχω, præbeo.

*Fervida quod subtile exsurdant vina palatum.*

*Invertunt Allisanis vinaria tota*

*Vibidius Balatroque, secutis omnibus : imi*

40

*Convivæ lecti nihilum nocuere lagenis.*

*quia vini calor hebetat gustum acutiorem. Jam Vibidius et Balatro cunctique pariter urnas integras exhaustiunculas poculis Allisanis. Infimi vero tori homines minime*

\*\*\*\*\*

*lisanis tres* Vatt. Chisian. 1. a m. sec. alii codd. ap. Pulf. Crnq. Valart. item edd. Crnq. Bentl. Cuning. Sanad. Valart. Fea, Bothe, Jaeck, Wetzel. Heindorf. Kidd. et Dœring. probantibus Cluv. Ital. Ant. iv. 7. pag. 1195. Nic. Heins. ad Sil. Ital. viii. 537. et ex antiquis marmor. G. Faistic. et Manutius; item Dansq. in Orthogr. v. ‘Allifa.’ Alii codd. et edd. *Alliphonis vel Aliphanis*.—40 Quinque Vatt. Chisian. 1. a m. pr. et Angelic. 2. *omnibus: imi*; ita quoque alii codd. apud Pulf. Crnquinum, Torrent. Talb. edit. Ascens. Frib. 1536. Henr. Steph. Talb. Desprez, Bond, Dac. Baxt. Bentleins, Cuning. Sanad. Gesn. Phil. Sandby, Batt. Val. Oberl. Zenn. Wakef. Bipont. Wetzel. Heindorf. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. defendant Talbot et Dac. quicquid dicat Torrentius. ‘Cf. Petron. c. 38. Senec. de Const. Sap. cap. 10. Plant. Stich. iii. 2. 32. Vid. i. Epist. 18. 10. seq. Ceteris enim acriter potentibus, ut bene ait idem Torrentius, ideo imi lecti convivæ Nomentanus, et Porcius abstinnere, quod Nasidienum timebant offendere, quia parasiti: maxime cum Nomentanus ut saporum index advo-catus accumberet, quo munere ebrius non recte fungeretur; alter vero ciborum ingluvie magis, quam vini ingurgitatione caperetur: sic ergo lagenis nihil nocere. Inter ipsos Nasidiebus accumbebat, qui inter potores annume-rari nequibat. Sensus igitur erit: Omnes convivæ acriter potarunt; ex-ceptis illis, qui in imo lecto accumbebant. In altera lectione vulgata, sequitur *omnibus imis: convivæ lecti*; illud etiam absurdum probaretur, ut Horatius *lectos*

#### NOTÆ

38 *Fervida quod subtile, &c.]* Ex persona avari honestam dolendi rationem prætexit, quasi palatum immodici potus calore obtusum jam vini bonitatem sapere nequeat.

39 *Allisanis]* Majoribus et capacioribus poculis, ex Allifa urbe Samnii, ad amnum Volturnum, in planicie sita, non longe ab Apennino: quæ modo in ruderibus jacet. Allifani agri meminit Tullius ii. contra Rullum: et pro Plancio.

40 *Imi Convivæ lecti, &c.]* Nasidenus ejusque asseclæ duo, Nomentanus et Porcius, in imo lecto discentientes parum aut nihil biberunt; quia nos majoribus scyphis brevi lagenas exhausimus, et vinaria tota invertimus, ut paulo ante dictum. Sive quod illi attoniti spectarent alios tam acri-

ter et strenue potantes: seu quod Nomentanus et Porcius Nasidieno familiari suo, jam pallenti ex avaritia, novum dolorem creare formidarent, si saltem ipsi vino ejus hand pepercissent. Horatii locum hunc alii aliter interpungunt: *secutis omnibus imis. Convivæ lecti, &c.* atqne interpretentur ut libuerit: judicabit æquus Lector sensim fore confusum et ineptiorem. Apage qui convivas lectos comminiscitur, id est selectos et humoratos. Certe unus Mæcenas ibi primarius vir. Porro quæ interpretatione, *nihilum nocuere lagenis*, a potu sibi temperarunt, sen temperantiam servarunt! Neque vero aptius huc intruduntor imi subsellii homines, pa-rasiti, securæ: quorum nulla est ibi mentio.

Affertur squillas inter muræna natantes  
 In patina porrecta. Sub hoc herus, Hæc gravida, inquit,  
 Capta est, deterior post partum carne futura.  
 His mistum jus est; oleo, quod prima Venafri                   45  
 Pressit cella; garo de succis piscis Iberi;  
 Vino quinquenni, verum citra marc nato,

*læserunt lagenas. Mox apponitur muræna in catino extensa inter squillas juscuso immersas. Tum dominus ait: Ista prægnans capta est, quæ minus bona carne fuisset postquam peperisset. His affusum est jus ex oleo expresso e præcipua Venafri cella, garo e succo piscium Hispanorum, vino quinque annorum, at cismarino,*

\*\*\*\*\*

convivas, pro *delectis*, atque honoratioribus diceret.' *Fea*.—46 Chisian. 1. 2. et unus ap. Oberlin. *de sucis*. Dno Vatt. *de fucis*. Vid. 1. Sat. 4. 40. *Hiberi plurimi ap. Feam*, item edd. Mediol. 1476. Venett. 1478. 1483. 1490. 1495. et

#### NOTÆ

42 *Squillas*] Squilla pisciculus est e cancerorum genere: de quo jam ante Sat. iv. Cic. de Nat. Deor. II. n. 123. Pinna (quæ est e conchis marinis) 'cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi.' Plinius ix. 42. rem festive explicat: nec pigebit transcribere: 'Concharum generis pinna est. Nascitur in limosis, subrectasemper, nec unqnam sine comite, qnem pinnoterem vocant, alii pynnophylacem. Is est squilla parva: alibi cancer dapisas sectator. Pandit se pinna, luminiibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant illi protinus; et ubi licentia audacia crevit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu levi significat. Illa ore compresso, quicquid inclusus exanimat, parte inque socio tribuit.'

*Muræna*] Piscis carens pinnis et branchiis, de genere eorum 'qui flexuoso corporum impulsu ita mari utuntur, ut serpentes terra, in sicco etiam repentes.' Plin. ix. 20. et 23. Idem ibid. cap. 55. celebrat murænarum vivaria, et earum sex millia in cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris.

43 *Porrecta*] Ergo magna et pro-

cera. II. Sat. 2. 'Porrectum magno magnum spectare catino Vellem,' &c.

43 *Gravida Capta est*] Quid hoc ad rem? et quæ ratio fulciat ea quæ mox adduntur? Profecto insulsi convivatoris vana somnia.

45 *Venafri*] De præstantia olei Venafri Plin. xv. 2. 'In hoc quoque bono principatum obtinuit toto orbe Italia, maxime agro Venafrano.' De eo jam supra II. Sat. 4. 69. De urbe Venafro II. Od. 6. in fine.

46 *Garo de succis piscis Iberi*] Garum muriæ genus laudatissimum e scombris piscibus, qui frequentes sunt ad Iberiæ sen Hispaniæ littora, præsertim ad Carthaginem novam. Plin. xxxi. 8. Vide supra II. Sat. 4. 65. Nec prætermittendum adjacere parvam insulam Scombrarianam, et promontorium ejusdem nominis, sic appellata a frequenti piscatione scombrorum. Strabo.

*Iberi*] Iberus fluvius Hispaniæ præcipuus, eamque dividens olim in citeriore et ulteriore, ei quoque sæpius apud Poëtas appellationem traxit.

47 *Citra mare nato*] Vernaculo, Italico.

Dum coquitur (cocto Chium sic convenit, ut non  
Hoc magis ullum aliud) pipere albo, non sine aceto,  
Quod Methymnæam vitio mutaverit uvam. 50  
Eruca virides, inulas ego primus amaras  
Monstravi incoquere, illatos Curtillus echinos,

*dum coquitur; cocto vero ita Chium aptum est, ut nullum aliud aptius sit; non sine pipere albo, et aceto, quod vinum Lesbium corrupit. Primus ego erucas virides et inulas acerbas, Curtillus autem herinaceos non lotos, velut convenientius, coquenda*



Florent. 1482. Vide ad 1. Od. 5. 28. 1. Od. 14. 50.—50 Quindecim Vatt. Chisian. 1. 2. Barberin. 1. 2. Angelic. 2. alii codd. ap. Pulm. Crug. Valart. item edd. Venett. 1478. 1490. 1492. 1495. Frib. 1536. Crug. Dac. Talbot. Pine. Bentl. Cuning. Sanad. Phil. Francis. Sandby. Batt. Gesn. Zeun. Oberlin. Comb. Bipont. Wetzel. Heindorf. Wakef. Kidd. Fea. Bothe. Jaech. et Döring. *mutarerit.* Alld. Venet. 1559. Glarean. et al. *mutarcrat.*—52 ‘Omnes quidem habent libri: *Eruca virideis inulas cgo pr.* præter unum et alternum, in quibus est: *inulasque ego primus amaras, &c.* Sed ego olim hunc locum in omnibus libris depravatum esse putabam: et duarum literarum duntaxat, in duabus vocibus, immutatione emendandum arbitrabar, et pro eo, quod vulgo legitur, *inulas ego Primus amaras, ego inulis ego primus amaris,* restituendum curaram, conjecturam meam nonnullis viris doctissimis approbanibus: ut horum verborum, atque adeo, hujus totius loci hic ordo, haec sententia esset: *Ego primus omnium monstravi, hoc est, docui incoquere inulis amaris erucas virideis, ut melius, quod Graeci dicunt, ὡς ἔμενε τι, id est, tanquam melius quiddam ea muria, quam testa marina, neimpe echinus, remittit.* Curtillus autem monstravit incoquere illatos, seu illatos echinos innitis: hæc igitur verba, *illatos Curtillus echinos,* includenda essent interpositionis nota. Jam hoc loquendi genus, *erucas inulis in coquere,* cum sit alius Latinis usitatum, tum Horatio. Virg. Georg. iv. 279. ‘*Hujus odorato radices incoque Baccho.*’ Hor. Epop. iii. 6. ‘*Num viperinus his crux Incoctus herbis me fessellit?*’ Nunc autem mihi videtur antiqua scriptura, a qua non discrepat vulgata, retinenda, ut intelligamus, erucas virideis, et inulas amaras incoqui juri illi, quod descriptum est: et *erucas virideis, inulas amaras* positum esse ἀσυνδέτως. Quod autem ad hoc attinet, *ut melius,* tale est illud,

## NOTÆ

49 *Aceto Quod Methymnæam, &c.]* Aceto optimo ex optimo vino Lesbi insulæ. Vide 1. Od. 17. Methymna ibi civitas post Mitylenen præclaræ, vino generoso celebris. Silius Ital. lib. vii. ‘*Tmolus, et ambrosiis Arvia-sia poena succis, Ac Methymna ferax Latii cessere Falernis.*’

51 *Eruca] Gall. de la roquette.* Hæc herba nrinam ciet, coctionem iuvat, alvum laxat. Casaub. in Athen. iv. 2. *Eruca;* inquit, in tenuiorum lautiis: aliquando etiam in beatorum mensam

admissæ, ut in cœna Nasidieni.

*Inulas]* Gall. de l'aunée. ‘*Tristes*’ vocat Columella: Horat. ii. Sat. 2. 44. ‘*acidas.*’

52 *Illatos Curtillus echinos, &c.]* Curtillus Epicureus docuit non faciendam e maceratis echinis muriam; sed integratos potius coquendos esse *illatos,* id est non ablutos, et sua salsngine non purgatos: sed quales de promuntur e vasis, in quibus saliti fuerunt.

*Echinos]* De his ii. Sat. 4. 33.

Ut melius muria, quam testa marina remittit.  
 Interea suspensa graves aulæa ruinas  
 In patinam fecere, trahentia pulveris atri                                55  
 Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.  
 Nos majus veriti, postquam nihil esse pericli  
 Sensimus, erigimur. Rufus, posito capite, ut si  
 Filius immaturus obisset, flere. Quis esset  
 Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum                                60  
 Tolleret : Heu, Fortuna ! quis est crudelior in nos  
 Te Deus ? ut semper gaudes illudere rebus  
 Humanis ! Varius mappa compescere risum

*instituimus muria quam testa marina reddit. Interim appensa aulæa graviter colapsa sunt in catinum, tantumque nigri pulveris extulerunt, quantum non effert Aquilo in agris Campanis. Nos timentes aliquid gravius, ubi comperimus nihil malii impendere, bono animo fuiimus. Rufus Nasidienus contra demissio capite lacrymatus est, quasi filius intempestive esset mortuus. Ecquis modus affuisset, nisi callidus Nomentanus ita familiarem solatus esset ? Eheu Fortuna, quod numen est inclemens erga nos quam tu ? Quantum semper gaudium captas, res humanas ludendo ! Varius cachinnos mappa coercere vix poterat. Balutro, cunctu in jocum*

---

quod est in hac eadem Sat. vs. 89. ‘Et leporum avulsos, ut multo suavius, armos,’ id est, ut rem multo suaviorem : vel, ut multo suavius quiddam. Echinum pisces porro diximus esse ex genere testaceorum, ad illum locum, ‘Horret capillis, ut marinus asperis Echinis,’ Epod. v. 28. Quod autem in nonnullis libris veteribus, ut in duobus Vatic. et in Jann. scriptum est, *Eruca viride, inulasque ego prim. am. &c.* hanc scripturam ideo non sequor : quia fit mihi verisimile copulationem que ab aliquo semidocto scripturæ receptæ fuisse additam. Verumtamen judicet lector eruditus.’ Lamb. Codd. ap. Feam variant, *inlotos, illotos, inlutos.* Vet. Comb. etiam *illotos.* Harl. 2. 3. 4. 6. al. *inlutos.* Vat. Rom. 7. et ed. Argent. 1514. *Catillus; codex ap. Pulm. edd. Florent. 1482. et Dion. ab Harsio, Lugd. 1538. Cotillus; Ald. 1501. et Junt. 1503. Curcillus.*—53 ‘Mira varietas in codd. et priscis edd. quam t. m. remittet ; quam t. m. remittat ; quo t. m. remittat ; quod t. m. remisit ; quod t. m. remittet.’ Fea. Harl. 2. 6. quam t. m. remittat. Harl. 3. 4. quam t. m. remittit.—54 *Interca suspensa conj.* Lamb. laudat in Nota Cuning. adoptat Wakef.—55 Angelic. 1. *In patinas.* Unus Vat. *In mensam.*—57 Vat. Rom. 1. et Cuning. *nil esse pericli.*—58 *Rufus capite hactenus, ut si ex conj.* Cuning. im-

## NOTÆ

53 *Ut melius]* Afferens nihil esse melius, quam ita illos incoquere in muria sive succo illo salso qui reputatur in marina testa.

54 *Suspensa graves aulæa ruinas, &c.]* Grande certe infortunium. Olim triclinii camera velo seu tabernaculo obtendebatur ad excipiendum pulve-

rem. Varro. Servius ad AEn. I. 701.

56 *Campanis excitat agris]* Campania, quod sit plana et campestris regio, plus habet pulveris.

57 *Nos majus veriti]* Scilicet ruinam et casum tecti ac domus.

63 *Mappa compescere risum]* Apposita ori mappa.

Vix poterat. Balatro, suspendens omnia naso,  
 Hæc est conditio vivendi, aiebat; eoque 65  
 Responsura tuo nunquam est par fama labori.  
 Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni  
 Solicitudine districtum? ne panis adustus,  
 Ne male conditum jus apponatur? ut omnes  
 Præcincti recte pueri comtique ministrent? 70  
 Adde hos præterea casus; aulæa ruant si,  
 Ut modo; si patinam pede lapsus frangat agaso.  
 Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res  
 Adversæ nudare solent, celare secundæ.  
 Nasidienus ad hæc: Tibi Di, quæcumque preceris, 75  
 Commoda dent; ita vir bonus es, convivaque comis.  
 Et soleas poscit: tum in lecto quoque videres

*trahens, dicebat: Ea sors est hujus vita: ideoque nunquam fama æqua respondebit labori tuo: itane vero oportet te solicitari multiplici cura disserptum, ut ego lautas epulas capiam? ne adustus panis, ne jus male conditum inferatur? ut bene expediti ministri omnes nitidique famulentur? His adjunge infortunia, puta si tentoria collabantur, ut mox contigit; si offenso pede servus catinum disrumpat. Verum sicut Imperatoris, ita convivium præbentis animum res contraria ostendere, prosperæ occultare conserverunt. Nasidienus ad ista respondit: Quæcumque bona postulabis, Dii largiantur tibi; adeo vir probus es, et facetus convira: tumque*

\*\*\*\*\*

*probantibus Fea et Bothe. Ruffus Vatt. 1. 4. Rustus duo alii Vatt.—64 Nec poterat Harl. 4.—68 Vat. Rom. 9. obstrictum. Vat. 13. destrictum.—70 Harl. 4. pueri recte.—71 Vat. unus et Angelic. 1. a m. pr. ruunt; Vat. Rom. 7. Junt. 1503. Argent. 1514. Venet. 1559. et Glarean. ruunt.—72 Cuning. suo more, lapsus pede.—73 Harl. 6. ducis uti.—75 Harl. 2. 3. 6. quinque Vatt. Chisian. 2. a m. sec. Zarot. Venett. 1478. 1481. 1483. 1490. 1495. et Florent. 1482. precaris. Harl. 4. omnes Bentleii codd. præter quinque, item edd. Bentl. et quæ secutæ.—76 Harl. 4. comisque.—77 Vat. Rom. 10. et Venet. 1490. quemque videres. Vat. 9. Barberin. 1. et Venet. 1492. quosque videres. Chisian.*

## NOTÆ

64 *Suspendens omnia naso]* Vid. 1. Sat. 6. 5.

65 *Hæc est conditio vivendi]* Ut nullum sit bonum purum et stabile; sed ‘extrema gaudii luctus occupet.’

66 *Responsura tuo nunquam, &c.]* Fama nunquam satis prædicare poterit tunm hunc laborem in parandis ac reparandis epulis, quarum hilarietas gravi aulæorum casu interturbata est.

70 *Comtique ministrent]* Hoc maxime ad convivii lantitiam pertinere credebant olim, ut formosi ac nitidi essent ministri, quorum aspectu convivæ oblectarentur.

72 *Agaso]* Proprie qui jumenta erat. Gall. *Palefrenier*. Non caret sarcasmo dictio illa: qualis enim erat agaso ut ministraret convivis?

77 *Et soleas poscit]* Veteres, priusquam accumberent, togas mutabant

Stridere secreta divisos aure susurros.

¶ Nullos his mallem ludos spectasse: sed illa Redde, age, quæ deinceps risisti. ¶ Vibidius dum	80
Quærit de pueris, num sit quoque fracta lagena, Quod sibi poscenti non dentur pocula; dumque	
Ridetur fictis rerum, Balatrone secundo;	
Nasidiene, redis mutatæ frontis, ut arte	
Emendaturus fortunam: deinde securi	85
Mazonomo pueri magno discepta ferentes	

*petit crepidas. Mox in singulis toris aspexisses clam ad aurem fieri susurrations diversas. Certe nullos velim ludos spectasse potius quam istos.* HORAT. *At refer ea quæ postea jocum tibi dedere.* FUNDANIUS. *Risimus, dum famulos interrogavit Vibidius, an fracta etiam lagena sit, quod postulanti sibi pocula non præberentur. Dum vero conflatur risus e simulatis rebus, Balatrone obsecundante; en revertitur Nasidienus mutata fronte, quasi ingenio reparaturus infortunia. Pone sequebantur famuli in prægrandi lance gestantes membra gruis divisa, plurimo*

-----

2. a m. pr. *quodque videres.* Chisian. 2. a m. sec. *quocumque ex gloss.*—79 Vat. 5. a m. pr. et Vat. Palat. 6. *ludos mallem.*—82 Plurimi codd. ap. Feam, alii ap. Valart. et Harl. 3. 6. *non dantur.*—83 Vat. Rom. 8. *ab Balatrone.*—85 Hic versus deest in Zarot.—86 Vet. Comb. *magni.* Vat. 7. a m. pr. Vat. 12. a m. pr. et Angelic. a m. pr. *discreta.* Chisian. 2. a m. sec. *discripta.* Gryph. 1566. *descripta.* ‘*Discreta* significaret, finisse allata in ampla et magna lance membra innis gruis secta, atque

#### NOTÆ

vestibus quas a re cœnatoria dixerunt. Petron. ‘Cœnatoria repetimus, et in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant.’ Tum etiam soleas pedibus demebant, ne lectum lectique stragula et toralia conspurcarent. Martial. III. 50. ‘Deponsi soleas, affertur protinus ingens Inter lactucas oxygarumque liber.’ Quo vero pergit Nasidienus soleis resumis? convivium aulæorum casu et multo pulvere inquinatum vult reparare, Balatronis sermone scilicet erectus et ipse reparatus. Vide J. Lips. Antiq. Lect. lib. III.

*Soleas]* Calceamenti genus plantas tegens pedum, annexum teretibus habenis cetera prope nuda vincentibus. Factum nomen, quod solum duntaxat seu plantam obtegerent. Porro calceis veteres foris utebantur, at domi

soleis. Has etiam appellabant crepidas et crepidulas a Græca voce κρηπίδες. Gell. XIII. 20.

78 *Stridere secreta, &c.]* Alter alteri insusurrat: Ecquo pergit ille? quid molitur? Observa, Lector, in hoc versu frequentiorem literam S belle susuros experimentem.

83 *Fictis rerum]* Ridendi prætextis fingebatur, ne se derideri Nasidienus adverteret, cum maxime rideatur. II. Sat. 2. ‘Vanis rerum corruptus.’

*Balatrone secundo]* Secundas partes agente, Vibidium adjuvante, ad mouendum risum.

84 *Mutatæ frontis]* Hilaris e mœsto factus, læto animo lætitiam instaurans.

86 *Mazonomo]* Genus est lancis magnæ: dicitur ἀπὸ τοῦ νέμειν μάζας,

Membra gruis, sparsi sale multo non sine farre;  
 Pinguibus et ficis pastum jecur anseris albi;  
 Et leporum avulsos, ut multo suavius, armos,  
 Quam si cum lumbis quis edit: tum pectore adusto      90  
 Vidimus et merulas poni, et sine clune palumbes;

*sale itemque farre conspersa; necnon jecur albi anseris pinguibus ficis saginatum; humeros etiam leporinos abstractos, tanquam longe melius quid, quam si cum lumbis edantur. Jam aspeximus afferriri merulas adusto pectore et palumbes absque natibus:*

.....

hac, illac divisa, disposita. ‘Rari nantes in gurgite vasto.’ Virg. Æn. i. 118. Attamen *discerpta* vera lectio est, quæ innuit etiam, potius laceratam, dilaniatam in frusta gruem, quam sectam ad artem; de qua locus Senecæ ad ductus supra ad ii. Sat. 4. 79. Fea.—87 Vat. 5. et Barberin. 1. *multo sole*.—88 Vat. Rom. 8. a m. pr. unus ap. Pulm. alii ap. Gesn. *anseris albæ*. ‘Atque ita dederunt Burm. Cun. San. amore novitatis, vel ignorantia; ut de lepore supra ad Sat. 4. 44. perpetuo enim anser masculino genere appellatur apud auctores; ut Virg. Ecl. ix. 8. Georg. i. 25. Ovid. Met. xi. 120. Plin. H. N. x. 22. Petron. c. 136. seq. Colum. viii. 14. 6. Jecur anseris ficis saginati, in magnam molem excrescebat; et erat in delicis epulonum; testibus Athen. ix. 9. Plin. i. c. Mart. xiii. 58. Juvenal. v. 114. Pers. vi. 71. aliisque.’ Fea.—89 Chisian. 1. Barberin. 1. alii codd. ap. Lamb. et Cruq. *leporum vulsos*. Exe. Sax. unus ap. Bos. et Zarot. *leporis vulsos*.—90 Codd. ap. Feam, et Exe. Sax. *edat*. Gott. Harl. 2. 3. 4. 6. ceteri *edit*. Vide ad Epod. iii. 3.—91 Vat. Rom. 7. a m. pr. *columbas*. Chisian. 1. a m. pr. *palumbos*; atque ita

#### NOTÆ

a distribuendo mazas, id est, edulia quædam e farina et lacte, ut vult Suidas, vel e farina aqua et oleo, ut placet Hesychio. Varro usus est ea voce iii. 4. de Re Rust. Lueullus, inquit, e turdis aviarium fecit in Tusculano; ut alios videret positos in mazonomo coctos, alios circum fenestras volitantes.

86 *Discerpta ferentes Membra gruis]* Quale hoc edulinum e recisis gruis membris multo sale farrato conspersis? Alii intelligunt τραχήλια, seu edulia e partibus avium extremis, maxime cervicibus. Plin. x. 23. ‘Cornelius Nepos, qui D. Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paulo ante cæptos saginari, addidit, ciconias magis placere quam grues: cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit tetigisse.’

88 *Pinguibus et ficis pastum jecur anseris albi]* Hoc in præcipuis deliciis erat. Plin. x. 22. ‘Nostri sapientiores qui eos (anseres) jecoris bonitate noverunt. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit: exemptum quoque lacte mulso augetur.’ Juvenal. Sat. v. ‘Anseris ante ipsum magni jecur.’ Pers. Sat. vi. ‘Saturnus anseris extis.’ Martial. xiii. 58. ‘Aspice quam tu meat magno jecur ansere majus.’ Vide Athen. ix. 8.

89 *Anseris albæ]* Tales in primis commendat Varro de Re Rust. iii. 10.

89 *Et leporum avulsos, &c.]* Vide ii. Sat. 4. ubi, ‘leporis sapiens sectabitur armos.’ Martial. de anate, xiii. 52. ‘Tota tibi ponetur anas, sed pectore tantum. Et cervice sapit. Cetera redde coquu.’

91 *Merulas]* Gall. des merles.

Suaves res, si non causas narraret earum et  
Naturas dominus; quem nos sic fugimus ulti,  
Ut nihil omnino gustaremus, velut illis  
Canidia afflasset pejor serpentibus Afris.

95

*quæ quidem jucunda extitissent, si causas eorum et naturas importune herus non commemorasset. Ergo hunc nos ulti sumus ita fugientes nihilque prorsus delibantes, perinde ac si Canidia Africanis anguis pestilentior illa aspirando infecisset.*

Cuning.—92 Vat. Rom. 9. Chisian. 1. 2. alii ap. Pulm. *Suavis res.*—94 Barbin. 1. *veluti illis.* ‘Bentl. *veluti si ex ingenio audaci, et indocte; quia Latine callentibus si supponitur;* et in ejus lectione *illis omittitur, quo nesciamus, quibus afflaverit Canidia; nempe cibis, de quibus nihilum gustaverint convivæ.*’ Fea.—95 Vat. Rom. 7. *afflaret.* Harl. 2. 3. alii codd. ap. Lamb. Bentl. et Valart. *serpentibus atris;* atque ita Bentl. Wakef. et Kidd.

## NOTÆ

*Palumbes]* Sylvestres columbas. Gall. *ramiers.* Sine clune, quæ tamen pars optima est et palato suavissima. Vide Gell. xv. 8. ‘Negant ullam avem, præter ficedulam, totam comesse oportere: ceterarum avium atque altilinum nisi tantum apponatur, ut a cluniculis inferiori parte saturifiant, convivium putant inopia sordere: superiorem partem avium atque altilium qui edunt, eos palatum non habere,’ &c.

92 *Suaves res, si non, &c.]* Quæ quidem opsonia nobis forte jucunda extitissent, si non importuna garrulitate ea Nasidiens nimum venditasset;

ac velut optima collandaret quæ sunt deteriora, adductis perperam a rerum natura caūsis et rationibus.

93 *Fugimus ulti, Ut nihil, &c.]* Ulti sunus, nihil gustando ex iis quæ sic inepte venditarat.

94 *Velut illis Canidia afflasset, &c.]* Ut si afflato suo venenum letiferum affudisset Canidia, venefica celebris, de qua in Epod. ult. Columel. ‘Cavendum ne a serpentibus afflentur, quarum odor tam pestilens, ut interimat universos.’

95 *Serpentibus Afris]* Africa monstrorum omnis generis ferax. Alii leg. *atris.*



# Q. HORATII FLACCI

## EPISTOLARUM

### LIBER I.

---

---

#### EPISTOLA I.

##### AD MÆCENATEM.

Omissa re ludicra Philosophiæ se tradit. *Baxt.* (Et philosophemata quædam, tanquam specimina illius, per lancem saturam addit. *Gesn.*) Horatius a Mæcenate provocatus ad versus scribendos, excusat se ob ætatem ingravescensem, et animi propositum, quo ad sapientiæ studium amplectendum ducatur, seligendis philosophorum variorum præceptis iis, quibus potet se vitam quodam modo regere et instituere posse sapienter, ut certe vitia fugiat careatque stultitia, qua vulgo laborent homines, qui divitias honoresque tantum magni faciant, contemtis animi ingenique virtutibus, sintque valde, sive divites sive pauperes, in rebus appetendis et fugiendis inconstantes, et negligentiam rerum minutarum in vitæ cultu habituque graviter reprehendant, vitia contra animi gravissima, utpote vulgaria et usitata, non curent.

PRIMA dicte mihi, summa dicende Camœna,

*O Mæcenas a me celebrate primis carminibus, et celebrande postremis, me sat*



Decima et ultima Epist. Lib. secundi in Ed. Sanad.—3 Vat. Rom. 2. anti-

#### NOTÆ

Hæc pars Horatii Sermonum altera dici potest, continens Epistolas, in quibus eleganter et ornate quidem ad amicos scribit non tam de rebus domesticis et futilibus, quam de gravissimis quibusque, puta de moribus vera virtute informandis. Merito igitur ‘Sapientes Epistolas’ nuncupat Scaliger. Quod si novum, at certe pul-

chrum est, versibus et stricta oratione scribere ejusmodi Epistolas. Hinc etenim et major familiaritas in suos elucet: et nonnullani scribenti libertatem et amœnitatem tribuunt Musæ. Ita sane quædam facilius enarrantur, et quæ per se austera, jucundius exceptiuntur.

Prima hæc Epistola Mæcenatis

Spectatum satis, et donatum jam rude, quæris,  
Mæcenas, iterum antiquo me includere ludo.

Non cadem est ætas, non mens. Veianius, armis  
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro,

5

*probatum jamque libertate fruentem vis rursum obstringere veteri exercitacione.  
Atqui non eadem ætas adest, non idem ingenium. En Veianius, armis in Herculis*

-----

*quo iterum.* Vat. Palat. 3. a m. pr. et unus Bersmanni, *me inducere.* Vat. 5. *me reddere.* Vat. 1. *ludo?* cum interrogatione; atque ita Wakef. Francis, Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring.—4 *Non ætas eadem, non mens unus cod.* Bersmanni. *Non eadem ætas est Chisian.* 5. *Vesanius cod.* Schoenborn. 2. ap. Jaeck.—5 *H. ad postes Chisian.* 1. a m. sec. *fixus* Schoenborn. 4. *latet aditus*

### NOTÆ

hortatu scripta satis appetet, et quidem ætate jam proiecto Poëta nostro. In ea reprehenduntur homines virtutem honoribus ac divitiis posthabere soliti, et quæ ad corpus, quam quæ ad animum spectant, multo studiosius inquirentes. Jul. Scaliger Poët. lib. vi. quanquam durus alias castigator, ‘nitidioris styli’ fatetur esse Epistolas. ‘Prima,’ inquit, ‘quovis melle dulcior est: sententiæ apposita: dictio casta, rotunda, suavis. Quapropter arbitror postremam omnium factam, primam positam obluculentam raritatem. Quare etiam Epistolarum librum Satiris postponendum censeo. Id quod cum in vestitis exemplaribns videamus, nescio quid consilii in mentem venerit iis qui inventum ordinem subvertere. Grammatico nihil infelicius. Credo quod viderent versum illum: ‘summa dicende camena:’ quasi vero non banc ipsam postremam intelligeret.’

1 *Prima dicte mihi, &c.]* Similem dictionem legas apud Græcos Poëtas, Hesiod. Homer. Theocrit. Theogn. præsertim erga Deos: unde Horatius Mæcenatem quasi numen venerari se ostendit. Sic Ecl. viii. Virgil. sive Pollionem sive Augustum alloquitur: ‘A te principium; tibi de-

sinet; accipe jussis Carmina cœpta tuis.’

2 *Donatum rude]* Accepta missione jam liberum: rudis virga erat (Palmea si quibusdam fides) qua donabantur Gladiatores, in signum exauctorationis; ut deinceps cessarent a gladiatura; et alimenta ex publico caperent. Hinc dicti rudiarii. Priscian. Sueton. Tiber. cap. 7. ‘Munus gladiatorium dedit diversis temporibus ac locis. Primum in foro, secundum in amphitheatro; rudiariis quoque quibusdam revocatis, auctoramento centenum milium.’

3 *Antiquo ludo]* Scribendis etiamnum Lyricis et amatoriis carminibus, velut olim in juvenili flore et facultate. Atqui minus aptus modo sum istis rebus: immo seria, honesta, Philosophica dein consector.

4 *Veianius]* Illustris gladiator.

*Armis Herculis ad postem fixis]* Armis post emerita stipendia suspensis ex more in Herculis sacello, quod erat ad Amphitheatum; ut notat Theod. Marcilius. Cujus certe magis arridet sententia, quam opinantium idecirco præ ceteris Diis Herculem nominari, quod ille cum monstris luctatus toties vitor fuerit.

5 *Latet abditus agro]* Apud villulam

Ne populum extrema toties exoret arena.  
 Est mihi purgatam crebro qui personet aurem :  
 Solve senescentem mature sanus equum, ne  
 Peccet ad extremum ridendus, et ilia ducat.  
 Nunc itaque et versus et cetera ludicra pono :      10  
 Quid verum atque decens curo et rogo, et omnis in hoc sum :  
 Condo et compono quæ mox depromere possim.

*æde suspensis, delitescit quietus ruri ; ne amplius populum deprecetur in ultima arena. Certe adest qui sœpius insusurret ad aurem meam sapientem : Dimitte prudens tempestive equum ad senium vergentem, ne sub finem deficiat, atque agre anhelitum trahens derideatur. Ergo jam carminibus aliisque jocis nutrium remitto. Satago deinceps et quæro, quid bonum, quid honestum sit : atque in id incumbo totus. Colligo et contexo quæ statim adhibere queam ad usum. Ac ne fortasse*

Vat. 14.—6 Vat. 1. a m. sec. Vat. Rom. 3. 4. Chisian. 1. a m. pr. alii ap. Lamb. exornet.—7 Exc. Sax. purgata... aure.—9 Bamberg. ap. Jaeck, *ad extermam*.—11 Quod verum Vat. Palat. 1. et Chisian. 1.—12 *Cudo et compono*

## NOTÆ

nam rusticam otio fruitur.

6 *Ne populum extrema, &c.]* Ne ultra cogatur supplicare populo in theatro sedenti; seu ad petendam vacationem; seu ad deprecandam mortem: *extrema arena*, in ultimo vitæ discriminæ, et jamjam a pari suo victore enecandus; vel, in extrema amphitheatri margine, ubi certabatur.

7 *Est mihi purgatam, &c.]* Prima ratio seu excusatio non scribendi fuit Veianii Rudiarii exemplum: altera est rationis monitum recte et sapienter suggestentis, mature cesandum, ne prior gloria posterioribus scriptis et animo jam marcescente obscuretur.

*Purgatam]* Philosophiæ documentis excultam, et sanam mentem. Pers. Sat. v. ‘purgatas inseris aures Fruge Cleanthea.’

8 *Solve senescentem]* Sicut prudenter est initiatoris, equum ætate fatiscenteum jamque minus alacrem solvere a currū et mature a circo removere, ne iliosus ac suspiciosus in curuli certamine deficiat, prioresque

victorias dehonestet, ita debet scriptor ingeniosus tempestive se quietare, et a scribendo cessare, cum senio fatisceus eximia, ut ante, depromere non valet. Ennius: ‘Sicut fortis equus spatio qui sœpe supremo Vicit Olympia, nunc senio confectu’ quiescit.’ De Circensibus Romanis translatiis, de positis metis, de solennibus curriculis, deque septeno aurigarum ad metam circuitu, ac ceteris ludorum ritibus, vide Alex. ab Alex. v. 8. &c.

9 *Ilia ducat]* Spiritus ducendi labrans difficultate, circi decurrere spatia, pari ut olim velocitate et ardore, adeoque alios secum certantes prævertere et superare, nequeat. Plin. xxvi. 6. ‘Tanta vis,’ inquit, ‘verbasco est, ut jumentis non modo tussientibus, sed ilia quoque trahentibus auxilietur potu.’

10 *Cetera ludicra]* Nugas, jocos, Lyrica, Satirica.

11 *Quid verum atque decens, &c.]* Philosophiæ morali operam do sedulam.

12 *Condo et compono]* Moralia do-

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter :  
 Nullius addictus jurare in verba magistri,  
 Quo me cumque rapit tempestas, deforor hospes. 15  
 Nunc agilis fio, et messor civilibus undis,  
 Virtutis veræ custos rigidusque satelles :  
 Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,  
 Et mihi res, non me rebus, subjungere conor.

*scisciteris, quem ego magistrum, quam disciplinam sequar: nullius videlicet præceptoris opinionibus me addico: sed velut hospes feror quocumque me impetus agit. Modo sum actuosus, et Reip. negotiis occupor, acer virtutis sinceræ defensor et observans: modo clam redeo ad Aristippi documenta; mihi res, non me rebus, ve-*

Barberin. I. a m. pr. possum Schoenborn. 4. et Vat. 1.—13 Ast ne Vat. Rom. 9. At ne Schoenborn. 3. 4.—14 Harl. 3. Vat. 3. et Vat. Rom. 2. 5. *adductus*. Schoenborn. 4. *in verba jurarem*.—16 Pro *messor*, *versor* habent edd. Princ. Medd. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1509. 1552. 1573. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. edit. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Har-  
sio Lugd. 1538. H. Steph. 1544. Muret. *messor* MSS. omnes Feæ et aliorum, Porph. et edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1495. 1496. revocavit in tex-  
tum Lamb. deinde alii.—17 Unus Vat. *custos veræ*.—19 Unus Vat. Schoen-  
born. 2. aliquie codd. ap. Valart. *submittere conor*; atque ita Hildebert. Mor.  
Phil. c. 991. edit. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. 1552. Flor. 1482.  
Lips. 1499. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Har-  
sio Lugd. 1538. H. Steph. Mur. *subjungere* alii MSS. Feæ et aliorum, Acron,

## NOTÆ

cumenta in mente mea recondo et  
rumino; ac post in ordinem digesta  
scribo, tum ad meam tum ad aliorum  
utilitatem.

13 *Quo duce, quo lare*] Nam sec-  
tam amplectar. 1. Od. 29. ‘Socrati-  
cam domum.’ Plures nempe Philo-  
sophorum familiæ celebres suum quæ-  
que ducem ac principem coleant: *Academici* Platонem, *Peripatetici*  
*Aristotelem*, *Stoici Zenonem*, *Cyrenaici* Aristippum, *Epicurei Epicu-  
rum*, &c. Vide Diogen. Laërt.

14 *Nullius addictus jurare, &c.*] ‘Nullis unius disciplinæ legibus as-  
tricti, quibus in Philosophia necessa-  
rio pareamus, quid sit in quaque re  
maxime probabile semper require-  
mus.’ Cic. Tusc. iv. n. 7.

*Jurare in verba*] Metaphora est a  
re militari, apud quam milites in ver-

ba ducis jurant, eique se obstringunt  
sacramento.

16 *Nunc agilis fio, &c.*] Interdum  
Stoicus, proscriptis voluptatibus, sum-  
mum bonum in virtute repono, et  
sapientem a capessenda Republ. non  
removeo.

18 *Nunc in Aristippi, &c.*] Alias vo-  
luptates corporis consector, atque in  
his summum bonum statuo: rei vero  
publicæ administratione Sapienti inter-  
dico, pariter sentiens cum Cyrenaicis et Epicureis, cumque horum  
ducibus Aristippo et Epicuro. Cic.  
Academ. iv. n. 131. ‘Alii voluptatem  
finem esse voluerunt, quorum prin-  
ceps Aristippus, qui Socratem audi-  
erat: unde Cyrenaici .... Aristippus,  
quasi auimum nullum habeamus, ita  
corpus solum tuetur.’

19 *Et mihi res, non me rebus, &c.*]

Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesque 20  
 Lenta videtur opus debentibus ; ut piger annus  
 Pupillis, quos dura premit custodia matrum ;  
 Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quæ spem  
 Consiliumque morantur agendi gnaviter id quod  
 Æque pauperibus prodest, locupletibus æque ; 25  
 Æque neglectum pueris senibusque nocebit.  
 Restat, ut his ego me ipse regam solerque elementis :  
 Non possis oculo quantum contendere Lynceus,  
 Non tamen idcirco contemnas lippus inungi ;  
 Nec, quia desperes invicti membra Glyconis, 30

*lim subjici. Sicut autem longa nox iis quos meretrix saltit, et dies longior operi astrictis videtur ; annus vero tardus pupillis severæ disciplinæ novocarum obnoxiius ; ita mihi lentum et molestum tempus labitur, quod spem differt ac desiderium exequendi strenue illud quod inopibus pariter ac divitibus uile sit ; sprcum vero pueris ac senibus similiter nocebit. Superest ut me ipse his præceptionibus regam et tuear. Enimvero, quamvis nequeas tam acute ridere quam Lynceus, non ideo tamen desinas ungere oculos lippientes : ac licet non speres robur fortis Glyconis,*

et Porph. infra ad Epist. 10. 40. edit. Princ. Med. 1476. Aldus 1501. Junta 1503. aliaeque recent. Versus 17. 18. 19. alio ordine dedit Sanad. 17 Nunc mihi res, &c. 18 Virtutis, &c. 19 Nunc in Aristippi, &c. ‘Et ut sensum plenius confunderet, etiam nunc mihi, pro et mihi, ex ingenio emendavit. Eum refutat peculiari opere Batteux in actis Acad. Inscript. tom. xxvi. pag. 2. seqq. in 4. totumque locum fuse enucleat. Vide infra 1. Epist. 17. 14.’ Fea. —21 Lenta videtur Bentl. ex Ms. Barthii Advers. xxxvii. 19. quod hoc epitheto oratio eleganter varietur : sequuntur Cnn. San. Phil. Sandby, Val. Wakef. Zcun. Wetzel. contra reliquos MSS. omnes Feæ et aliorum, et Porph. ‘Quin et elegantior est ipsa repetitio.’ Fea. —24 Schoenborn. 3. Conciliumpque Angelic. 3. morentur. Bamberg. naviter. —25 Deest hic versus in Harl. 1. —26 Schoenborn. 3. Etque. —27 Idem codex caret voce ipse. Schoenborn. 4. so-lerque tebentis. —28 Vat. Palat. 3. oculis. Lamb. ex uno codd. in litura oculos, probat et recipit Bentl. ita etiam duo codd. ap. Valart. item edd. Wakef. Kild. et Trentzer. —29 Bamberg. contemporis lippus. Baxt. Bentl. Cuning. Gesn. Oberlin. Wakef. et Treutzer. inungui; atque ita ex cod. notatum in ora ed. Ald. 1509. in Biblioth. Barberina. —30 Non quia Vat. 10. Et quia Zarot. Me-

## NOTÆ

Quid hoc sibi velit, Aristippus ipse que, Finem animo certum, miseris-  
 dicat et explicet. Nimirum cum ob-  
 jiceretur, Habere eum Laida : mi-  
 nime erubescens, ‘Habeo Laida,’ in-  
 quirit ; ‘non habeor a Laide.’ Cic.  
 Epist. ix. 26.

24 *Agendi gnaviter id quod*] Scri-  
 bendi vulgandise libellum moralia  
 præcepta continentem.

26 *Pueris senibusque*] Pers. Sat. v.  
 64. ‘Petite hiuc, juvenesque, senes-

que, viatica canis.’

27 *Elementis*] Primis Philosophiæ documentis, morum regulis.

29 *Non tamen idcirco, &c.]* Et si nequeas tam acres habere oculos, quam Lynceus, non ideo tamen negligas collyrium oculis adhibere, ad arcendam vel sanandam lippitudinem. De Lynceis oculis, i. Sat. 2.

30 *Glyconis*] Is fuisse robustus pu-

Nodosa corpus nolis prohibere cheragra.  
 Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.  
 Fervet avaritia miseroque cupidine pectus?  
 Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem  
 Possis, et magnam morbi deponere partem.                   35  
 Laudis amore tunes? sunt certa piacula, quæ te

*non propterea negligas a corpore arcere chiragram innodantem. Invat aliquatenus progreedi, tametsi non licet amplius. Verum enim si animus astutus avaritia et cupiditate miseros faciente, in promptu adsunt sermones, quibus mitigare queas hoc malum, et magnam istius ægritudinis partem depellere. Si gloria studio inardesc-*

diol. 1476. 1477. Venett. 1478. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. Florent. 1482. Lips. 1499. Ald. 1501. Junt. 1503. *Neu quia Cuning desperas Schoenborn.* 2. et Angelic. 2. *Milenis* Vat. 10. a.m. sec.—31 Vat. 10. a.m. pr. et Vat. Rom. 9. *podagra.* Bamberg. *chiragra.* Schoenborn. *chiragra.* Vid. 11. Sat. 7. 15.—32 *Est quoddam* Vett. 5. 10. a.m. pr. Baerberin. 1. Harl. 1. 4. 6. 7. Zarot. Mediol. 1477. Venett. 1479. 1481. 1490. 1495. Ald. 1501. Junt. 1503. Basil. 1527. 1531. quod receperunt Fea, Bothe, et Jaeck. *Est quondam nonnulli ap. Feam.* *Est quadam* duo codd. ap. Cruq. et sic conj. Lamb. recep. Bentl. Cuning. Baxt. Sanad. Phil. Francis. Sandby. Gesn. Zeun. Oberlin. Valart. Wakef. Bipont. Wetzel. Comb. Kidd. et Dœring. *Est quodam* Schoenborn. 3. 4. plurimi ap. Feam, al. et vulgata fere lect. apud alios editores.—33 Cuning. ex ingenio *Fervit ... miseraque.* Schoenborn. 2. *miseraque.*—34 *Sunt verbaque et voces* Schoenborn. 3. *laborem* Cuning. post Cruq. Vid. Epod. xvii. 64.—

## NOTE

gil dicitur. Quidam legunt, *Milonis*; nempe Crotoniatis mentionem hic esse volunt, qui taurum vivum humeris tulit, manu mactavit, ac devoravit, in Olympicis victor. Heinsius ingeniose et erudite contendit intelligendum esse hic Glyconem Philosophum, quem Laërtius scribit ‘firmo corpore, et habitu prorsus athletico’ extitisse.

31 *Nodosa cheragra*] De chiragra, lib. 11. Sat. 7. *Nodosa* quia nolis quasi præpedit motum et nsum manuum. Seu quod humor crassus digitorum internodia occupans turgescere faciat velut nodos et lapillos quosdam. Unde Persins ‘lapidosam’ dicit chiragram. Sat. v. 58.

32 *Est quodam [quodam] prodire tenus, &c.]* Al. *quadam.* Sensus est: Quanquam non licet reconditissima

Philosophiae arcana scrutari, at prodest tamen plurimum vel primis elementis imbui, et saltem delibare non-nihil ex ipsis medicamentis vitiornim. Expugnat Horatius eos qui sapientiae studium hinc dissuadebant, quod eam assequi perfecte nemo possit.

34 *Sunt verba et voces, &c.]* Doctrina morum habet remedia adversus quilibet animi morbum.

36 *Piacula, quæ te Ter pure lecto, &c.]* Adverte tria verba a rebus sacris et religione translatâ ad sapientiae studium. ‘Piacula,’ 1. Od. 2. 29. et Epod. v. 90. ‘ter,’ de ternario numero in sacris solenni, dixi alibi. Juvenal. Sat. vi. 522. Pers. Sat. 11. 16. *Pure]* Pura mente. Tibul. ‘Casta placent superis: pura cum veste venite: Et manibus puris sumite fontis aquam.’

Ter pure lecto poterunt recreare libello.  
**I**nvidus, iracundus, iners, vinosus, amator;  
**N**emo adeo ferus est, ut non mitescere possit,  
**S**i modo culturæ patientem commonet aurem. 40  
**V**irtus est vitium fugere, et sapientia prima  
**S**tultitia caruisse. Vides, quæ maxima credis  
**E**sse mala, exiguum censum, turpemque repulsam,  
**Q**uanto devites animi capitisque labore.  
**I**mpiger extremos curris mercator ad Indos, 45  
**P**er mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:

*cis, habes quædam remedia, quibus curari possis, libro ter sancte perfecto. Denique, invidus, iracundus, piger, ebriosus, perdite amans, et quantunvis inhumanus quisque, profecto sanari potest, si quidem animum docilem præbeat disciplina. Virtus est fugere vitium: et prima sapientia, liberum esse a fatuitate. Cernis, quanto animi et corporis nisu declines mala quæ putas esse maxima, videlicet, paupertatem, ac repulsam ignominiosum. Sic tu negotiator ad ultimos Indos contendis, inopiam strenue devitans, per mare, per scopulos, per flummas. At vero detrectas*

35 Harl. 6. *depellere*.—38 Schoenborn. 4. *viciosus amator*.—39 Vat. Rom. 7. et Schoenborn. 3. *qui non*.—40 Schoenborn. 3. *accommodat*; Vat. Rom. 1. *Exc. Sax. et unus Bersmanni accommodet*. Vat. 16. et Schoenborn. 3. *præbeat*.—41 *Est virtus* Vat. Rom. 1.—43 Bamberg. *turpemque laborem*.—44 Tres codd. Crnqui cum edd. Baxt. Gesn. Oberlin. Comb. Bipont. Wakef. et Wetzel. *animo*; Zenn. cum ceteris omnibus *animi*. Bamberg. *captusque labore*; unus Vat. Schoenborn. 3. et Delph. in nota errore typographico, *capitisque dolore*; Chisian. 1. *capitisque labore?* Vat. Rom. 7. *capitisque periculo*.—45 Schoenborn. 3. *per*

## NOTÆ

40 *Si modo culturæ patientem, &c.*] *ignominiam timent et infamiam.*'  
**C**ic. *Tusc.* II. n. 13. 'Cultura animi Philosophia est, quæ vitia radicitus extrahit, ac præparat animum ad satius excipiendos; eaque mandat et serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant.'

42 *Stultitia curuisse*] Carere vitiis. Is enim vitiosus qui falsis ac stultis vulgi opinionibus velut norma vivendi abutitur. Contra qui rectæ rationis lumen sequitur, bonus et sapiens est.

43 *Turpemque repulsam*] In petendo magistratu. Cic. pro Plancio: 'C. Marius duas ædilitias accepit repulsas.' Offic. I. n. 71. 'Cuius offensiones tum repulsas quasi quandam

*synecdot. pars pro toto.*

45 *Ad Indos*] Ad remotissimas orbis regiones. Vide I. Od. 12. 56.

46 *Per mare pauperiem fugiens*] Juvenal. Sat. xiv. 275. 'Aspice portus, Et plenum magnis trabibus mare. Plus hominum est jam In pelago. Veniet classis quocumque vocarit Spes lucer; nec Carpathium, Gætulaque tantum Æquora transiliet,' &c.

*Per saxa*] Per scopulos marinos, per quælibet vitæ discrimina.

*Per ignes*] Vel per gravissima pericula, vel per mundi partes Zonæ torridæ subjectas. III. Od. 3. 55. Virgil. Georg. I. 234.

Ne cures ea quæ stulte miraris et optas,  
 Discere et audire et meliori credere non vis ?  
 Quis circum pagos et circum compita pugnax  
 Magna coronari contemnat Olympia, cui spes, 50  
 Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ ?  
 Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.  
 O cives, cives, quaerenda pecunia primum est ;  
 Virtus post nummos : hæc Janus summus ab imo  
 Prodocet ; hæc recinunt juvenes dictata senesque, 55

*auscultare sapientiori, ac erudiri, ut scias ea contemnere, quæ fatue aestimas magni, et concupiscis. Equis peritus certandi in pagis et compitis, non malit victor esse in celebribus Olympicis, si spes facilis adspicendæ victoria absque magno labore? Enimvero ut argentum auro, sic aurum virtutibus postponi debet. Nec audiendus qui sic moneat: O cives, cives, opes primo sunt comparandæ: virtus autem post pecuniam. Illud quidem monstrat Janus summus atque imus. Hæc præcepta recolunt tam pueri quam senes brachio sinistro ap-*

ignem.—47 *Ne currit Schoenborn.* 4. *Nec cures tres ap. Feam.* *Non cures unus Vat.*—48 *Dicere et unus Vat.* et audere Zarot. quod placet Gesnero.—50 *Schoenborn.* 3. *contemnet.*—52 *Vilius est argentum auro codex idem.* *Vilius est auro argentum Bentl.* ex uno cod. Bersmanni.—53 *Zarot.* et Cuning. *primum* sine *est.* Vat. 7. *prima* *est.*—54 *Barberin.* 2. *hoc Janus.* *Thysius* in *Notis ad Aul. Gell.* scriptum suspicatur, *Hæc Janus summus ad inum Perdoret.*—55 *Prodocet* plurimi ap. Feam, alii MSS. apud Lamb. Puhm. Cruq. Talb.

## NOTE

47 *Ne cures ea, &c.]* Ut minora mala declines, v. g. paupertatem, nullum non laborem subeundum ultro credis: cur igitur detrectas facile doceri, quo pacto fugias multo gravius malum? Scilicet audire piget ac discere, et credere non vis asserenti Philosopho: Stultum esse mirari et optare, seu avide consestari opes et honores tantis curis atque laboribus.

48 *Discere et audire]* “Τοτερον πρότερον. Prius enim audire, quam discere.

49 *Quis circum pagos, &c.]* Majorum gloriam minori præfert vel rusticis et hebes quisque. Quare ergo tu virtutis decus et gloriosum pecunia contentum non anteponis ipsis opibus, præsertim cum haec non nisi ægre et vix haberi queant; ille vero facile possit comparari per studium

sapientiae.

50 *Olympia]* Olympicis in ludis. Vide i. Od. 1.

51 *Sine pulvere]* Ἀκοντι, Thucyd. et Herodian. Metaph. citra laborem, nullo certamine et periculo. Ita etiam, ἀνιδριτη et ἀνιδρωτη, sine sudore: ἀναιματη νυκτη, sine sanguine, seu incruentam victoriam referre.

52 *Vilius argentum est auro, &c.]* Cassian. Collat. xxiii. 3. præclarum similiter gradationem instituit: ‘Stanum vilius argento, argentum auro, aurum gemmis, gemmæ margaritis, margarita sanctitate.’

53 *O cives, cires, &c.]* Prosopopœia, qua stulte loquens inducitur quispiam e vulgo.

54 *Hæc Janus summus, &c.]* Id norunt et docent fœneratores ac trapezitæ in foro consistentes, duas inter Jani statuas. De his ii. Sat. 3. 16.

Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto.  
 Est animus tibi, sunt mores, est lingua fidesque :  
 Sed quadringentis sex septem millia desint ;  
 Plebs eris. At pueri ludentes, Rex eris, aiunt,

*pensa gestantes loculos et tabulam. Adde quod si sex aut septem millia desiderantur ad quadringenta, licet habueris ingenium, probitatem, facundiam, integritatem, nihilominus eris plebeius. Verum quanto melius pueri inter ludendum edicunt :*



Val. et notatum ex Ms. in ora editionis Aldi 1509. in Biblioth. Barberina. *Prædocet* tres ap. Feam, alii MSS. apud Crnq. Talb. edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1490. Flor. 1482. Lips. 1499. *Perdocet* MSS. apud Crnq. Talb. edit. Princ. Zar. Bad. Ascens. Venn. 1492. 1495. 1509. 1552. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion, ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Mur. aliisque non pauci. ‘Primam lectionem restituit Lamb. recte, quia ‘prodocere,’ est foris, et palam, et publice docere: ‘pro’ enim in compositis, amplificandi, aut palam faciendi sensu adliberi, tradit Festns.’ *Fea.* Sequuntur Lambinum Cruquius, Bentleius, Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. Zeun. *Fea.* Bothe, Jaeck, Kidd. et Dœring. *senesque, et Wakef.* ad mentem Marklandi; quod versus, qui sequitur, manifesta sit periphrasis pro ‘pueri.’ ‘Sed rectius annotat Gesnerus, Horatium, hoc versu, quem jam dederat i. Sat. 6. 74. hic satyrice uti, nt indicet, senes etiam tota die puerili illa exercitatione computandi, numeros, atque æra svarum rationum tractandi, occupatos esse. Ita hic versus, qui insiticins videri poterat, et visus est Cuningamio et Wetzelio, gratiam et vennstatem addet orationi.’ *Fea.*— 57. 58 *Si quadringentis, &c.* *Est animus, &c.* est ordo in plurimis codd. ap. Feam; et sic alii MSS. apud Pulm. Bentl. edit. Princ. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Aldus 1501. Junta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Lamb. Muret. aliæque usque ad Bentl. qui prætulit lectionem aliorum MSS. apud alios, quibus alii ap. Feam concinunt, qui habent *Sed quadringentis;* et versum postponunt sequenti. Adoptarunt Cun. San. Phil. Sandby, Val. Wetzel. et Zeun. In duobus Vatt. habetur ordo, *Est animus... Si quadringentis,* ut in alio Ms. quem sequitur Cruquius. ‘Primam lectionem retineo, quia plana; et adversativa *sed* minus bene consonat sequenti at. Sermo est Jani incitantis ad quærendam pecuniam ante virtutem.’ *Fea.* *est lingua unus codex ap. Laub.* alius ap. Pulm. alius ap. Bentl. adoptarunt Chabot. Bentl. Cuning. Sanad. Francis. Phil. Sandby. Wetzel. Zeun. et Kidd. *Mox, desinit* quatuor Vatt. et alii codd. ap. Bentl. qui recepit in textum; inde Cuning. Sanad. Francis. Phil. Sandby. Wetzel. Zeun. et Kidd. *desunt* in ceteris codd. et edd.—59 *Et pueri Vat. Rom. 7.*

#### NOTE

56 *Læro suspensi, &c.]* Hunc eundem versum antea jam positum expla-navi, i. Sat. 6. 74. *Loculos,* ad fœnum repouendum, vel in quibus calculi ad numerandum: *tabulam*, vel in qua debitorum romina descripta sunt, vel super quam positis calculis aut numeris supputatur.

58 *Sed [Si] quadringentis]* Supple,

millibus sestertium; qui census E- questris est: ut alibi annotavi. Qui-dam legunt, *Sed quadringentis, &c.* ut sic loquatur avarus idem et ambi-tiosus: Quidni opes congeram, nt a plebe me segregem, et ad Equestrem censem, ordinem, dignitatemque as-surgam? At prior lectio et interpre-tatio præferenda.

- Si recte facies. Hic murus aëneus esto, 60  
 Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.  
**Roscia**, dic sodes, melior lex, an puerorum est  
 Nænia, quæ regnum recte facientibus offert,  
 Et maribus Curiis et decantata Camillis ?  
**Isne** tibi melius suadet, qui, rem facias ; rem 65  
 Si possis recte ; si non, quo cumque modo rem ;  
 Ut propius species lacrymosa poëmata Pupi ;

*Rex eris, si recte agas? Ita sane. Hic tibi murus sit ex are: nullius peccati conscientium esse, nullius flagitiū probrum timere. Age, responde, An Roscia lex præstantior; an puerorum edictum, quo bñne agentibus regnum defertur, fortibus Curiis et Camillis celebratum? An ille tibi meliora suggerit, qui admonet, ut opes acquiras juste quidem, si fieri potest; sin autem, quacumque ratione opes congeras, ut propius species flebilia carmina Pupi; an qui præsens suadet ac desiderat, ut*

*Ut pueri codd. Lambini.—62 Rosia duo Vatt. puerorum est plurimi ap. Feam, alii ap. Lamb. Pulfm. Crnq. recepit Lamb. inde Baxt. Bentl. Cuning. Sanad. Gesn. Zeun. Oberlin. Bipont. Wakef. Wetzel. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. puerorum, sine est, Schoenborn. Harl. 4. 6. unus Crnq. al. et edd. antiq.—63 Vat. Rom. 7. recte regnum; ita quoque Zarot. Ald. 1501. Junt. 1503. Basil. 1527. 1531. Frib. 1536. et Dion. ab Harsio Lngd. 1538.—64 Ne curiis maribus Schoenborn. 3.—65 Junt. 1503. Venett. 1509. 1552. Dion. ab Harsio Lngd. 1538. H. Steph. 1544. Gryph. Lngd. 1566. Basil. 1580. et Dan. Heins. qui ut rem.—66 Schoenborn. 3. seu non.—67 Pupi plurimi codd. ap. Feam, alii ap. Torrent. et Bentl. item Venett. 1492. 1495. 1498. probant Aldus in Orthogr. Torrent. et Bentl. Drakenb. ad Liv. iv. 33. 8. ex aliis aucto-ribus, nummis, et inscriptt. Sequuntur Baxt. Cuning. Sanad. Francis. Gesn.*

#### NOTÆ

59 *At pueri ludentes]* Confutatio est stultorum præceptoruni Jani, ex naturali lumine et recto puerorum iudicio. Hi nimirum vere, sancte, juste sentientes, inter Indendum spondent principatum ei qui rectius egerit, non ei qui sit pulchrior, opulentior, nobilior. Vide Jul. Poll. ix. 7. ubi de Basilinda, aliisque Indis puerorum.

60 *Hic murus aëneus esto]* Proverbialis dictio. Sensus est: Nihil firmius tene quam doctrinam hanc: vel, ut explicat Erasmus: Hoc certum sit tibi et immutabile animi decretum. Item, muro quolibet aëneo fortior et inexpugnabilior est innocentia et integritas. Hæc tibi sit velut propug-

naculum ære validius.

62 *Roscia lex]* Lex theatalis lata a Roscio Othonē, Trib. Pleb. qua ventit Equitem Rom. fieri nisi qui possideret quadringenta millia sestertiorum. Vide Epop. iv. 16. ibiq. annot.

63 *Nenia]* Proprie lugubris cantio: sed ad alia quoque transfertur. Hic significat solenne dictum puerorum, de quo niox.

64 *Maribus Curiis et Camillis]* Fortissimis Romanorum mascula virtute præditis. 1. Od. 12.

65 *Isne tibi melius]* Roscius ille theatalis legis auctor, tibi suadens ut studeas lucro per fas et nefas.

67 *Ut propius species, &c.]* Eques-

An qui, fortunæ te responsare superbæ  
 Liberum et erectum, præsens hortatur et aptat ?  
**Quod si me populus Romanus forte roget, eur** 70  
**Non, ut porticibus, sic judiciis fruar isdem ;**

*expeditus ac fortis arroganti fortunæ obsistas? Quod si populus Rom. a me fortasse percunctetur, quare non eadem cum ipso judicia habeam, sicut porticus habeo*

Phil. Zeun. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Bipont. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *Puppi* Harl. 3. 4. 6. 7. edd. antiqu.—68 Chisian. 1. a m. pr. respondere.—69 Omnes fere codd. Feæ, Harl. 1. 3. 4. 6. 7. alii apud Lamb. Pulf. Crnq. Torr. Taib. Val. *aptat*; et notatur ex Ms. in ora editio- nis Aldi 1509. in Biblioth. Barberina: rejecit Lamb. landavit Torr. recepit Cruq. probant Canter. IV. 12. Turneb. XXVI. 26. Bentl. quos sequuntur Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Sandby, Val. Oberl. Wakef. Wetzel. Zenn. Francis, Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *Optat* unus Vat. Harl. 2. Zarot. Vet. Comb. Venett. Mediol. alia vett. ante Cruq. Vid. II. Epist. I. 128.—70 *At si Romanus populus me* Vat. Palat. 3. *forte rogareret, sine cur,* Schoenborn. 3.

### NOTÆ

tribus in gradibus sedens. Nempe lindos spectabant Senatores ex Orchestra, qui proximus erat proscenio locus: Equites Romani deinde e quatuordecim theatri gradibus, ex Othonis lege: denique plebs e cavae.

*Lacrymosa poëmata Pupi* Ironice. Tragœdias Pupii Tragici Poëtæ, quem vetus Interpres narrat ita movisse affectus spectantium, ut etiam lacrymari cogeret: ac proinde de se ipso fecisse hoc distichon Iambicum: ‘Flebunt amici et bene noti mortem meam: Nam populus in me vivo lacrymavit satis.’

68 *An qui, fortunæ*] An vero melius tibi non suadet morum præceptor, vel animus tuus Philosophia imbutus, cum docet calcandam fortunæ adversantis superbiam, cumque hortatur, ut a vitiis liber ad virtutes erigaris?

70 *Cur Non, ut porticibus, sic, &c.*] Cur non cum ipso pariter sentiam de honoribus et divitiis, sicut promiscue cum illo rebus communibus utor, v.

g. publicis ambulationibus, congres- sibus, colloquiis.

*Porticibus]* De porticibus Romæ variis atque insignioribus, fuse Alex. ab Alex. III. 23. Nos etiam aliquid II. Od. 15. Celebris in primis erat Porticus Augusti in Palatio cum biblioteca Græca Latinaque, Numidico marmore eleganter exstructa, nec non eximiis imaginibus, tum laureatis et magnificis operibus exculta. Erant præterea portiens Catuli, de manubiis Cimbricis facta: portiens Pompeii ante ipsius curiam: portiens Octaviae juxta ædem Junonis, in qua Angustus collocavit signa militaria olim Domitio a Dalmatis erpta: Philippi porticus, in qua effigies Herculis, et Helenæ imago, Zeuxidis manu elaborata: porticus duplex ad circum Flaminium, opere Corinthio insignis, ubi matronæ vectari et spatiari solebant: porticus Quirini, antiquo opere spectanda: porticus Claudiæ, ubi ambulationes subdiales miro ingenio constructæ et ornatae, &c.

Nec sequar aut fugiam, quæ diligit ipse vel odit;  
 Olim quod vulpes ægrotō cauta leoni  
 Respondit, referam: Quia me vestigia terrent  
 Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.      75  
 Bellua multorum es capitum: nam quid sequar? aut quem?  
 Pars hominum gestit conducere publica: sunt qui

*communes: et cur non amem vel oderim quæ ipse amat aut aversatur: respondebo idem quod olim astuta vulpes aiebat leoni ægrotanti: Quia me deterrent restigia ad te conversa omnia, nulla autem retro. O populus, bellua es plurium capitum. Quid vero aut quem sequar? Pars hominum gaudet conducere vectigalia publica.*

—71 Duo Vatt. fruor.—72 Nonnulli codd. ap. Feam, *et fugiam*; ita alii MSS. apud Pulm. Oberl. edit. Princ. Venn. 1479. 1481. 1483. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. ac *fugiam* Vat. 1. Vat. Rom. 4. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Venn. 1509. 1552. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Har-  
 sio Lugd. 1538. H. Steph. 1544. Cuning. *aut fugiam* in ceteris.—76 Plaza conj. *est capitum*; et sic vel invitis codd. edidit Bentl. quem sequuntur Cun.  
 San. Phil. Wakef. Wetzel. ‘Inscite: est enim responsio ad Populum Ro-  
 manum, quem non tantum belluam, ut leo, sed multorum capitum appellat,  
 quam quis sequi, ne si velit quidem, possit; ut bene annotat Gesnerus.’ Fea.  
*Capitum es* edit. Princ. Zar. Mediol. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481.  
 1483. 1490. 1495. Flor. 1482. *aut que* var. lect. ap. Feam, Bothe, et Jaек.

## NOTÆ

73 *Olim quod vulpes, &c.]* Apologus est Æsopi, celebratus etiam a Platone in Alcibiade primo. Leo rex animalium ægrotabat; feras jam plures officii causa adeuntes devoraverat. Accedit et vulpes ad ostium cavernæ: at cum ingredi renneret, quid ita officium sola detrectaret, leoni interroganti, respondit: Quia me deterrent belluarum vestigia, quibus ad te spectantibus universis, cognoso multas adiisse, redisse nullas. Apud Non. Lueilius lib. xxx. ‘Quid sibi vult, quare fit ut introversus et ad te spectent, atque ferant vestigia se omnia prorsus?’

74 *Referam]* Sic ego, inquit Horatius, populo querenti cur non amem et sequar eadem quæ ipse diligit, nec fugiam quod ipse odit, respondebo: Quoniam multos equidem eerno vi-  
 torum inire viam; at paucos inde emergeret: immo fere omnes avaritia

et ambitione inveterata misere absumtos.

76 *Bellua multorum es capitum]* Velut Hydra. Egregia populi descrip-  
 tio.

77 *Conducere publica]* Hinc dicti publicani, qui vectigalia populi Ro-  
 mani redimunt, exerceant, exigunt. Notandum vero ex Caio Jurisc. nullam civitatem præter Romanam habere publicanos: quoniam aliæ urbes membra censeantur Reip. Rom. ‘Enn,’ inquit, ‘qui vectigal Populi Rom. conductum habet, publicanum vocamus. Nam publica appellatio in compluribus causis ad Pop. Rom. respicit: civitates enim loco privato-  
 rum habentur.’ Porro triplex olim vectigal exigebatur; primum ex im-  
 portatione rerum et exportatione; dicebaturque ‘portorium,’ exactores autem ‘portitores.’ Alterum ex agris; nimirum decima pars frumenti exci-

Crustis et pomis viduas venentur avaras,	
Excipientque senes, quos in vivaria mittant :	
Multis occulto crescit res fœnore. Verum	80
Esto, aliis alios rebus studiisque teneri ;	
Iidem eadem possunt horam durare probantes ?	
Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis,	
Si dixit dives, lacus et mare sentit amorem	
Festinantis heri ; cui si vitiosa libido	85

*Sunt qui viduas avaras captent crustulis et pomis; atque circumreniant senes, quos mittant in vivariis. Multi opes augent occulto fœnore. At licet diversi diversa consequentur negotia et proposita, numquid ipsi eadem constanter prosequi valent per unam horam? Si locuples dicat: Nullus sinus in mundo præstat jucundis Baiis, statim lacus marinus experitur cupiditatem domini properantis. Quod si*

—78 *Frustis et p. v. venantur Schoenborn.* 2. *Frustis aut pomis* Vat. Palat. 3. a m. pr. *Frustis et pomis* Gott. Exc. Sax. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Zarot. Mediol. 1477. Venett. Fabr. 1555. Vet. Comb. al. vett. *venantur* etiam Harl. 4.—79 *Excipientque* Vat. 2. *mittunt* Schoenborn. 3.—81 *Esto alios* alii Vat. Rom. 9. et Schoenborn. 4.—82 Vat. Palat. 1. a m. pr. *possint*.—83 *Nullius in urbe* Harl. 1. Zarot. et Vet. Comb. *locus pro sinus* habent Harl. 2. 3. *præcedit* Vat. Rom. 9. *amicis pro amœnis* Harl. 7.—85 *Festinantis eri*

## NOTÆ

piebatur; quod qui redimebant, ‘de-  
cumi’ appellaabantur, quod ‘de-  
cumas’ exigerent. Tertium e sylvis,  
seu e pastione pecorum; et ‘scrip-  
tura’ vocabatur: qui vero pascha  
publica conducebant, ‘magistri scrip-  
turæ’, seu ‘scripturarii’ dicebantur,  
a describendis ejusmodi vectigalibus.  
Quartum e salinis instituit Ancus  
Martius. Cic. pro Lege Manilia ita  
scribit: ‘Cum hostium copiae non  
longe absunt, etiamsi irruptio nulla  
facta est, tamen pecora relinquuntur,  
agricultura deseritur, mercatorum  
navigatio conquiescit. Ita neque ex  
porto, neque ex decumis, neque ex  
scriptura vectigal conservari potest.’

78 *Crustis*] Quid. leg. *Frustis*, mi-  
nus bene. Alii, *Fructis*, pro, fructi-  
bus: quod usurpavit Cato, Terentius,  
&c. At ‘crustula’ jam habemus 1.  
Sat. 1. posita pro muneribus ac donis  
vilioribus et parvis.

79 *Excipientque senes, &c.*] Senum  
ac viduarum opibus et hæreditatibus  
insidiantur nonnulli.

*Quos in vivaria mittant*] Devoran-  
dos a se quasi pisces in vivariis edu-  
catos.

83 *Nullus in orbe, &c.*] Jam levita-  
tem hominum et inconstantiam in  
proposito reprehendit.

*Baiis*] De hac urbe deliciis tantis  
affluente, ut mores integrerrimos de-  
pravaret, dixi jam 11. Od. 18.

84 *Lacus et mare*] Lucrinus lacus  
in sinu Baiano situs. De eo 11. Od.  
15. et 11. Sat. 4.

85 *Festinantis heri*] Cupide pro-  
perantis in locum amœnum, ad ibi  
struendas ædes deliciis destinatas.  
Juvenal. Sat. 111. 4. ‘Janua’ Baiar-  
rum est, et gratum littus, amœni Se-  
cessus.’

*Cui si vitiosa libido Fecerit auspicium,  
&c.*] Si libido suo instinctu, vel pru-

Fecerit auspicium, cras ferramenta Teanum  
Tolletis, fabri. Lectus genialis in aula est?  
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita;  
Si non est, jurat bene solis esse maritis.  
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? 90  
Quid pauper? ride: mutat cœnacula, lectos,  
Balnea, tonsores; conducto navigio æque  
Nauseat ac locuples, quem dicit priva triremis.  
Si curtatus inæquali tonsore capillos

*perversum studium ædificandi augurium ei dederit, cras ferramenta transportabitis Teanum, o artifices. Porro si genialis torus in aula ejus sit, affirmat nihil præstabilius esse nihil optabilius vita cœlibe. Si non adest, asseverat solos conjuges beatos esse. Ecquo igitur vineulo constringam Proteum vultus variantem? Inops autem quid agit? ride: mutat domicilium, toros, balnea, tonsores, conductæ cymbæ fastidio pariter afficitur, ut dives qui proprio vchitur navigio. Si obvius tibi fiam*



Bamberg. ‘ventosa libido Marklandus ex ingenio andaci.’ Fea.—86 Fecerat Vat. Palat. 3. cras f. te unum Bamberg.—90 Unus Vat. et Chisian. 5. nodo m. P. vultus. Alius Vat. et Schoenborn. 4. vultum m. P. nodo.—91 Cuning. rides: Bentl. viden ut, ex conj. improbabilibus Fea et Bothe. ride: mutat novem codd. Ondendorpii ad Sueton. Octav. 68.—92 Unus Bersm. conductu navigia.—93 Nauseat ut locuples, dicit quem Schoenborn. 3. ut locuples etiam Vat. Palat. 4. dicit quem Cuning. ex aure sua.—94 Omnes codd. Fea, et aliorum, uno excepto Cruquii, et priscae edd. (præter Locher. quæ curtatus

## NOTÆ

ritu incitat, ac velut avis cantu ant volatu auspicium fecerit, statim Baiis relictis, Teanum aliove festinabit; coque cæmenta, ligna, ferramenta, ceteraque instrumenta ad ædificandum necessaria transferri jubebit.

86 *Teanum*] Cognomento Sidicium, nrbs Campaniæ in colle exstructa, inter Cales et Suessam, non longe habet Acidulas aquas calculosis valde salubres. Plin. xxxi. 2.

87 *Lectus genialis in aula est*] Si uxorem habet, cœlibes laudat: si non habet, felices prædicat matrimonio junctos: adeo levis est animi et propositi, diversaque semper expectit. *Genialis*] In nuptiis sternebatur lectus ad honorem Genii: eni nomen ab antiquo geno, i. gigno. Festus. Vide Catul. de Nuptiis Pelci ac The-

tidis.

90 *Protea*] Vid. ii. Sat. 3. 71.

91 *Quid pauper?*] Neque dives modo, sed et pauper inconstantiae virtus laborat.

*Cœnacula*] Ita vocabatur superior ædium contiguatio, ad quam scalis ascenditur: quod quidem temiores domicilium mercede conducebant. Fest. Meminit Juvenalis Sat. x. 18. Plautus Amphitr. Apuleius Met. Prudentius: ‘Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgns.’ Porro cœnatio divitum erat, cœnaculum vero pauperum; quod quidem non unum cubiculum continebat aut significabat, immo quasdam habebat appendices. Gall. in appartement.

94 *Si curtatus inæquali, &c.*] Senec. de Brev. Vitæ: ‘Quis istorum noui

Occurri, rides : si forte subucula pexæ	95
Trita subest tunicæ, vel si toga dissidet impar,	
Rides : quid, mea cum pugnat sententia secum ?	
Quod petiit, spernit; repetit quod nuper omisit ?	
Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto ?	
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis ?	100
Insanire putas solennia me, neque rides,	
Nec medici credis, nec curatoris egere	
A prætore dati; rerum tutela mearum	
Cum sis, et prave sectum stomacheris ob unguem	

*habens capillos inæqualiter recisos a tonsore, cachinnos tollis. Si subucula detrita supposita fuerit tunica mundæ, vel si toga inæqualis disconvenit; in risum solveris. Quid vero, cum mea mens secum luctatur; contemnit quod cupivit, requirit quod modo ubjicit; agitatur ac discordat toto ritæ ordine; destruit, exstruit; quadrata mutat rotundis? tum certe existinas me communī insania labore, neque derides, nec putas indigere medico vel curatore a Prætore assignato; cum sis columen rerum mearum, o Mæcenas, et indigneris propter male recisum*

exhibit,) item Bentl. Cuning. Sanad. Traj. ad Rhen. 1713. Phil. Sandby, et recentt. *curatus*. Quædam edd. ante Bentl. sequuntur Locherianam, et legunt *curtatus*: ita etiam Julius Rufinianus de Schematis Læxeos, inter Rhet. Lat. Paris. 1599. Baxt. Gesn. Zeun. Comb. et Bipont.—95 *Occuro septem Vatt. et duo alii ap. Feam, alii etiam apud Bentl. et Val. notatum ex Ms. in ora editionis Aldi 1509. in Biblioth. Barberina; adoptavit Bentl. inde Cun. San. Sandby, Val. Wetzel. 'Præsens tempus concordat cum sequentibus subest, dissidet. Bene ex Sen. Epist. 114. notat Wetzel. Mæcenatem in rebus ejusmodi minutis diligenter fuisse; et ipsum in cultu, et habitu molle, et delicatum. Horatius queritur, se ab eo rideri, et reprehendi in his; in majoribus, et moralibus non emendari.' Fea.—96 Schoenborn. 4. *dissipet*.—97 Schoenborn. 3. *Rides*. Sed quid m. c. pugnet s. mecum. Duo Vatt. *pugnet*. Alii codd. ap. Feam, Torrent. et Bentl. *sententia mecum*.—99 Schoenborn. 4. et *toto d. o. ritæ?* Schoenborn. 3. *ordine tanto?*—101 Vallicel. 1. *solennia me?*—104 Vat. Palat. 3. Venett. 1492. 1495. Bad. Ascens. *stomacharis*.—*

## NOTÆ

malit Remp. turbari quam comam? quis non solicitior de capitis decore, quam de salute? &c.

95 *Si forte subucula pexæ*] Si vestium inæqualitatem, discrepantiam, inconcinnam positionem videris, rides: quid vero, si mentem meam a seipsa dissentientem animadvertis?

100 *Mutat quadrata rotundis*] Quadratam ædificationem rotunda mutat. Illa nimirum paulo ante placuerat, hæc vero jam magis placet.

101 *Insanire putas solennia me*] Communī omnibus errore me duci putas, ideoque me non derides.

102 *Nec medici credis, &c.*] Non me credis insanum, qui helleboro sanandus sim: et eni Prætor curatorem dare debeat, ut dictum est, II. Sat. 3. 218.

104 *Prave sectum ob unguem*] Ob levissima quævis errata, vitia, incommoda.

De te pendentis, te respicientis amici.

105

Ad summam, sapiens uno minor est Jove, dives,  
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum;  
Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

*unguem amici a te pendentis, teque velut unicum præsidium intuentis. Denique sapiens Jove solo est inferior, opulentus, liber, insignis, formosus, imo rex regum, præsertim sanus, nisi quando pituita ægritudinem procreat.*

105 Bentl. ex conj. Nic. Heinsii, *te suspicentis*, cumque secenti Kidd. et Wetzl. nemo præterea. Refutarunt paucis Baxt. et Gesu. et fusius Horreus Miscell. Crit. 1. 5. p. 82. seqq.

## NOTÆ

105 *De te pendentis*] Clientis te velut patronum et præsidium unicum respicientis.

108 *Nisi cum pituita molesta est*] Irridere videtur Stoicos asseverantes; sapientem, etsi ægrotet, nihil-

minus sanum esse; item, sapientem non dolere. *Pituita*, quod petat vitam, dicta creditur nonnullis. Hæc acida et salsa, morborum fons est, quicunque e distillatione fiunt, teste Platone in Timæo.

## EPISTOLA II.

## AD LOLLIUM.

Moralem Philosophiam commodius tractari ab Homero quam Philosophis. (A vs. 32. lanx satira præceptorum vivendi. Gesu.)—Lollum adolescentem hortatur ad sapientiae et virtutis studium. Ostendit igitur, ex Homero luculentius et certius bene et sapienter vitae instituendæ rationem disci posse, quam ex Stoicorum Academicorumque libris. Iliadem enim continere mala gravissima, quæ ex ira, libidine, aliisque cupiditatibus orientur: Odysseam autem virtutis sapientiaeque exempla utilissima. Tum addit, operam esse dandam mature, ut pravæ cupiditates et perniciosæ coërcantur, avaritia scilicet, libido, invidia, ira.

TROJANI belli scriptorem, maxime Lolli,

Dum tu, Loll, summe vir, Romæ recitas scriptorem belli Trajani, ego Præneste

Epistola tertia Libri primi in Ed. Sanad.—3 Schoenborn. 3. quod non.—

## NOTÆ

1 *Trajani belli*] Eximia est hic laudatio poëmatum Homeri: qui sane velut optimus scriptor Epicus exemplis ostendit luculentis quid fugere, quid sectari debeas; ita virtutis bona, virtutum autem mala exprimens, ut studio-

Dum tu declamas Romæ, Prænestē relegi;  
 Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,  
 Planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.  
 Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi. 5  
 Fabula, qua Paridis propter narratur amorem

*hunc revolvit: qui perfectius et uberioris quam Chrysippus et Crantor, docet quid honestum sit, quid flagitiosum; quid bonum, quid malum. Si nihil te prohibet, accipe quamobrem id sic statuerim. Carmen quo Græcia refertur longo Phrygiae contrita*

4 Plenius Bamberg. Schoenborn. 2. 3. Harl. 1. 2. 4. 6. 7. al. ap. Fcam. et nonnullæedd. ante Bentl. *Planius* quinque Vatt. Harl. 3. Gott. al. ap. Lamb. Pulm. Torrent. Marci. Bentl. item Zarot. Medioll. 1476. 1477. 1486. Venett. 1478. 1483. 1490. 1492. 1495. Florent. 1482. Lips. 1499. Marci. Bentl. Cuning. Sanad. Francis. Phil. Sandby. Gesn. Valart. Oberlin. Comb. Bipont. Wakef. Wetzel. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaect, et Dœring. *Crantore* Bamberg. et Schoenborn. 2. 3.—5 Cuning. suo more *ni quid*. Vat. Rom. 2. alii codd. ap. Pulm. Nic. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 486. *distinet*. Schoenborn. 2. Vat. Rom. 5. a m. pr. alii codd. ap. Lamb. *destinet*. Vat. Rom. 4. et Angelic. 2. *destinat*. Vid. iv. Od. 5. 12.—6 Vat. Rom. 7. *qua propter Par-*

## NOTÆ

sus quisque Lector afficiatur. Vide Plutarch. lib. de Homero, Plin. viii. 29. &c.

*Maxime Lolli]* Huic nobili adolescenti inscripta est iv. Od. 9. item seq. Epist. 18. Ejus meminit Vell. Pat. lib. ii. Sueton. Tiber. c. 12. et 13. Dio lib. lii. Ex quibus apparet cur ‘maximus’ dicatur. Nempe is subinde militum Tribunus Caio Cæsari in Armeniam pergenti rector datus est ab Augusto patre. Quo magni ingenii summæque integritatis indicio non potest affirri aliud clarius.

**2 Dum tu declamas]** Dum tu exercitiis causa ex Homeri scriptis recitas aliquid, ac præclare disseris de virtute. Hoc faciebant Romæ præstantes quique viri.

*Prænestē]* Secesserat Horatius in eam Latii urbem edito colli inædificatam, Tusculum inter et Tibur: hodi. Palestrina dicitur. Eam commendat Gell. xvi. 13. ubi refert Prænestinos a Tiberio Imper. municipes factos,

pro referenda gratia, quod sub eorum oppido ex capitali morbo revalusisset.

*4 Chrysippo]* Stoicus ille Philosopher, immo Stoicorum coryphaeus et columen. De eo i. Sat. 3. 127. nec non ii. Sat. 3. 44.

*Crantore]* Academicus iste, Platonis auditor, Xenocratis condiscipulus, mire laudatur e Cicerone, tum alibi, tum Academ. Qu. iv. n. 135. ubi si habet: ‘Legimus omnes Crantoris veteris Academicorum de luctu. Est enim non magnus, verum aureolus ... et ad verbum ediscendus libellus.’

*6 Fabula, qua Paridis, &c.]* Ilias viginti quatuor libris comprehensa, opus omni laude majus, a summo Poëtarum antistite conscriptum, de bello Græcorum adversus Trojanos ad vindicandam injuriam Helenæ Menelai regis Spartæ uxoris, ob singularē pulchritudinem per Paridem raptae.

*Fabula]* Sic vocatur Epicum car-

Græcia Barbariæ lento collisa duello,  
 Stultorum regum et populorum continet æstus.  
 Antenor censem bellum præcidere causam :  
**Quid Paris?** ut salvus regnet vivatque beatus,      10  
 Cogi posse negat. Nestor componere lites  
 Inter Peliden festinat et inter Atriden :  
 Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.  
 Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

*bello, ob cupidinem Paridis, complectitur motus fatuorum principum atque populo-  
 rum. Antenor bellum causam dicit esse rescandam. Quid Paris ait? Affirmat se  
 ad id impelli non posse; quippe sic haud felix haud incolumis perstaret. Nestor  
 Achillem inter et Agamemnonem dissensiones conatur dirimere. Hunc amor, ambos  
 autem indignatio pariter accedit. Quodcumque peccant magnates luunt Græci.*

\*\*\*\*\*

*dis.—7 Vat. 7. a m. sec. et Vat. 13. a m. sec. barbarico. Vat. 7. a m. sec.  
 lente; Schoenborn. 4. lecto. Harl. 6. commissu.—8 Schoenborn. 2. 4. Vat. 1.  
 Vat. Rom. 4. Chisian. 5. 6. Angelic. 1. a m. pr. Angelic. 2. Barberin. 2. alii  
 ap. Pilm. Oberlin. Venet. 1509. et notatum ex cod. in ora Ald. 1509. in  
 Biblioth. Barberina, æstus.—9 Chisian. 5. belli censem.—10 Quod  
 Exc. Sax. Vat. 1. Venet. 1509. Bentli ex codd. Sanad. Cuning. Wakef. et  
 Kidd. ut regnet salvus Schoenborn. 3. et Cuning. ut solus regnet Vat. Rom. 6.  
 a m. sec. alius cod. ap. Pilm. Venet. 1495. et Lips. 1499.—12 Bentli. ad 1.  
 Sat. 7. 11. Primus Peliden, &c. Schoenborn. 2. 3. Atridem.—13 Nunc amor  
 Bamberg. Illum amor conj. Zach. Pearce, Peliden enim vult, non Atriden,  
 quem ultimum nominaverat.—14 Schoenborn. 2. discordant reges, plectuntur,*

### NOTÆ

men, item Dramaticum: quia in his  
 conficta multa inseruntur: differunt-  
 que ab Historia, quæ nihil nisi vere  
 gestum debet complecti. Vide Epist.  
 ad Pisones, vs. 119. 151. 338.

*Paridis]* Hic erat Priami et Hecu-  
 bæ filius, frater Heetoris regis Tro-  
 jæ, alio nomine Alexander vocatus:  
 quem utero mater gestans vere som-  
 niavit faciem se ardenter parere.  
 Nam Trojani excidii incendiique can-  
 sa fuit. De eo jam 1. Od. 15.

*7 Barbariæ]* Cur sic appelletur  
 Phrygia, repeate ex Annotatis 11. Od.  
 4. 9. Item Epop. ix. 6.

*Lento]* Quod annis decem conti-  
 nuum fuit.

*8 Regum et populorum]* Tam Græ-  
 corum, quam Phrygum.

*9 Antenor censem, &c.]* Unus ille ex

Trojanorum principibus: qui auñtor  
 fuerat Helenæ reddendæ Græcorum  
 legatis eam reposcentibus. Iliad. H.  
 Paris autem negavit. Ibid.

*11 Nestor]* Græcus princeps, de  
 quo plura 1. Od. 15. et 11. Od. 9.

*12 Peliden]* Pelei filium; de quo  
 1. Od. 6. 8. 15. 11. Od. 4. 16. iv. Od. 6.  
 Epop. xiii. et xvii.

*Atriden]* Atrei filium: de quo 11.  
 Od. 4. iv. Od. 9. 11. Sat. 3. 187.

*13 Hunc amor, ira quidem, &c.]* In-  
 centivum fuit amoris, iræque, Briseis  
 sive Hippodamia, quam adamans Aga-  
 memnon Achilli eam sortito eripuit;  
 quæ causa implacabilis odii inter  
 utrumque fomitem præbuit.

*14 Quicquid delirant reges, &c.]* Rec-  
 cata regum luunt plebeii.

*Delirant]* Lira est sulcus; lirare,

Seditione, dolis, scelere, atque libidine et ira,  
Iliacos intra muros peccatur et extra.  
Rursus, quid virtus et quid sapientia possit,  
Utile proposuit nobis exemplar Ulyssem ;  
Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes  
Et mores hominum inspexit ; latumque per æquor,  
Dum sibi, dum sociis redditum parat, aspera multa  
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.  
Sirenum voces et Circæ pocula nosti ;

*Tam intra quam extra muros Trojæ grassantur seditiones, fraudes, flagitia, cupiditas, iracundia. Jam vero quid virtus quid prudentia valeat, idem Homerus exhibet nobis utili exemplo Ulyssis : qui post expugnatam Trojam perlustravit diversos populos, eorumque mores callidus observavit ; et dum sibi sociisque redditum procurat, gravia plurima subiit immenso mari, contrariis negotiorum fluctibus nusquam summersus. Scis cantus Sirenum, atque Circæ pharmaca ; quæ si fatue et*



cum gloss. ‘ nocet stultitia civibus.’—15 Vat. Rom. 5. *dolis, cæde, atque.*—16 Angelic. 2. et Harl. 6. *inter muros.* Unus ap. Fabric. *muros intra* ; et sic Cuning. *peccantur Schoenborn.*—17 *Rursum unus cod.* Bentl. et sic edd. Bentl. Cuning. Sanad. Francis. Wakef. Wetzel. et Kidd.—19 *Trojæ, et multorum Schoenborn.* 3.—21 Idem codex, *tum sociis.* Schoenborn. 4. *aspera bella*, et a m. sec. *aspera multa.*—22 Schoenborn. 2. 3. 4. *rerum et immersabilis.*—23 *Circæ pocula novit Schoenborn.* 2. *Circæ carmina nosti Schoenborn.* 3. *Circæ plurimi codd.* ap. Feam, alii MSS. apnd Lamb. Pulm. Torr. Bentl. Val.

## NOTÆ

arando sulcos ducere. Hinc delirare significat, a recta via declinare, aberrare, desipere. Non. Marcell. Festus, Isidor.

*Achiti]* Ita vocantur ab Achaia Græciæ regione, vel ab Achæo rege.

15 *Seditione]* Achillis a reliquo exercitu secedentis. De quo 1. Od. 15. in fine.

*Dolis]* Ulyssis Palamedem circumveniens.

*Scelere, libidine, ira]* Passim exempla legas in Iliade. De Agamemnone Ajacis cadaver hunari vetante, item Iphigeniam mactante, dictum est 11. Sat. 3. De Ajace furioso, ibid. &c.

18 *Proposuit nobis exemplar Ulyssem]* In Odyssæa, ubi Ulysses infinita mari terraque pericula modo virtute, modo arte viciisse ostenditur ; non

solum contra homines et monstra, sed et contra Deos luctatus. Jupiter et Neptunus concutunt et frangunt aliquando naves : Lotophagi, Cyclopes, Læstrygonii, Circe, Sirenes, Scylla, Charybdis, proci, exitium machinantur. Ex his tamen omnibus evadens, dudum vagabundus, post annos vi-ginti in patriam tandem rediit. ‘Quam multa passus est Ulysses in illo errore diurno !’ Cic. Offic. 1. n. 113.

19 *Domitor Trojæ]* Sic et Homerus πολέμητον, urbis eversorem, Ulyssem vocat duntaxat, nec tribuit id nominis Achilli, Agamemnoni, Ajaci, Diomedis ; ita prudentia magis quam robore maxima quæque peragi significans.

23 *Sirenum voces]* Ampla hæc seges

Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,  
Sub domina meretrice fuisse turpis et excors,  
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

25

*avide potasset, ut sui comites, sub dominatu meretricis vixisset infamis et demens,  
ac velut fædus canis, aut porcus cæno gaudens. Nos quidem sunus duntaxat nume-*

\*\*\*\*\*

notatum ex Ms. in ora dictæ editionis Aldi 1509. revocavit in textum Lamb. inde Torr. Dac. Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Wakef. Combe, Wetzel. Zeun. Vid. i. Ep. 17. 7. Al. *Circes*. ‘Eadem varietas apud Propert. iii. 10. 27. ut ibi notat Burm. et apud Ovid. Fast. iv. 70. Sed non dissimilandum, *Circes* legi apud Valerium in Epistola ad Ruffinum, ‘ne ducat uxorem,’ post Opera S. Hieronymi, edit. Paris. 1706. tom. ii. col. 337. ubi, *Sirenum roces, et Circes pocula novit.* Fea. Vat. 5. et Mediol. 1477. *pocula novit.*—25 Markland. Epist. Crit. p. 100. conj. exsors, improbante Fea.—

#### NOTÆ

fabulatoribus. Sirenibus nomen a σειρὴ, catena. Alii aliter. Quidam originem Hebraicam expiscantur. Tres fuerunt, Parthenope, Leucosia, Ligea: superiore corporis specie mulieres, inferiore pisces aut aves. Una tibiis, altera lyra, tertia voce concinebat. His fata vivere concesserant, quamdiu pertransentes cantu morarentur et captarent. Itaque præternavigantes suavi symphonia allicere studebant, devorabantque. At Ulysses a Circe edoctus, nautarum et comitum auribus cera obturatis, ipse vero malo navis alligatus audivit quidem et prætervectus est incolumis. Unde illæ se in mare præcipitarunt. Sedem habebant ad Siculum littus: vel, ut alii scribunt, in Sirenum scopulis, et in Capreis insula, atque ad Surrentinum Italiae Promontorium Tyrrheno imminens mari; inter simum Puteolanum, hodie, *Golfo di Napoli*, et Pæstanum, vulgo, *Golfo di Salerno*. Homer. Odyss. M. Ovid. Met. v. Fab. 9. Sirenes revera erant meretriculæ tum forma insigni tum beneficiis animos hominum trahentes ac depravantes. Indicatur autem Ulysses voluptatum illecebras ac lenocinia prudenter devitasse. Plutarchus Sympos. ix. 14. Homeri Sire-

nes, inquit, nobis immerito fabulosum injiciunt metum. Innuit vero ille avolantes ac divagantes animos per musicam demulceri et ad cœlestia divinaque pellici.

*Circae pocula*] De illa famosa beneficiorum antistite et antesignana fuse dictum est in Epop. xvii. Plin. xxv. 2. ‘Homerus quidem primus doctrinarum et antiquitatis parens, multis alias in admiratione *Circes*, gloriam herbarum Ægypto tribuit.’ Vide Odyss. K.

26 *Amica luto sus*] Socii quidem Ulyssis in porcos mutati per Circem veneficam dicuntur, quia fœdis voluptatibus ita corrupti sunt, ut rationis usum amisisse viderentur. Ita S. Chrysost. et alii. Vide Epop. xvii. 15. At Jo. Bodinus Andegavensis de Magorum dæmonomania II. 6. de ejusmodi hominum in bellus per artem magicam transformationibus fuse disputans, multis et gravibus exemplis ac testimoniis eas revera fieri asserit; additque: Neque fabulosum est quod Homerus narrat Ulyssis comites per Circem maleficam in porcos fuisse transformatos, cum Augustinus ipse lib. de Civ. Historiam eandem adducat, quamvis opinione ipsius miram, et illam de Arcadibus; in Alpibus

Nos numerus sumus, et fruges consumere nati,  
 Sponsi Penelopæ, nebulones, Alcinoique  
 In cute curanda plus æquo operata juventus ;  
 Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, et                   30  
 Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.  
 Ut jugulent hominem, surgunt de nocte latrones ;

*rus, et riximus tantum ad absumenda alimenta : sumus quasi proci Penelopes ignavi, atque Alcinoi jurenus curando corpori nimium operam dantes : quibus optimum videbatur stertere usque ad Meridiem, atque citharæ cantu lenire sollicitudines. At quantum est illud dedecus ? Ecce prædones noctu surgunt ad homines trucidandos ;*

\*\*\*\*\*

26 *Vixisses Schoenborn.* 3.—28 *Sponsi Penelopes* Schoenborn. 2. ed. Bodoni, al. *Penelopæ plurimi* codd. ap. Feam, alii MSS. apud Lamb. Pulm. Val. notatum in citata editione Aldina ; ita restitut Lamb. Dac. Bentl. Baxt. Cun. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. Zeun. Vid. ii. Sat. 5. 76. et nebulone Schoenborn. 4.—30 Schoenborn. 3. diesque.—31 Venet. 1495. Bentl. et Kidd. *cessantem.* Vat. unius, *cessantum* ; et sic Florent. 1482. Venet. 1483. 1490. et Lips. 1499. *cænatum ducere* Schoenborn. 3. *cessatam d. cu-*  
*ram Scaliger. ducere somnum* Vat. Rom. 8. aliisque codd. ap. Bentl. item edd. Bentl. et Kidd.—32 Nonnulli codd. Feæ, Torrent. Bentl. Valart. et Oberlin. *hominem* ; revocavit in textum Bentleius ; utpote quæ lectio ei suavior videatur, et majoribus testibus probata : addit Gesnerus, ut evitetur sic ingratum homœoteleuton. Sequuntur inde alii editores, Cuning. Baxt. San. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. et Zenn. ‘Si anctoritate certandum est ; manuscriptorum sive nostrorum, sive aliorum editorum pars longe major, et optimæ nota, habet *homines* ; uti et Servius ad Virg. Georg. i. 287.’ Fea.—32 Ms. in nota ad citatum Servii locum, in ed. Burm. *vigilat de nocte.*

### NOTÆ

quoque memoria sua frequens fuisse dicat ut stabulariæ mulieres imbutæ malis artibus in caseo darent viatoriis unde in jumenta illico verterentur, nt necessaria quæque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se redirent. Vid. S. Augustinus de Civ. Dei xviii. 17. et 18. Item Daniel. cap. iv. ubi Nabuchodonosor ab hominibus dicitur ejectus, ac per annos septem inter bestias fœnum quasi bos comedisse : postea vero, figura ejus reversa ad ipsum, recuperasse pristinum sensum ac decorum honoremque regni.

27 *Nos numerus sunus*] Turba sunmus absque virtute, exercitus numerum expletentes duntaxat, velut Ther-

sites ille iners et inglorius : videmur tantum vivere ut edamus.

28 *Sponsi Penelopes*] Sive luxuria dediti, sive gulæ ; ut alibi est annotatum. Vide ii. Sat. 5.

29 *Alcinoique In cute cur.* &c.] Similes sumus Alcinoo Phœacum regi apud Corcyram insulam, ejusque familiaribus et populis : qui mollitie et voluptatibus perditæ, in ignavia cordiaque consenescebant. Proverb. ‘Alcinoi mensa,’ id est, luxuriosa.

32 *Ut jugulent homines,* &c.] Torreptius ubique sagax errorem hic subodoratus, librarii incuria paginas confusas asserit. Ista nimirum a vs. 32. ad 64. pertinere contendit ad priorem Epistolam : atque reponi de-

Ut te ipsum serves, non expurgisceris? atqui  
 Si noles sanus, cures hydropicus: et ni  
 Posces ante diem librum cum lumine, si non  
 Intendes animum studiis et rebus honestis,  
 Invidia vel amore vigil torquebere. Nam cur,  
 Quæ laedunt oculum, festinas demere; si quid  
 Est animum, differs curandi tempus in annum?

35

*tu vero non excitaris ad temet servandum? Verum si valens detrectas ire, hydropicus festinabis: ac nisi ante lucem petas librum cum lucerna, nisi mentem applies studio rerum honestarum, vigilans cruciaberis invidia, vel amore, aliore affectu. Age vero quare tam diligenter tollis quicquid oculos offendit; differs autem integrum*

Angelie. 1. *surgent.*—33 Unus Vat. *ut serves te ipsum.* Alius Vat. *atquin.* Vs. 33–63. post 1. Epist. 1. 51. collocari vult D. Heins.—34 *Si noles* in quibusdam vett. et ita Bodoni. *curses nonnulli ap. Feam, alii codd. apud Lamb. Cruq. Talb. ita Porph. edit. Venn. 1495. 1552. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. probant Lamb. Cruq. Torr. Talb. Bentl. sequuntur Dac. Baxt. Cnn. San. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. Zeun. *cures* Vat. 1. 5. Vat. Rom. 2. 5. 6. 7. Vat. Palat. 1. Chisian. 5. 6. Vallicel. 4. edit. Prince. Med. 1476. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1509. aliaeque ex priscis ante Aldi 1501. cui vulgo tribuitur haec lectio. *nolis...cures* etiam Harl. 1. 2. 4. 6. 7. et Vet. Comb. ‘*Hic locus levi menda laborat.*’ Bentleins ex quibusdam libris legit *cures*, quia illud *curses* manifesto mendosum. Sed nisi fallor, dederat nobis Horatius hoc modo: *atqui, Si nolis sanus, quares hydropicus,* i. e. hydropicus factus frustra expurgisci conaberis. ‘*Quærere* est magno studio, et saepè frustra conari. Sic Epod. II. 70. et xvi. 16. atqne ita passim.’ *Jever ad Lucan. III. 657.*—35 *Poscas* Vat. 16. *Poscis* Vat. 10. *si ne Angelic. 3.*—36 Quatuor codd. ap. Feam, *Intendas animum.*—37 Vat. Rom. 5. et Chisian. 6. *cur nam?*—38 Nonnulli codd. ap. Feam, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii ap. Pulm. Cruq. Torrent. *oculum;* defendit Bentl. sequuntur Baxt. Cuning. Sanad. Gesn. Zenn. Phil. Francis. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Kidd. Fea. Bothe. Jaech. et Dæring.*

## NOTÆ

bere illic post vs. 51. ‘*Cui sit conditio?*’ Materiæ quidem et argumenti ratio ad hanc emendationem ducit. Judicabit æquus lector de conjectura hac sat audaci.

34 *Si noles sanus, &c.]* Si dum sanus es, ire nolis ad medicum; cures profecto, cum ægrotabis. Quidam leg. *si non is sanus, &c.* Id est: Si segnis es, et ire piget, dum sanus es; si torpes ignavia; deinde cogeris ire, immo currere, cum hydropisi cruciaberis; cursu enim et corporis agita-

tione ac labore morbus iste minuitur. Sensus est: Nisi virtus matre corrigas, frustra deinde conaberis ea depellere inveterata: quin ab his op̄primere. Vulgare est: ‘*Venienti occurrite morbo.*’

35 *Ni posces ante diem librum, &c.]* Si vigilare nolueris discendæ causa virtutis ac sapientiæ, fiet ut dormire aliquando nequeas ob invidiam, amorem, aut aliud vitium quo solicitere.

Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude;	40
Incipe: qui recte vivendi prorogat horam,	
Rusticus expectat dum defluat amnis; at ille	
Labitur, et labetur in omne volubilis ævum.	
Quæritur argentum, puerisque beata creandis	
Uxor, et in cultæ pacantur vomere sylvæ.	45
Quod satis est cui contigit, hic nihil amplius optet.	
Non domus et fundus, non æris acervus et auri,	
Ægroto domini deduxit corpore febres,	

*anno sanare quod animum corrumpit? Heus, facti dimidium tenet quisquis incepit. Sapientia studium audacter amplectere, incipe. Qui differt tempus bene vivendi, est quasi rusticus expectans donec amnis defluxerit. Atqui fluit ille, semperque fluens volvetur. Quorsum vero tam solicite comparantur opes; expetitur conjux fœcunda gignendæ proli; nec non sterilia nemora aratro domantur? verum enim qui nactus est quantum sufficit, nihil ultra cupiat. Quippe nec ædes nec prædia nec auri et pecunia cumulus possunt arcere morbos a corpore vel curas ab animo*



*oculos alii et edd. vett. siquod Vat. 1. et al. ap. Pulm.—40 Cuning. qui cœpit, habet facti.—41. Codices plerique alio ordine, Incipe. Vivendi qui recte prorogat horam. Sed in hac letione ambiguum est, utrum recte vivendi velit, an recte prorogat. In aliis quibusdam sic habetur, vivendi recte qui. Simplicissimum videtur, quod in vetusto codice Pulmanni, in Bersmanni altero, et in Petrensi et Regiæ Societatis extat, Incipe: qui recte vivendi prorogat horam. Sic enim alibi Noster solet præponere: ut i. Epist. 16. 17. ‘Tu recte vivis, si curas esse quod andis.’ Bentl. vivendi qui recte etiam Harl. 3. 4. 5. Bamberg. Schoenborn. 4. et edd. vett. qui recte vivendi Vatt. 1. 5. 14. Vatt. Rom. 7. 8. Angelic. 3. alii, atque ita Acron, Muret. Dacer. Bentl. Baxt. Sanad. Gesn. Zeun. Francis. Phil. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Bipont. Fea, Bothe, Jaeck, et Doering. proroget Vat. Rom. 9. prorogat annum Florent. 1482. Medioli. 1486. et Vet. Comb.—42 Barberin. a m. pr. defluit. Schoenborn. 3. dum festinat.—45 ‘Wakef. placantur; inscite. Vid. 11. Sat. 8. 5.’ Fea. sulce pro sylvæ Schoenborn. 3.—46 Harl. 1. 6. 7. et edd. primæ, Bentl. et Cuning. item Fea, Bothe, al. contingit nihil, vel nil contingit. Plurimi ap. Feam et Cuning. nil. Lambinus ex codd. edidit contingit, hic nihil; inde Dacer. Baxt. Gesn. Oberlin. Zeun. Comb. et Wetzel. optat Schoenborn. 3.—48 Schoenborn. 2. et Chisian. a m. sec. deducunt. Harl. 3. Schoenborn. 2. quatuor Vatt. Chisian. 1. a m. pr. Angelic. 4. Vallicel. 4. alii codd. ap. Pulm. Cruq. Torreut.*

#### NOTÆ

40 *Dimidium facti, &c.]* Hesiodica sententia est: Principium est dimidium totius. Ausonius: ‘Incipe: dimidium facti est cœpisse: supersit Dimidium: rursum hoc incipe, et efficies.’

42 *Rusticus expectat, &c.]* Similis

est rustico illi, qui cum ad amnem pervenisset, stolidè expectabat dum efflueret omnis aqua, ut ad alteram ripam transire posset.

44 *Quæritur argentum, &c.]* Curamus omnia quæ ad corpus spectant: quæ animi sunt, cur negligimus?

Non animo curas. Valeat possessor oportet,  
Si comportatis rebus bene cogitat uti. 50  
 Qui cupit aut metuit, juvat illum sic domus et res,  
Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,  
Auriculas citharæ collecta sorde dolentes.  
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.  
Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas. 55  
 Semper avarus eget: certum voto pete finem.  
 Invidus alterius macrescit rebus opimis:

*domini laborantis. Oportet bene valere possessorem, ut fruatur congestis facultatis. Porro quisquis vel cupiditate vel timore conflictatur, non magis prodest illi domus et pecunia, quam lippo tabulæ pictæ, podagra fomenta, atque auribus ob sordes contractas male affectis citharae suaviter resonantes. Muture forma tuos mores. Nam si vas non est purum, quicquid immittes vitiabitur. Contenne voluptates. Dolorem crevit voluptas ægre quæsita. Avarus semper est inops. Modum pone definitum cupiditati. Invidus torquetur rebus prosperis alterius. Siciliae ty-*

\*\*\*\*\*

et Valart. *febrem.*—50 Angelic. 1. a m. pr. *comparatis.*—51 Vatt. 1. 5. Vat. Rom. 4. a m. pr. et ed. Jaeck, *cupit ac metuit.* Vat. 17. Vat. Rom. 1. et Chisian. 1. *et metuit;* quod receperunt Fea et Bothe, *aut metuit in reliquis edd. et codd. etiam Bodoni. aut res edd. vett. ac res Cuning. Sanad. et Francis. et res Vatt. 1. 3. 4. 5. 7. 9. 10. 13. Vatt. Rom. 2. 4. 5. 6. 7. 8. Vatt. Palat. 1. 4. Chisian. 1. Vallicel. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. ap. Lamb. Cruq. et Valart. sic edd. Baxt. Bentl. Gesn. Zeun. Sandby. Oberlin. Bipont. Comb. Wakef. Wetzel. Kidd. Fea. Bothe. Jaeck. et Dœring.—52 Vat. 14. *tabulae pictæ;* sic Hildebert. Mor. Phil. col. 988. et Cuning. ‘*tormenta Wakef. audacter, ex Buherii conj. in Anthol. Lat. Burm. II. p. 485.’ Fea, podagram Bentl. ex conj. inde Sanad. Wetzel. et Kidd. probat Baxt. ‘*Sed bene positum et abstractum pro concreto, ut notat J. A. Ernesti.’ Fea.*—54 *Sincerum nisi Schoenborn. 3. 4. sine est. Vas nisi sincerum est Vat. Rom. 7. infundet Schoenborn. 4. acescet Vat. Rom. 8. alias item cod. ap. Pulm.*—57 Schoenborn. 3. *rebus marcescit;* et sic Hildeb. Mor. col. 979. *marcescit etiam Vatt. 16. Vat. Rom. 2. a m. pr. Vat. Rom. 7. Chisian. 1. a m. sec. et Barberiu. 2.—***

#### NOTÆ

49 *Valeat possessor oportet, &c.] Quid prosunt opes diviti, si æger sit animo, vel corpore? si febri, si metu vel cupiditate torqueatur, an divitiæ sublevabunt?*

52 *Ut lippum pictæ, &c.] Similitudo congregata hic, ante, et postea.*

53 *Auriculas citharæ, &c.] Ista quidem leviter oblectant, et paulisper fallunt dolorem; nequaquam sanant.*

55 *Nocet emta dolore voluptas] Meander: ‘Quam saepè ob voluptates*

*mœrore afficimur!’ S. Hieronym. contra Jovinian. ‘Irridet Horatius appetitum ciborum, qui sumti relinquunt pœnitentiam: dicens, ‘Sperne voluptates, nocet emta,’ &c.*

56 *Semper avarus eget] Avaro deest tam quod habet quam quod non habet.*

*Certum voto pete finem] Modum et finem statue cupiditati et desideriis. Vide III. Od. 16.*

- Invidia Siculi non invenere tyranni  
 Majus tormentum. Qui non moderabitur iræ,  
 Infectum volet esse, dolor quod suaserit et mens, 60  
 Dum pœnas odio per vim festinat inulto.  
 Ira furor brevis est: animum rege: qui, nisi paret,  
 Imperat: hunc frænis, hunc tu compesce catena.  
 Fingit equum tenera docilem cervice magister  
 Ire viam qua monstret eques. Venaticus, ex quo 65

*ranni nullum habuerunt cruciatum invidia graviorem. Quisquis iram non compreserit, postea cupiet non factum fuisse quod jusserrit animus incitatus, dum vehementius dare vindictam properat indignationi non satiatæ. Ira est brevis insania. Fræna appetitum, qui dominatur quando non est subactus. Hunc frænis, hunc vinciulis stringe. Nam certe magister equum flexibilem molli cervice format ad curvandum quacumque sessor voluerit. Canis renaticus, postquam cervi corium domi*

- 58 *Invidia sceleri n. i. tyrannis* Schoenborn. 3.—59 *Tormentum majus* Schoenborn. 4. et Vat. 14. *iram* Schoenborn. 4. Vat. 4. a m. pr. Vat. Rom. 2. a m. pr. et Vat. Rom. 4.—60 Schoenborn. 3. *dolor et suaserit exmens.* H. Steph. etiam *exmens.* Cuning. Sanad. et Francis, *ac mens.*—61 Bos. *Dum pœnas odio, dum vim.*—62 Hemisticchium *animum rege; qui, nisi paret, non habetur in* Schoenborn. 3.—63 *Impera et hunc* H. Steph. *catenæ* Schoenborn. 2. 3. et Harl. 2. 6. 7.—64 Vat. Rom. 9. *docilem tenera.*—65 Vat. Rom. 5. a m. pr. et Barberin. 1. *qua monstret,* alii etiam codd. apud Cruq. Torr. Bentl. atque ita Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Phil. Sandby, Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. et Zeun. *monstret etiam* Vat. 1. Vat. Rom. 8. alii MSS. apud Pultm. Bentl. ‘*Ire, viam qua monstret eques, sic interpongut Bentleius, et puto, rectius; ut non sit ire viam; sed, ire, qua eques monstret viam.*’ Liv. xxxii. 110. ‘*Pedites jubet, qua dux monstrareret viam, ire.*’ Equi docentur, recta, ad dexteram, ad sinistram, in gyrum ire, gradum sistere, variosque motus.’ Feu. Vide infra 1.

## NOTÆ

58 *Siculi tyranni]* Dionysius et A-gathocles Syracusanorum, Phalaris Agrigentinorum tyranni, &c. Justin. l. iv. ‘*Singulæ civitates in tyrannorum imperium concesserunt, quorum nulla terra feracior fuit.*’

60 *Infectum volet esse]* Facti sub-inde pœnitentibus.

61 *Dum pœnas odio]* Est enim odium iræ impatiens ultionem appetens.

62 *Animum rege, &c.]* Appetitum vehementer compesce: qui nisi a ratione prematur, hanc ipse opprimit, et in præcepis rapit. Pers. Sat. v. 38. ‘*Intortos extendit regula mores;* Et premitur ratione animus, vincique

laborat.’ Cic. Offic. 1. n. 101. ‘*Duplices est vis animalium ac naturæ. Una pars, in appetitu posita, hominem hac et illuc rapit. Altera, in ratione, docet et explanat quid faciendum fugiendumve sit. Ita fit ut ratio præsit, appetitus vero opteneret. . . . Efficiendum autem est ut appetitus obedienti rationi, eamque nec præcurrant ob temeritatem, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant,’ &c.*

64 *Fingit equum]* Equus tenera cervice domatur, et ad arbitrium fingitur: catulus ad venationem facile eruditur: sic puer bonos mores sponte imbibit.

Tempore cervinam pellam latravit in aula,  
 Militat in sylvis catulus. Nunc adbibe puro  
 Pectore verba puer; nunc te melioribus offer.  
 Quo semel est imbuta recens, servabit odorem  
 Testa diu. Quod si cessas, aut strenuus anteis;      70  
 Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

*allatravit, continuo venatur in sylvis. Jamjam sincra mente documenta excipe, o juvenis: jam optima inquire. Enim vero testa custodiet semper odorem, quo prium infecta fuerit. Quod si deses maneas, vel si fortiter præcurris, ego neque de sidem expecto, neque præcuentes anteverttere contendeo.*

Epist. 15. 11.—66 Schoenborn. 2. *pellere*. Nonnulli codd. Feæ. *laceravit*.—  
 67 Plurimi codd. ap. Feam, al. ap. Pulm. cum edd. Zarot. Basill. 1527. 1531.  
 Lamb. et omnes fere recentt. *adbibe*. Edd. quædam ante Lamb. *adhibe*, re pugnante metro.—68 Cuning. *te nunc*.—70 Schoenborn. 2. *strenuus annis*.—  
 71 Vat. Rom. 8. *operiar*.

## NOTÆ

66 *Ex quo Tempore cervinam pellam latravit*] Quando pellis cervo interfecto detracta ejus intestinis et sanguine cum pane impletur, et insuitur, talisque venaticis canibus objicitur, ad eos ad venationem acuendos. Gall. *faire la curée*.

67 *Militat in sylvis*] Postquam domi catulus odore cervi aut alterius feræ imbutus est, ratione mox allata, exinde in sylvis feras ultro venatur.

Nunc *adbibe puro*] Præcepta morum accipe, dum animus adhuc purus tibi manet, needum ullis occupatus aut corruptus est pravis opinionibus vel affectibus. Quidam leg. *adhibe*: ut sit anapæstus pro dactylo.

68 *Nunc te melioribus offer*] Vel præbe te imbuendum optimis docu-

mentis. Vel, adi meliorem et sapientiorem virum, a quo fingaris ad virtutem et rectum.

69 *Quo semel est imbuta, &c.*] Præclara sententia, quam hinc mutuatns est S. Hieronymus scribens ad Lætam.

70 *Quod si cessas, &c.*] Si piger es in Philosophiæ studio, non expectabo te minime valentem subsequi me acriorem. Qnod si me studiosior aut ingeniosior fueris, quem assequi non possim, nequaquam invidebo tibi aut instabo, nec ultra vires meas enitar. Aristoteles interrogatus, quo paeto discipuli egregie proficerent, respondit: 'Si cursu præstantes prosequi studeant, tardiores autem minime expectent.' Diog. Laërt.

## EPISTOLA III.

## AD JULIUM FLORUM.

Perquirit de Tiberio et comitibus in Oriente hoc tempore militantibus.

JULI FLORE, quibus terrarum militet oris  
Claudius Augusti privignus, scire labore.  
Thracane vos, Hebrusque nivali compede vinctus,  
An freta vicinas inter currentia turres,

*O Juli Flore, nosse desidero in qua orbis regione bellum gerat Claudius Augusti  
privignus: an commoremini in Thracia ad Hebrum hycmali glacie constrictum; an*

Epistola decima Libri primi in Ed. Sanad.—1 *Luci Flore* conj. Marcil. *militat* Zarot. Mediol. 1476. Venett. 1478. 1479. 1483. 1490. 1492. 1495. et Florent. 1482. *militet aurum* Schoenborn. 2.—3 *Ebrusque in quibusdam codd.* Vid. ad i. Od. 25. vs. ult.—4 *Pro turres, terras ex tribus codd.* Bentl. ita unus Valart. ‘Sequuntur Cun. San. Dorighellus; et ante omnes ex Ms. Blandiniano laudaverant Cruquius; et inde Rappoltus Enarr. in Hor. i. Epist. 9. prorsus indoete, et quam enerve, atque indeterminate, freta, quæ currunt inter terras vicinas, quæ essent Europa et Asia! Turres sunt Sestos et Abydos, quæ proximæ erant inter se. Cf. Ovidius Her. xvii. 73.’ Fea.—

## NOTÆ

*I Juli Flore]* ‘Tota bella est hæc Epistola,’ inquit belle Partheninus: ‘pura admodum minimeque ambitiosa,’ teste Scaliger. Scripta Julio Floro Clandium Neronem comitanti, seu ad Pannonicum bellum, seu apud Armeniam, cum Tigranem in regnum restitneret. Ad illam Horatii familiarissimum inscripta est etiam iv. Od. 2. item ii. Epist. 2. Porro in hac eo collimare videtur Poëta, ut ad bene sarcendam caritatem fraternalm exhortetur: ad quod artificiosa insinuatione utitur, et per quasdam ambages sensim procedit, ut melius propositum exequatur.

*Juli]* Theod. Marcilius, non abs re, *Luci* reponendum contendit: quod *Julius* nusquam sit praenomen; nomen autem Floro nequeat statui; si quidem Flori non Juliæ, sed Aquiliæ gentis sint.

*2 Claudius Augusti privignus]* Cland. *Delph. et Var. Clas.*

Tiberius Nero, Drusii frater natu major, filius antem Liviae Drusillæ. Hanc enim Augustus, repudiata Scribonia, marito suo ‘et quidem prænantem abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter.’ Sueton. Octav. cap. 63. quin etiam erga ejus ‘pueros Nerones,’ hoc est, in utrumque illum privignum ‘animi paterni’ fuit. Nam et hos adoptavit: ac Drusum quidem præcipuis honoribus decoravit; Tiberio vero Liviam suam ex Scribonia filiam dedit uxorem, denique imperium tradidit. Vide iv. Od. 4. et 14. ibique Not.

*3 Thraca]* Gr. Θράκη. Thrace vel Thraca, pro, Thracia.

*Hebrus]* Thraciae mons et fluvius. Porro ibi vehemens rigere frigus, dixi i. Od. 25.

*4 Freta vicinas inter, &c.]* Hellespontus in angustiis illis fremens, scil. inter Sestum Thraciæ, et Abydum

*Horat.*

3 Z

An pingues Asiæ campi collesque morantur ? 5  
 Quid studiosa cohors operum struit ? Hæc quoque curo ;  
 Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit ?  
 Bella quis et paces longum diffundit in ævum ?  
 Quid Titius, Romana brevi venturus in ora,  
 Pindarici fontis qui non expalluit haustus, 10  
 Fastidire lacus et rivos ausus apertos ?  
 Ut valet ? ut meminit nostri ? fidibusne Latinis  
 Thebanos aptare modos studet, auspice Musa ?

*apud mare defluens inter castella proxima; an in agris et collibus Asiae opimis. Quid operis molitur turma literatorum? Ista scire etiam velim, quis suscepit scribenda Augusti facinora? quis bello et pace gesta posterituti mandabit? quid agit Titius paulo post sermone Romanorum celebrandus; qui non timuit ex ipso fonte Pindari haurire, lacus et rivulos patentes aspernatus? quomodo valet? nostrine recordatur? an Musarum auspicio Pindaricos numeros accommodare Latinis chordis*

\*\*\*\*\*  
 5 Schoenborn. 3. Vat. 2. Vat. Palat. 1. Barberin. 2. Harl. 2. 6. al. Zarot. Venett. 1478. 1479. 1481. 1490. 1509. Lips. 1499. Alld. 1. 2. 3. et Junt. 1503. morentur.—6 Vat. 2. *opertum instruit.* Bentl. ex codd. *Hoc quoque;* ita etiam nonnulli Feæ, alii MSS. apud Pulum. Bersm. Bentl. qui probat; ut referatur ad præcedentem seusum. Adoptarunt Cun. San. Sandby, Wakef. et Wetzel. *Hæc quoque,* ut referatur ad sequentia, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. al.—7 Vat. Rom. 5. alii codd. ap. Crnq. *sumat.*—8 Schoenborn. 2. *quis fundit.* Vat. 17. Vat. Rom. 2; a m. pr. Vatt. Rom. 4. et 5. a m. pr. Vatt. Palat. 1. 6. Clisian. 5. et Angelic. 1. *diffudit.* Vat. Rom. 5. et alii codd. ap. Crnq. *diffundit.*—9 *Quis Titius* Schoenborn. 2. 4. *Quid Enius* Bamberg.—12 Harl. 4. *fidibusve.*—

## NOTÆ

Asiæ ‘arces,’ vel oppida. Gall. *les Dardanelles.* Item, *le detroit de Gallipoli.* Ovid. Trist. 1. ‘Seston Abydene separat urbe fretum.’

*Turres]* Quid, leg. *terras*, i. e. Europam et Asiam angusto illo mari seu freto divisas. Lucan. lib. II. ‘Europamque Asiæ, Sestonque admovit Abydo.’

5 *Pingues Asiæ campi]* Cic. pro Lege Manil. n. 14. ‘Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.’

6 *Studioa cohors]* Prætoriani milites literati, vel potius docti comites Tiberii. Ut enim ipse studiosus et

literarum amans, ita secum habebat literatos quosdam et in primis studio-sos, quorum præcipui nominantur hic, Titius et Celsus Poëtæ, Florus autem orator, Poëta, et Jurisperitus. Vide infra 1. Epist. 8.

9 *Titius]* Septimus ille cognominatur quibusdam, diciturque Lyrica et Tragica scripsisse; a quibus nihil extat.

10 *Pindarici fontis qui, &c.]* Qui vulgares et vulgaria contemnens, quasi *lacus et rivos*, ipsum Pindarum Lyricorum principem atque fontem adiit, Latinisque versibus ausus est æmulari stili ejus sublimitatem et sensus profunditatem. Allegoria.

13 *Thebanos]* Pindarus Thebis ostendus. IV. Od. 2.

An tragica desævit et ampullatur in arte ?  
 Quid mihi Celsus agit ? monitus multumque monendus, 15  
 Privatas ut quærat opes, et tangere vitet  
 Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo ;  
 Ne, si forte suas repetitum venerit olim  
 Grex avium plumas, moveat cornicula risum  
 Furtivis nudata coloribus. Ipse quid audes ? 20  
 Quæ circumvolitas agilis thyma ? non tibi parvum  
 Ingenium, non incultum est nec turpiter hirtum.

*laborat : an graviter agit, assurgitque scribendo Tragædias ? Quid Celsus facit ? admonitus iterumque admonendus, ut proprias sibi divitias comparet ; careat autem desumere e libellis, quos servat Apollo Palatinus : ne si avium turba suas aliquando veniat plumas resumere, risum excitet cornix spoliata surreptis coloribus. Tu vero quid agis ? quæ thyma circumvolitas sedulus ? Enimvero non exiguum, non rude,*

\*\*\*\*\*

13 Bamberg. *aspice Musa.*—14 Angelic. 2. *in arce.*—15 *Celsus agat* Vat. Rom. 2. *Celsus ait* Angelic. 2. *movendus* Vat. Rom. 9. et Angelic. 3.—16 Harl. 2. *an quærat.*—18 Vat. Rom. 7. *venerit hospes.*—19 Schoenborn. 3. *moveat cornicula risus.*—22 ‘*Editi quidem omnes jam inde ab incunabulis typographiæ : non tibi parvum Ingenium non incultum est, nec turpiter hirtum.* At in melioribus nostris, Græviano, Vossiano, Reginensi, cum aliis pluribus, elegantius et ve-

#### NOTÆ

14 *Desævit*] Sævientes reges et principes repræsentans, gravesque rerum et animorum exprimens conversiones et motus : ut vulgo in Tragœdiis.

*Ampullatur]* Debet magnus et splendidus esse Tragœdiæ stylus. Unde et sæpe significatur cothurno sublimi Tragicorum calceamento. Vide Epist. ad Pis. vs. 80.

15 *Celsus]* Pedo Albinovanus ipse est, cui est scripta sequens Epist. 8. Hunc monet ut plagium evitet, neve aliena scripta usurpet venditique quasi sua. Quo iratum sibi postea redarguit Horatius oblique, velut morosum.

16 *Privatas ut quærat opes]* Ut proprio, quod aiunt, marte aliquid inventiat et componat : quæ vero sunt aliorum ne compilet sibiique attribuat.

17 *Palatinus Apollo]* Augustus bibliothecam in monte Palatino construxit, adjunxitque Apollinis templo. Ibi deponebantur asservabanturque scripta quæcumque jndicata fuerant cedro et immortalitate digna.

19 *Moveat cornicula risum]* Nota Æsopi fabula, notum adagium Erasmi, ‘Æsopicus graculus.’ Cornix, vel, gracus, ut alii volunt, plumarum suarum pertæsa alias undequaque mutuata est. At cum se alienis coloribus ornatam et fulgentem admiraretur, ecce aves quæ sua erant singulæ repetentes nudam baud sine ludibrio reliquerunt.

20 *Ipse quid audes]* Tu quidem ipse, Juli Flore, nihilne operum moliris ? quæ scripta, quos auctores imitaris aut evolvis, unde eximia quæque decerpas, velut apis succum e thyro et floribus optimis ?

Seu linguam causis acuis, seu civica jura  
 Respondere paras, seu condis amabile carmen;  
 Prima feres hederæ victricis præmia : quod si      25  
 Frigida curarum fomenta relinquere posses,  
 Quo te cœlestis sapientia duceret, ires.  
 Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli,  
 Si patriæ volumus, si nobis vivere cari.  
 Debes hoc etiam rescribere, si tibi curæ,      30  
 Quantæ conveniat, Munatius ; an male sarta

*non asperum ingenium habes: atque adeo sive ad causas orandas facundiam adhibes, sive te accingis ad interpretandum jus cirile, sive amatorios versus conscribis; præcipua tolles munera hederæ victricis. Porro si abjiceres somitem sollicitudinum frigidos efficientem, certe pervenires quo te summa evehernet sapientia. Id curemus, ad id incunbamus tam parvi quam magni, si volumus esse patriæ nobisque utiles. Illud insuper mihi significa, te rogo, numquid tam carus, quam decet, tibi sit Munatius?*

\*\*\*\*\*

rius extat : *non incultum est, et turpiter hirtum.* Neque enim *incultum* et *hirtum* diversas res significant, ut sint disjungenda ; sed, quia unam eandemque rem amplificant et exaggerant, sunt copulanda.<sup>1</sup> Bentl. et turpiter etiam Vatt. Rom. 3. 8. Chisian. 1. Angelic. 2. et 3. a m. pr. Harl. 1. 2. 3. 4. et alii ap. Pnim. Ita etiam Sandby. Wakef. et Kidd. *ne turpiter* Cuning. et Sanad. *nec turpiter* Harl. 6. 7. al.—23 Schoenborn. 2. *Seu linguas c. a. ceu, &c.* Schoenborn. 3. *Seu causis acuis linguam, seu civica bella.*—29 Vatt. 1. 5. et alii eodd. ap. Lamb. *patriæ cupimus.*—30 *Sit tibi septem et viginti codd.* ap. Feam, Harl. 4. 6. al. *Si tibi* Harl. 1. 2. 3. 7. Vat. 16. Vat. Rom. 8. alii ap. Bentl. Zarot. Venett. 1478. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. Florent. 1482. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. Bassil. 1527. 1531. 1580. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Lamb. Pulm. Torrent. Chabot. Dan. Heins. Delph. Baxt. Bentl. Cuning. Sanad. et recentt. omnes. Bentl. ex ingenio, *curæ est*; ita Cuning. Sanad. Wakef. Wetzel. et Kidd. non vero Chabot. primus dedit *est*, ut asserit idem Cuning.—31 *Quam te conveniat* Angelic. 2. et Muret. *Quam tecum veniat* Alld. 1509. 1519. *Numatius, Numacius, Numantius, Nummatius, Minutius va-*

#### NOTÆ

25 *Prima feres hederæ]* Sive in foro eansas orare, sive consultoribus jura explicare, sive carmina condere vulneris, ubique victor et insignis habebere.

*Hederæ victricis]* In commissionibus et certaminibus ingeniosis victores hedera coronabantur. Vide 1. Od. 1. 29. Dicta est hedera, quod hæreat; vel quod edita petat; vel quia id cui adhæserit edat. In tutela Liberi ptabatnresse, quia ut ille semper juvenis, ita hæc viret: vel quod

ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat. Festus.

Quod si *Frig.* &c.] Amice castigat Flori vitia.

26 *Frigida curarum fomenta]* Ambitio et avaritia curas pariunt infinitas, nutriunt ac fovent: hominemque reddunt frigidum et segnem ad virtutes et studium sapientiæ.

29 *Si patriæ volumus, &c.]* Vide Cie. de Officiis.

31 *Munatius]* Non is est Planens ille Munatius, ad quem est 1. Od. 7.

Gratia nequicquam coit, et rescinditur? At, vos  
 Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat,  
 Indomita cervice feros, ubicumque locorum  
 Vivitis, indigni fraternum rumpere foedus,  
 Pascitur in vestrum redditum votiva juvence.

35

*tius: an concordia haud bene reconciliata dirimatur: verum sive fervidus sanguis, sire rerum imperitia vos exagit animo non erudit immites; profecto non debetis amicitiam fraternalm violare: at quavis in regione versamini, ego vestrum in redditum vitulum pasco Diis ex voto sacrificandam.*



riantes ap. Feam.—32 Vat. Rom. 9. *et res scinditur*. Barberin. 2. Sanad. Cuning. et Francis, *ac rescinditur*. Vat. 2. Vat. Rom. 4. Vat. Palat. 1. Chisian. 5. 6. Barberin. 1. a m. pr. et 2. a m. pr. *At vos*; et est vulgata fere omnium editorum usque ad Bentleium, qui prætulit aliam lectionem etiam plurimum codd. Feæ, Jaeck, et aliorum, *Ac vos*; continuans interrogationem usque ad *feros*. Illum sequuntur Cun. San. Wakef. Wetzel. At alia lectio etiam magis placet Gesnero: quia vehementiorem motum habet, et planior sensus est. *Et vos* Barberin. 1. 2. a m. sec. et Sanad.—33 *Heu c. s. heu rerum* Harl. 1. 2. Schoenborn. 2. 3. 4. nonnulli ap. Feam, Exc. Sax. al. ap. Torrent. et Crnq. præfert Zinzerlingius ad Val. Flac. III. 232. *versat* Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. et Vat. 18. Vid. II. Od. 9. 3. *feros. Ubicumque Bod.*

## NOTÆ

Sunt qui non fratrem Julii Flori, sed familiarem duntaxat fuisse arbitrentur: ‘*foedus*’ vero ‘*fraternum*’ dici posse de amicitia.

33 *Calidus sanguis*] Fervens in juventute, sæpe et facile ebulliens circa cor, iramque faciens et offendit. Est in quibusd. codd. *Heu calidus sanguis, heu rerum inscitia rexat!*

*Rerum inscitia rexat*] Contra rerum

usus et experientia, pariter et doctrina morum, ejusmodi juveniles motus placat, et cohibere docet animum temere effervescentem.

36 *Votiva juvence*] Diis vota et promissa pro felici redditu vestro et incolumitate. Huc forte pertinet quod, ut Tragici hircum, ita Lyrici vitulum seu juvencum solebant mac-tare.

## EPISTOLA IV.

## AD ALBIUM TIBULLUM.

Tibullum sedalem suavi alloquio splatur moerentem. *Baxt.* (Vid. ad vs. 4. *Gesn.*) Videtur Tibullum ad sese invitasse Horatius. Quid agis, inquit, nunc? num carmina scribis, an meditabundus philosopharis? Certe tibi ingenium est præclarum, forma corporis egregia, divitiæ earumque rectus usus, mentis prudentia, facundia orationis, gratia apud principes, gloria, firma valetudo, habitus cultusque vite splendidus et magnificus. Quare vive latus et tranquillus, et, si ridere velis, vise me, qui tanquam Epicureus entem eculo, edo et bibo, nec curæ ullæ animi mei turbant tranquillitatem.

ALBI, nostrorum sermonum candide judex,  
 Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?  
 Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat?  
 An tacitum sylvas inter reptare salubres,  
 Curantem quicquid dignum sapiente bonoque est? 5  
 Non tu corpus eras sine pectore. Di tibi formam,  
 Di tibi divitias dederunt, artemque fruendi.

*Tibulle, bone censor nostrorum sermonum, quid putem agere te modo in regione Pedana? Credamne te componere quod superet opera Cassii Parmensis? an otiosum ambulare in nemoribus amenis; ceterum nihil pratermittentem eorum quae decent virum probum ac prudentem? Atqui tu non corpus es absque mente. Dii elegantem tibi speciem, opesque, et his bene utendi facultatem largiti sunt. Quid*

Epistola prima Libri primi in Ed. Sanad. Inscrifbitur in cod. Bamberg. Ad Albiū Tibullū Elegiarū Scriptorem.—3 Vat. Rom. 9. Cassi Partensis. —4 Aut tacitum Schoenborn. 2. 3.—5 Schoenborn. 2. bonoque, sine τῷ est. Vat. Rom. 1. bonumque.—7 Vat. 3. al. codd. ap. Pnlm. Crug. Torrent. Talbot. et Valart. dederunt; atque ita Aeron, qui notat ‘mediā brevē syllabā.’ Sequuntur edd. Frib. 1536. Muret. Crug. Torrent. Baxt. Bentl. Cuning. Sanad. Gesner. Phil. Batt. Francis. Valart. Comb. Wakef. Wetzel.

## NOTÆ

1 *Albi]* Albius ille Tibullus Equestri familia Romæ natus, eodem tempore quo Ovidius. Ingenii solertia et suavitate, neenon præstanti corporis forma insignis; nobilibus carnis extitit. Elegiarum quatuor libros perelegantes scripsit. Horatio quam familiaris fuerit, patet ex 1. Ode 33. et ex hac Epistola.

*Sermonum]* Satirarum pariter et Epistolarum.

*Candide judex]* Sine invidentia et adulatione. Forte alludit ad nomen ‘Albii.’ Epist. ad Pis. vs. 445. ‘Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes, Culpabit duros,’ &c.

2 *Pedana]* Pedum Latii oppidum fuit, non longe ab urbe Roma. Pedanos simul et Aricinos, Lavinenses, ac Veliternos civitate donatos scribit Livius. In ea porro regione Tibullus prædiūm habebat amœnum et locuples. Quo cum secessisset ad lenientes quasdam curas, ad eum scripsit

Horatius, ostenditque multis donatum muneribus a natura, a Diis, a fortuna etiam, frni debere illis dum liceret per usuram vitæ sensim defluentis, neque solicitor esse oportere.

3 *Cassi Parmensis]* Idem is creditur, de quo 1. Sat. 10. quique ‘Etruscus’ dicitur. Scripsit Tragœdias, Elegias, Epigrammata. De eo sic Vet. Comment. Cassius Parmensis Tribunus militum in partibus Cassii et Brnti fuit. Quibus victis, Athenas se contulit. Quintus autem Varns eo missns ab Angusto ut eum interimeret, studentem reperit: illoque perempto, scrinium cum libris abstulit. Unde multi credidere Thyesten Tragœdiam esse opus Cassii Parmensis.

6 *Sine pectore]* Sine corde, excors, absque animo et ingenio.

*Formam]* Egregia corporis forma præstissime dicitur Tibullus.

7 *Dederunt [dederant]* Hoc eo re-

Quid voveat dulci nutricula majus alumno,  
 Qui sapere et fari possit quæ sentiat, et cui  
 Gratia, fama, valetudo contingat abunde,  
 Et mundus victus, non deficiente crumena?  
 Inter spem curamque, timores inter et iras,  
 Omnem crede diem tibi diluxisse supremum:

*vero nutrix alumno carissimo exoptet melius, quam sapientiam, et quæ sentit posse eloqui, necnon ut favorem habeat, et existimationem, sanitatemque, et victum laudem, et marsupium nunquam vacuum? Quoniam autem virimus inter spem et sollicitudines, inter timores atque indignationes, auctor tibi sum ut unumquemque diem*

Zeun. Kidd. Fea, Bothe, et Jaeck. dederant Harl. 2. 4. 5. 7. Bamberg. *dederunt* Schoenborn. 4. Ceteri *dederint*.—8 *Quid voveat* Vat. 16. Vat. Rom. 8. a m. pr. *Quid reueat* Schoenborn. 3. *matricula* Vat. 1. a m. pr.—9 *Qui sapere* Vat. Rom. 3. a m. sec. Vat. Palat. 3. a m. pr. al. codd. ap. Lamb. Cruq. et Bentl. probant. Lamb. Torrent. Bentl. sequuntur Baxt. Cuning. Sanad. Phil. Sandby. Gesn. Comb. Wakef. Wetzel. Zenn. Kidd. Fea, Bothe et Jaeck. *Quam sapere* Harl. 2. 4. alii codd. ap. Feam. *Quin sapere* in Harl. 3. et ceteris. Item alii, et *fari ut possit*. Pulman. emend. *Cum sapere*. Vat. Rom. 3. a m. pr. *quid sentiat*.—10 Vat. 3. et Vat. Palat. 3. *contingit abunde*.—11 *Et modus et victus* Vat. 1. Vat. Rom. 3. 4. 7. a m. pr. Vat. Palat. 3. 6. Chisian. a m. pr. al. codd. ap. Lamb. Bersm. et Bentl. qui inde ex conj. emendat. *Et domus, et victus*. Bamberg. *crumina*. Boivinus ex conj. *camæna*; inde Sanad.—12 Vat. Rom. 8. et alias cod. ap. Pulf. et iram.—13 *Omnem c. d. t. deluxisse* edit. Princ. Mediol. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Rutgersius ait, pro *occidisse*. Muretus conjecterat *tibid' illuxisse*; archaismo Accio, vel Pacuvio digniore, ut notat Rutgers. et Talbot. De principio diei, non de fine, loquitur Poëta. Cic. Phil. XII. 5. *diluxisse*, pra-

## NOTÆ

ferunt aliqui, *cum pauperior jam factus esset Albius*: alii explodunt, constanterque legunt, *dederunt*; penultima licenter correpta. Ut et apud ipsum Tibul. II. Eleg. 5. ‘*Hæc fuerunt olim,’ &c. pro, ‘fuerant’* apud Lucret. lib. v. et Æneid. III. ‘*constiterunt*,’ ubi vulgo ‘*constitent*:’ certe consentiunt de Virgil. Ecl. IV. ‘*Matri longa decem tulerunt fastidia menses.*’

*Artemque fruendi] Oeconomiae scientiam et peritiam.*

8 *Quid voreat dulci nutriculu, &c.]*

Persius de his fuse Sat. II.

9 *Et cui [utque] Leg. al. et cui.*

10 *Gratia] Apud magnates. Mes-*

*sala Corvinus mire Tibullum fovit: pariter Messalam Tibullus celebravit. Ipse testis eo disticho: ‘Hic jacet immitti consumitus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturque mari.’*

*Fama] Apud omnes. Ovid. ‘Do nec erunt ignes arcensque Cupidinis auma, Dicentur numeri, culte Tibulle, tui.*

11 *Mundus victus] Noster II. Sat. 2. ‘Mundus erit qui non offendet sordibus, atque In neutram partem cultus miser.’*

12 *Inter spem curamque, &c.] His enim vita mortalium perpetuo conflictatur.*

Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.

Me pinguem et nitidum bene curata cute vices,  
Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum.

15

*ultimum tibi lucere existimes. Sic enim jucundum tempus accedit minime speratum. Certe me succi plenum et corpore egregie culto fulgentem videbis, immo, si jocari velis, suem ex hara Epicuri.*

ter codd. legit etiam Joan. Sarisb. Polierat. II. 26.—14 Schoenborn. 4. *qua sperabitur, sine non.*—15 Schoenborn. 4. a m. sec. in litura, *cute vices.*—16 'Mcibom. ad Laërt. x. Segm. 132. conj. *de grege parcum*, quem laudat Brucker. Hist. Philos. Per. II. part. I. lib. I. cap. 2. sect. I. § 3. oppido inscite, et insipiente. Præter MSS. omnes, et editiones, *porcum* etiam legebatur S. Hieronym. contra Jovin. II. 12. tom. II. col. 342. edit. Veron. et eo spectabat æque c. 36.' Fea.

## NOTÆ

14 *Grata superveniet*] Gratiora sunt quæ non expectata superveniunt bona, acceduntque insperata.

15 *Me pinguem*] Se qualis reapse erat pingit Horatius, obesulum, et cultus corporis studiosum.

16 *Epicuri de grege porcum*] Abdومini et voluptatibus ulti indulgen-

tem. Cie. in Pisonem: 'Epicure noster ex hara producte, non e schola.' Apud Athen. VII. 5. non obscure dicit, sed alta voce clamat Epicurus: 'Quod bonum sit nullum agnoscere præter voluptatem ex gustu et Veneri.' Contra tamen sensisse Epicurum, vide in Not. II. Sat. 4. init.

## EPISTOLA V.

## AD TORQUATUM.

Manium Torquatum invitat ad cœnam. *Baxt.* Morosus prorsus sit necesse est, cui hoc Horatii convivium non placeat. Vinum enim haui contemnendum, idque non parce apponitur; est pura et munda supelix, tempus opportunum, sermones faceti, delectus convivarum fidorum et bene convenientium.

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis,

*Si conviva potes accumbere in toris retustis, nec abhorres edere quodvis olus e*

Epistola secunda Libri secundi in Ed. Sanad.—I Archiacis multi codd. ap. Feam, Harl. I. 3. 4. 6. 7. Gott. Exc. Sax. alii ap. Lamb. Pulf. Torrent. Gesn. Valart. et Oberlin. item edd. Jnt. 1503. Venett. 1509. 1546. 1552. Ald. 1509. 1519. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. Fabric. defendant Turneb. Advers. I. 18. Bentl. et

## NOTÆ

1 *Si potes*] Si frugalis et tenuis cœ-

*Archaicis] Ἀρχαϊκὸς, antiquitatem redolens, antiquum morem, antiquum*

næ apparatus tibi placere potest.

Nec modica cœnare times olus omne patella;  
 Supremo te sole domi, Torquate, manebo.  
 Vina bibes, iterum Tauro diffusa palustres  
 Inter Minturnas Sinuissanumque Petrinum.

5

*tenui patina, o Torquate, expectabo te domi occidente sole. Potabis vinum Tauro iterum consule in cados fusum, inter Minturnas paludosas et Petrinum Sinuissanum.*

Odinus in Misc. Obss. Crit. tom. v. p. 428. seqq. sequuntur Anon. Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cuning. Sanad. Gesn. Phil. Sandby. Palart. Batt. Oberlin. Comb. Wakef. Wetz. Zeun. Dorigh. Fea. Kidd. Bothe. Jaeck. et Döring. Archaicis Harl. 2. Vatt. tres. Angelic. 1. 2. 4. Barberin. 2. Vallicel. 3. 4. alii codd. ap. Pulm. Lamb. Cruq. Torrent. Valart. et Oberlin. item edd. Zarot. Mediol. 1476. 1477. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Lips. 1499. Ald. 1501. Muret. Chabot. Dan. Heins. Delph. al. ‘quod non bene defendant Lamb. Cruq. et Dacer.’ Fea. Schoenborn. 2. *recondere tectis*.—2 Bamberg. *holus omne*.—3 Schoenborn. 4. *tocate manebo*, sed a m. sec.—5 *Inter Micturnas* Schoenborn. 2. *Minturnas inter Cuning. Sinuissanum Petrinumque* Schoenborn. 4. *Patrinum* Barberin. 2. Vid. Cic. Fam. vi. 19.

## NOTÆ

*simplicitatem et rusticitatem referens*, non solum in moribus, sed etiam in fabrefactis. Gall. à la vieille mode: quo sensu hic usurpatur. Apage qui ab Archea vel Archia humili fabrovananam etymologiam expiscantur.

*Conviva recumbere lectis*] Ad mensam accumbere tricliniaribus in lectis antiquo modo fabricatis e rudiiori materia,

**2** *Olus omne*] Durum olus, ‘betam plebeiam,’ Pers. Sat. iii. 112.

**3** *Supremo sole*] Sub vesperam. Perperam aliqui altissimum solem accipiunt, afferuntque illud ex ii. Sat. 8. ‘de medio potare die;’ nec enim hora ista conuenit frugali cœnæ: adie quod sequitur de ‘æstivæ noctis benigno sermone.’


*Torquate*] Estne is L. Manlius ipse Torquatius, causarum quidem patronus? ad quem est iv. Ode 7. Theod. Marcilius: ‘Euge,’ inquit, ‘sic mortuum vocat Quintus scilicet.’ Inteligit vero Q. Nonius Asprenatem, qui et Torquatns sit appellatus; Augustoque ‘junctus arctius’ dicitur.

Sueton. Octav. cap. 56. vide ibid. cap. 43. ubi sic habetur: ‘In hoc ludicro C. Nonium Asprenatem lapsu debilitatum aureo torque donavit: passusque est ipsum posterosque Torquati ferre cognomen.’

**4** *Vina bibes*] Nec generosa; quippe e palustribus Minturnis: nec vestitatem insignia; nam annis superioribus fusa in amphoras.

*Iterum Tauro*] Consulum nominibus solita notari vina, alibi dictum est. Vide i. Od. 20. et ii. Od. 3. Porro T. Statilius Taurns homo novus, ut et Agrippa; sed Angusti amicitia, victoque in Sicilia Lepido, rebusque mox in Africa gestis, unde et triumphum meruit; amphitheatro etiam exstructo fuit clarissimus. Consul primo fuisse dicitur an. U. C. 717. secundo vero an. 728. cum Horatius annum ætatis ageret 40. ant circiter. Neroni nupsit ejus abneptis Statilia Messalini.

**5** *Minturnas*] Hæc olim fuit urbs Latii satis culta, prope ostia Liris fluvii, in planicie: ubi amphitheatre-



**Sin melius quid habes, arcesse, vel imperium fer.  
Jamdudum splendet focus, et tibi munda supellex.**

*Quod si habes aliquid melius, affer; relissa exequere. Jam pridem accensus est  
meus ignis, meaque supellex tui gratia nitescit. Intermitt curam rerum futilium,*

\*\*\*\*\*

—6 *Si melius* plurimi codd. ap. Feam, Harl. 6. alii ap. Lamb. Pulm. Crnq. Talb. edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1495. 1509. 1573. Junta 1503. Bentl. Cun. San. Sandby. ‘Sed, hisce non obstantibus, alia lectio aliorum MSS. et editorum preferenda est, ut magis Latina, *Sin melius*; id est, ‘si vero,’ ‘si non,’ ‘si aliter,’ quæ fere semper occurrit apud Scriptores, ubi in prima sermonis parte *Si* habetur; et in secunda est sensus oppositio; nempe in apodosi post aliam conditionem. Exempla abunde afferuntur in Lexicis.’ *Fea.* *arcesse* viginti codd. ap. Feam, omnes Lambini, et Pulmanni, alii ap. Torrent. et Gesn. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Venett. 1481. 1483. 1486. 1490. 1509. 1514. Florent. 1482. Lips. 1499. et præsertim post Lambinum omnes alii edd. fere ad unum. *accerse* quatuordecim ap. Feam, alii ap. Talbot. edd. Zarot. Mediol. 1476. 1477. Venett. 1477. 1478. 1479. 1509. 1546. 1552. 1557. Alld. 1. 2. 3. Junct. 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lngd. 1538. Muret. R. Steph. et Mareil. *arcesse* Chisian. 5. ‘A vett. Gramm. ad reeentt. a Lamb. ad alios Horatii Edd. et ad omnes Lexicogr. et criticos, præsertim Dausq. et Cellar. in Orthogr. varie disputatur de h. v. orthographia. Plures consentinnt in prima tantum retinenda; quod nos tute approbamus auctoritate Verri Flarei, Horatio coævi, in cuius Kalendario, *Præneste* reperto an. 1773. ap. Foggin. p. 43. legimus: QVOD MATER. MAGNA. EX. LIBRIS. SIBVLLINIS. ARCESSITA. LOCVM. MVTAVIT. EX. PHRYGIA. ROMAM.’ *Fea.*—7 ‘Hic versus anteponitur sequenti in Angelie. I. et recte: ut patet vel ex ipso contextu, in quo ita post cœnam modum, Horatius munditiem policet. Quod non advertentes Interpretes, disputant, hinc Britanniens, Lambinus, Sanadonus, Dorighellus, Zenoius, contendentes, in versu sequenti sensum esse: *Vel arcessere vinum, quod habes, melius meo,* id est, *jube tecum afferri ad me;* vel patere tibi meum ministrari, id est, *ntere eo vino, quod tibi apponam.* Illinc alii apud enndem Lambinum, (quibus accedunt Dacer. Baxt. Batt. alii,) locum explicant: *Si quid aliud melius habes in cœnam, quam quæ ego habeo, voca me domum tuam;* vel domi meæ contentus esto iis, quæ tibi apponentur. Hoc secundum revera sibi velle poëtam, clarus patet ex generico *quid*, quod signate ad unum, nempe ad vinum referri nequit, ut infra 1. Epist. 15. 44. sed legendum esset *quod.* Nec video, quare de solo vino ipse concertaret, non etiam de aliarum rerum

#### NOTÆ

trum et aquæductus. Horum reliquiæ adhuc visuntur: de urbe vero superstest parva turris cum taberna duntaxat. Non longe aberat ingens palus, in qua latuit Marius a Sylla profligatus. De quo Juvenal. Sat. x. 276. ‘Exilium, et carcer, Minturnarumque paludes.’

*Sinuessa* *numque Petrinum*] Montem aiunt esse urbi Sinuessa immimentem; ubi modo oppidum cum arce, apud Sinuessam excisam, vul-

go, *Rocca di monte Dragone*. Alii dicunt fuisse vicum agri Sinnessani, qui celebris erat vini non quidem bonitate, sed copia. Sinnessa vero, antea *Sinope*, in ora ubi Massicus mons desinit, inter ostia Liris et Vulturni fluminum.

6 *Imperium fer]* Quidam interpretantur: Tu me fac regem convivii: quod mihi quidem absurdum videatur.

7 *Splendet focus, &c.]* Ad convivium

Mitte leves spes, et certamina divitiarum,  
 Et Moschi causam : cras nato Cæsare festus  
 Dat veniam somnumque dies ; impune licebit  
 Æstivam sermone benigno tendere noctem.  
 Quo mihi fortunam, si non conceditur uti ?

10

*ac labores pro opibus, atque Moschi defensionem. Dies crastina Cæsaris natalibus sacra indulget licentiam dormiendi: fasque erit noctem æstivalem gratis colloquiis traducere. Quid opes juvant, si non licet his frui? Si quis parce vicitat nimisque*

exiguitate.' *Idem.* Cod. Angelic. 1. sequuntur Fea, Bothe, et Jaeck.—  
 8 *Mitte lenes spes* Schoenborn. 4.—9 *Et causas Moschi* Schoenborn. 3.—  
 10 Schoenborn. 4. *supremumque dies.*—11 Vat. Rom. 7. Angelic. 3. a m. sec.  
 Schoenborn. 2. edd. Zarot. Mediol. 1476. Venett. 1478. 1479. 1483. 1486.  
 1490. 1492. 1495. 1509. Florent. 1482. Lips. 1499. et R. Steph. *extendere noctem.* Vat. Palat. 3. *ducere noctem.* Alii codd. et edd. omnes a Bentl. *tendere noctem.*—12 *Quo mihi fortuna Gott. Exc.* Sax. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4.  
 multi codd. ap. Feam, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Zarot, et vulgg. Ita etiam Dan.  
 Heins. ad Claud. Rufin. 1. 47. *Quo mihi fortunæ Chisian.* 6. a m. pr. et nota  
 Ms. a manu antiqua in ed. pr. Bibl. Vat. *fortunæ* pl. num. pro dñvitiis ut passim  
 ap. Scriptt. et in Lexicis. Cf. Ovid. Amor. III. 7. 49. *fortunai* mallet  
 Theodor. Marcil. ex vet. script. *fortuna est* Vat. 9. Barberin. 2. alii codd. ap.  
 Cruq. Talbot. et Valart. item Ald. 1501. et Britann. 1520. *Quo fortuna mihi*  
 cod. ap. Oberlin. ut in var. lect. ap. Ovid. Amor. II. 19. 7. *Quo mihi fortunas*  
 ex conj. Muret. Lamb. H. Steph. Cruq. Dacer. Cuning. Anon. Traj. ad Rhen.  
 1713. Sanad. Phil. Francis. Dorigh. et Paulinus Neap. 1796. Q. m. *fortunam*  
 Vat. 18. a m. pr. al. codd. apud Lamb. Cruq. Val. sequitur Bentleius ex aliis  
 MSS. inde Sandby, Wakef. Wetzel. et Zeunius. 'Fortunam autem, inquit Bentleius,  
 singulari numero mallem, quia sequitur uti. Ita Livius xxxiii. 12.  
 'Quæ utraque proclivia esse, si fortuna uti vellet.' Virg. ix. Æn. 240. 'Si  
 fortuna permittitis nti,' et Noster i. Sat. 9. 45. Sed non vidit, ibi de For-

## NOTÆ

parandum, coquendasque dapes.

8 *Mitte leves spes]* Omitte paupulam solitas occupationes molestas, sive pro dñvitiis, sive pro fama et honoribus, sive pro defensione clientium tuorum.

9 *Moschi]* Is fuisse Rhetor Græcus refertur origine Pergamenus, qui beneficij reus a Torquato defendebatur.

Crus nato Cæsare festus] Cras justitium est, ob natalem Cæsaris: ac proinde silentibus judiciis ac strepitu forensi, dormire in multam lucem, et epulari, et hilaritati vacare licebit.

Nato Cæsare] Accipiunt vulgo de

natali Angusti, qui cum in Septembri sit circa finem, ex Suetonio; ad rem præsentem non facit admodum. Malim igitur cum quibusdam intelligere natalem Julii Cæsaris, qui Julio quidem mense habet 'noctes æstivas.' Vide Macrob. Saturn. I. 12. Dion. lib. XLIV.

11 Æstivam sermone benigno tendere noctem] Noctem æstate breviorem extendere seu protrahere sermonibus prolixis, familiaribus, jucundis.

12 *Quo mihi fortunam [fortunas]* Ita Muretus aliquique deinceps. Habent tamen codices plerique, *Quo mihi fortuna?*

Parcus ob hæredis curam nimiumque severus  
 Assidet insano. Potare et spargere flores  
 Incipiam, patiarque vel inconsultus haberi.  
**15**  
 Quid non ebrietas designat? opera recludit;  
 Spes jubet esse ratas; in prælia trudit inertem;  
 Sollicitis animis onus eximit: addocet artes:

*tristis, hæredum causa; ille stulto proximus est. Ego vero contra, hoc magis bibam, et spargam flores, nec verebor etiū temerarius vocari. Ecquid vinolentiu non efficit? detegit occulta; firmam dat fiduciam; incremem impellit ad certamina; anxie mentis agitudinem discutit; artes docet. Scyphi abundantes quem non red-*

-----  
 tuna Dea, vel sorte agi propitia; non de divitiis. Et qui fortunam, et qui fortunas præferunt, subintelligunt optem: sed cum, quo miki, sit per Enallagen personæ, ut notant Baxt. et San. pro, quo tibi, eleganter, et indirecete; nimis Torquato jam diviti, de divitiis certanti, non divitiarum desiderium; sed divitiis ipsas objicit Poëta.' *Fea.* Q. m. fortunam etiam N. Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. 11. 53.—14 *Potare, spargere Cuning. ex ingenio. Portare Vat. Rom. 4. Angelic. 1. a m. pr.—16 Vat. 1. Vat. Rom. 1. 2. 4. 5. et Bamberg. dissignat. Barberin. 2. resignat.—17 Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. et omnes codd. ap. Feam. ad prælia; ita etiam alii apud Pulm. Talb. Val. Oberl. Combe, nota Ms. a manu antiqua in edit. Aldi 1519. Bibl. Barberinæ, edit. Venn. 1479. 1481. 1490. 1495. 1509. Lips. 1490. Junta 1503. Bad. Ascens. Bentl. Cun. San. Sandby, Dorigh. in prælia ceteri. dicit Chisian. 5. inertem Gott. Exc. Sax. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Vatt. 2. et 3. a m. pr. Vat. 4. Vatt. Rom. 1. et 2. a m. pr. Vatt. Rom. 3. 5. 7. 8. Vat. Palat. 6. Barberin. 1. a m. pr. Angelic. 1. alii MSS. apud Pulm. Cruq. Talb. Gesn. dicta nota Ms. revocavit in textum Talbot, inde Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Phil. Sandhy, Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. et Zeun. 'Vera lectio, et sententiæ Horatianæ magis consentanea, ut notat ipse Talbot; quam vulgata illa in prælia trudit inertem; cum censendus sit poëta, id potius landi tribuisse ebrietati, multa, ut sibi videtur, egregia designanti, quod inertis virtutem; quam quod inertis ad pugnam accedenti temeritatem injecerit. Inertia, et virtus, seu strenuitas, opponuntur. Cic. 1. de Lege Agr. contra Rull. cap. 1. Tacit. 1. Hist. 46. Boëth. de Cons. iv. in fine. Vid. iv. Od. 9. 29. seq.' *Fea.*—18 Schoenborn. 4.*

#### NOTÆ

**13** *Parcus ob hæredis curam]* Quisquis sumtui parcit, geniumque defrandat, ut majores hæredibus opes relinquat, insanit prope.

**14** *Spargere flores Incipiam]* Splendide cœnam apparabo, atque in seunda mensa de more flores inspergam.

**16** *Designat]* Non. Marcel. 'designare,' est, cum nota et ignominia aliiquid facere. Donat. in Terent. A-delph. ad eas voces: 'modo quid designavit?' est, inquit, novum quid

moliri seu malum seu bonum.

**17** *Spes jubet esse ratas]* Noster III. Od. 21. 'Tu spem reducis mentibus anxiis.' Vide ibi, item iv. Od. 12.

*Inertem [inermem]* Al. inertem, loco mox citat. 'Viresque et addis cornua pauperi, Post te nec iratos trementi Regum apices, neque militum arma.'

**18** *Sollicitis animis onus eximit]* Hinc Liber dictus Bacchus.

*Addocet artes]* Sen quia vinnum moderate sumptum acnit ingenium; sive

Fœcundi calices quem non fecere disertum ?	
Contracta quem non in paupertate solutum ?	20
Hæc ego procurare et idoneus imperor, et non	
Invitus ; ne turpe toral, ne sordida mappa	
Corruget nares ; ne non et cantharus et lanx	
Ostendat tibi te ; ne fidos inter amicos	
Sit, qui dicta foras eliminet ; ut coëat par	25

diderunt eloquentem? quem non liberalem vel in angusta inopia? Certe aptus et non repugnans ego ista jubeor curare, ne toral immundum, ne mappa illotu nares faciat contrahi; ut vasa et patine te tibi repräsentent; ne inter familiares reperiatur qui dicta exportet extra; ut pares congregentur. Porro conviras tibi dabo Bru-

honus eximit. Var. lect. ap. Feam ac docet.—21 *Hæc egoque Schoenborn.* 4. sed que a m. sec. imperare Schoenborn. 3.—22 *Invitus, nec turpe toral, nec var. lect. ap. Feam, non turpe Schoenborn.* 3.—23 Schoenborn. 2. 4. et var. lect. ap. Feam, nec non. Schoenborn. 2. *lans.* Hic vs. est a m. sec. in marg. tantum Schoenborn. 2.—24 *Ostendat Vat. 7.* Ostendat Schoenborn. 4. cum gloss. Ostendat.—25 Vatt. Rom. 1. 9. *foris.* Vat. Rom. 4. a m. pr. et Angelic. 1. a m. pr. eliminat.—26 *Butram* plurimi codd. ap. Feam. al. ap. Pulm. Torrent. Bentl. Gesn. et Valart. Commentator Cruq. edd. Mediol. 1476. et Venett. 1479. 1481. reduxit in textum Bentl. inde Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cuning. Sadan. Francis. Valart. Gesn. Bipont. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetz. Zenn. Kidd. Fea, Bothe, Jaech, et Döring. Alius *Butra* occurrit ap. Grut. Inscript. p. 1071. 1. *Butrum, Bilram, Brutam, Brutram,* variantes ap. Feam.

## NOTÆ

quod ebrii plusulum sunt jaetabundi, seque omnia scire prædicant, in epte quidem.

20 *Solutum*] Vel ab omni solicitudine paupertatis liberum, vel prodigum in ipsa paupertate.

21 *Idoneus, et non Invitus*] Erat enim Horatius agilis, hilaris, necnon immunditiae perquam studiosus.

22 *Ne turpe toral*] Ne tori senecti tricliniares offendant convivas sordibus. Vid. II. Satira 4. sub finem.

*Ne sordida mappa*] Ne dum manus abstergunt convivæ inter edendum, mappæ immunditia fastidium pariat et nauseam, quod naribus corrugatis significatur. Vide locum mox citat. II. Sat. 4.

23 *Cantharus et lanx Ostendat tibi*

*te]* Vasa tam sint nitida, ut quasi speculum imaginem tuam reddant exhibeantque.

*Cantharus*] Vas vinarium speciem referens scarabæi, qui κάνθαρος Græce dicitur: tali poculo usus Bacchus, ipsi proinde sacro. Meminit Macrobius. pariterque Athenæus. Item Plin. XXXIII. 11. ‘C. Marius post victoriā Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur.’ Arnob. sub finem lib. vi. ‘Quid in Liberi dextera pendens potioris cantharus?’ magnum ansatumque indicat Virgil. Ecl. VI. 17. ‘Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.’

25 *Sit, qui dicta foras eliminet*] Ne quis extra limen domus efferat, effundiat, evulget, quæ inter potandum dicta liberius fuerint: ex quibus te-

Jungaturque pari. Butram tibi, Septiciumque,  
 Et nisi coena prior potiorque puella Sabinum  
 Detinet, assumam : locus est et pluribus umbris :  
 Sed nimis arcta premunt olidae convivia capræ.  
 Tu quotus esse velis, rescribe ; et rebus omissis,      30  
 Atria servantem postico falle clientem.

*tum et Septimum, Sabinum quoque, dummodo non detineat eum cena prior et amica potior. Est etiam locus multis comitibus. At in convivio nimis constipato caprinus faetor molestus est. Tu rescribe quotus esse cupias. Mox autem negotiis abjectis per fores posteriores fuge clientem in atrio stantem.*

\*\*\*\*\*

—26 *Septiciumque* plurimi codd. ap. Feam, al. ap. Pulm. Cruq. Bentl. item Commentator Cruq. edd. Zarot. Alld. 1. 2. 3. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venett. 1546. 1575. R. Steph. Muret. Bentl. Baxt. Cuning. Sanad. Francis. Phil. Gesn. Zeun. Bipont. Valart. Oberlin. Comb. Wakef. Wetz. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. Septicii passim occurunt apud Scriptores, et in Inscriptt. *Septiniumque* multæ edd. vett. *Septiniumque* in ceteris.—27 *At nisi* Vat. Rom. 8. a m. pr. *Et, ni* Cuning.—28 Variantes ap. Feam *ad summum*, et *ad summum*. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. *ad summam*. Schoenborn. 2. *est pluralibus umbris*.—29 *Sed minus* Barberin. 2. Vid. 1. Sat. 5. 6.

#### NOTÆ

mere invidia confletur. Apud Lace-dæmonios, inquiunt, publica intrantibus convivia, aliquis senior ostendens fores ita monebat : ‘Per has ne verbum ullum egrediatur.’

*Ut coëat par]* Hinc enim jucundior fit sermocinatio.

26 *Butram* [*Brutum*] *tibi, &c.*] Non unus est qui legat *Brutam* : at hinc bruti nomen mercatur, meo quidem judicio.

28 *Umbris*] De his conviviorum sectatoribus, 11. Sat. 8.

29 *Sed nimis arcta prem.*] Ubi plures sunt convivæ, axillarum gravis odor creat nauseam. Vide Epod. xii.

30 *Tu quotus esse velis rescribe]* Dic quot velis tibi sodales et convivas. Varro dicebat convivarum numerum

incipere oportere a Gratiarum numero, et progredi ad Musarum ; id est, proficisci a tribus, et consistere in novem, &c. quæ lege apud Gell. XIII. 11.

31 *Postico]* Plautus ‘posticum’ dicit, sub. ostium. Petronius ‘posticulam,’ sub. januam. Gall. *porte de derriere*. Virgil. Æn. II. 453. ita rem explicat : ‘Limen erat, cæcæque fores, et pervius usus Tectorum inter se Priami, postesque relicti A tergo.’

*Clientem]* Moschum, vel alium, qui in atrio te observat alloquendi cupidus. Hunc autem falle egrediens per januam posteriorem, et veni ad me.

## EPISTOLA VI.

## AD NUMICIUM.

Vita beata constat externorum contemtu. *Buxr.* Numicius videtur homo fuisse in vita genere et instituto probando ac sectando admodum inconstans et morosus. Quare docet Horatius, ad vitæ tranquillitatem pertinere nihil admirari, nec quicquam magis ab illa abhorrire, quam in rebus appetendis fugiendisque fluctuare. Quodsi in virtutis admiratione excedi potest modus; quid futurum est in vasis argenteis, statuis, vestibus, honoribus, opibus et divitiis admirandis et nimis appetendis? Ad animi igitur tranquillitatem tuendam opus est, nt in optimo, quod quidem visum fuerit tibi, servando et sectando sis constans et stabilis. Quodsi virtus te beatum reddere et servare potest; virtutem cole, ceteris omissis studiis. Si fieri potest, ut in divitiis vita felicitatem posneris; has unice sectare et ange quantum potes. Si honores tibi visi fuerint animi tranquillitatem afferre; honoribus omnem adhibe curam et operam. Si in mensæ gulæque deliciis summum posueris bonum; tanquam tribu motus et impotentes Ulyssis socii hoc voluptatis genus sectare. Si denique nihil sine amore jocisque jucundum putaveris; vive in amore jocisque.

Nil admirari prope res est una, Numici,  
Solaque, quæ possit facere et servare beatum.  
Hunc solem, et stellas, et decadentia certis

*O Numici, nihil mirari, est unica fere et sola res, quæ possit beatum efficere et servare. Reperiuntur homines, qui nulla trepidatione affecti contemplantur solem*

Epistola quinta Libri primi in Ed. Sanad. Inserbitur in cod. Bamberg.  
*Ad Numicum*; qui codex tamen vs. 1. habet *Numici*.—3 *Nunc solem Zarot.*

## NOTÆ

1 *Nil adm.*] ‘Admirabilis Epistola,’ inquit Parthenius; ‘erudita,’ Torentrius; ‘aurea,’ Landinus. Sane ‘admirabilis,’ quæ nihil stulte mirari, luculenter et mire docet: ‘erudita,’ quæ Philosophiæ moralis et Stoæ mysteria reconditissima clare exhibet, atque solerter insinuat: ‘aurea,’ quæ ‘aureæ mediocritatis’ ac veræ virtutis imaginem eleganter adumbrat.

*Nil admirari*] Non percelli admiri-

ratione illa fatua, e qua nascitur cupiditas, vel timor, animum perinde torquentes. De ea i. Epist. 1. 47. Stultæ illi admirationi virtutem contrariam Democritus vocabat ἀθαυμασίαν.

*Numici*] Numicia gens Romæ patricia.

3 *Decedentia certis Tempora momentis*] Conversiones astrorum, indeque natas mutationes, temporum vices, ac tempestatum varictates, &c.

Tempora momentis, sunt qui formidine nulla  
 Imbuti spectent : quid censes munera terræ ? 5  
 Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos ?  
 Ludicra quid, plausus et amici dona Quiritis ?  
 Quo spectanda modo, quo sensu credis et ore ?  
 Qui timet his adversa, fere miratur eodem  
 Quo cupiens pacto : pavor est utrobique molestus : 10  
 Improvisa simul species exterret utrumque :

*hunc, et stellas, et tempora certis horis abeuntia. Quid putas de terræ donis? quid de muneribus maris ultimos Arabas Indosque locupletantis? quid de ludis, et applausu ac muneribus Populi Romani farentis? Quo animo, quo iudicio vultuque aspi-cienda hæc putas? Certe qui formidat istis contraria, eodem modo afficitur, quo is qui ea desiderat. Atque in utroque trepidatio est æque molesta; cum insperata*



*decidentia* Vat. Rom. 4. *descendentia certis* Schoenborn. 2. 4.—5 Duo Vatt. Barberini. 1. unns cod. ap. Pulf. edd. Venett. 1478. 1486. Cuning. et Sanad. *spectant.*—6 *Arabes plurimi codd. ap. Feam, et Schoenborn.* 4.—7 *Ludicra et plausus Zarot.*—8 Vat. Palat. 6. *spectatu.*—9 Duo codd. ap. Valart. *fere is mi- ratur.* Schoenborn. 2. *mutatur codem.*—10 Multi codd. ap. Feam, alii codd. apud Lamb. Pulf. Crnq. Torr. Talb. Val. Acron. Commentator Cruquianus, edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1490. 1492. Lips. 1499. *utrobique;* restituit Lamb. inde Crnq. Bond. Baxt. Bentl. Cun. San. Sandby, Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. Zenw. *utrique* Vat. 9. alii MSS. apud Torr. Talb. Val. edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1495. 1509. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Chabot. Torrent. D. Heins. Delph. Talbot. Pine. Dacer. Phil. et Batt. *in utroque* Vat. 4.—11 Markt. in Epist. Crit. p. 115.

#### NOTÆ

4 *Formidine nulla Inbuti]* Quod si intrepidi spectent cœlestia, certe multo magis terrena.

Rom. ‘qui dabat olim Imperium, fasces, legiones, omnia.’ Juvenal. Sat. x. 78.

5 *Munera terræ]* Aurum, argentum, &c.

8 *Quo sensu]* Stoici dicebant perturbationes omnes opinione constare.

6 *Arabes]* De his 1. Od. 29. 11. Od. 12.

9 *Ore]* Fronte, oculis, affectus demonstrantur ut plurimum.

7 *Ludicra]* Victoriam in Indis, quæ magni olim habita.

10 *Pavor]* ‘Metus est mentem loco movens.’ Cie. Tuscul. IV.

*Plausus]* Benevolentiam populi significatam publice, vel assurgendo, vel consulutando, vel acclamando, vel applaudendo. Vide 1. Od. 20.

11 *Utrisque [utrique] molestus]* Al. *utrobique:* cnpienti ac timenti; timens enim vexatur dolore mali futuri: cnpiens autem desiderio boni absentis.

*Dona Quiritis]* Honores et magistratus delatos per suffragia populi

11 *Improvisa simul species exterret*

Gaudeat, an doleat; cupiat, metuatne; quid ad rem,  
 Si, quiequid vidit melius pejusve sua spe,  
 Defixis oculis, animoque et corpore torpet?  
 Insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui,                   15  
 Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.  
 I nunc, argentum et marmor vetus, æraque et artes  
 Suspice; cum gemmis Tyrios mirare colores:  
 Gaude quod spectant oculi te mille loquentem:  
 Guavus mane forum, et vespertinus pete tectum;           20

*species utrumque perturbat; seu læctetur, seu mæreat, seu cupiditate seu formidine percellatur. Quid autem ad propositum, si cum aliquid aspicerit fortunatus aut infelicius quam sperabat, oculos tenet immotos, atque mente simul et corpore obstupescit? Virtutem ipsam si quis nimium expetat; sapiens desipere; justus injustus esse existimabitur. I modo, admirare argentum, et retus marmor, et fabrefacta ex aere; purpuram et gemmas concupisce: latare quod te dicentem mille oculi attendunt: mane forum frequenta sedulus, ac sero domum redi, ne Mucius plus tritici,*

conj. exercet utrumque; et ita Barberin. 2.—12 Vat. Palat. metuatne; ita edd. Zarot. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1509. 1573. Junta 1503. Aldus 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. D. Heins. Bond. metuataque Vat. 16. alii MSS. apud Pult. metuat cupiatne Vat. 19. metuat nequid ad rem Bamberg.—13 Quidquid si Schoenborn. 3. Vox quicquid deest in Schoenborn. 4.—15 Insani nomen sapiens Vat. Rom. 1. Angelic. 2. Bodon. *Insani sapiens nomen in ceteris. sceret* Vat. Rom. 2. 7. a m. sec. Chisian. 5. Barberin. 1. a m. sec. et Vallicel.—16 Ultra quot Schoenborn. 2. petit Schoenborn. 3.—17 Vat. 1. a m. pr. *argentum marmor.*—18 Suscipe Schoenborn. 3.—19 Chisian. 5. Angelic. 1. a m. sec. et Vallicel. 2. spectent.—20 Bamberg. Navus. Schoenborn. 2. 3. *forum, vespertinus, sine*

## NOTÆ

*utrumque]* Seu species boni præsentis insperata, quæ nimio gandio exanimat etiam interdum: seu species mali præsentis tristitiam creans eo graviorem, quo minus expectabatur. Unde exoritur stupor, torpor, ægritudo, mentis alienatio, &c.

12 *Quid ad rem?*] Quid ad felicitatem, quam modo rem investigamus?

17 *I nunc, &c.]* Si res bonas, si virutatem ipsam ultra quam satis est expetere, stultum est; an licebit enpide scrutari metalla, vasa, lapillos, purpuram; immo famam, celebritatem nominis, opes, honores? &c.

18 *Tyrios colores]* Vide II. Od. 18.

*Delph. et Var. Clas.*

8. ibique Not. Item III. Od. 29. in fine.

20 *Gnarus mane forum, &c.]* Vel primo mane forum negotiantum pete; ibique exerce quod ‘Janus summus ab imo Perdocet:’ hoc est, fœnore divitias accumula. 1. Epist. 1. 54. Item II. Sat. 3. vel, forum judiciarium frequenta, et causis agendis quæstum fac. Martial. ‘Dives eris, Romæ si causas egeris.’

*Vespertinus pete tectum]* Diem totam lucro faciendo consume: nec domum redi nisi sero et sub vesperam.

*Horat.*

Ne plus frumenti dotalibus emetat agris  
 Mutus, et (indignum, quod sit pejoribus ortus)  
 Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi.  
 Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas ;  
 Defodiet condetque nitentia. Cum bene notum      25  
 Porticus Agrippæ, et via te conspexerit Appi,  
 Ire tamen restat Numa quo devenit et Ancus.  
 Si latus aut renes morbo tentantur acuto,

*quam tu, colligat ex agris dotalibus: quippe indignum est ut ille ignobiliori stirpe genitus a te suspiciatur magis, quam tu ab illo. Quodcumque abditum in terra delitescit, id tempus exprimit in apertum; infodiet autem et occultabit conspicua. Sic postquam porticus Agrippæ et via Appia te spectaverit valde illustrem; attamen superest ut pergas eo, quo Numa et Ancus tandem ierunt. Age vero, si latus aut*

*trœ et.—21 Nee plus Vat. 15. et Chisan. 5.—22 Mutus et plurimi codd. ap. Feam, alii MSS. apud Pilm. Talb. Bentl. omnes Crnq. et Torr. edit. Med. 1476. Venu. 1478. 1479. 1481. 1483. 1495. Flor. 1482. Aldus 1501. revocavit in textum Bentl. inde anonymous Trajecti ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Gesn. Phil. Val. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Wetzel. et Zenn. Al. *Mutius* *indignum*, vel *Mutius et indignum*.—22 Vat. 19. *quid sit*.—23 Schoenborn. 3. *miserabilis*.—24 Bamberg. *in apertum*. Schoenborn. 2. *conferat ætas*. Schoenborn. 3. et al. ap. Feam. *profirat ætas*.—26 *Agrippæ via* Hail. 2. 3. 7. et Schoenborn. 2. 3. *conspercerat* Vat. Rom. 1. et Schoenborn. 2. 3.—28 *Si latus et renes* Vat. 1. et Barberin. 1. 2. Vid. II. Sat. 3. 163. *Si latus ut renes* Schoen-*

## NOTÆ

21 *Dotalibus agris*] Ab uxore acceptis dotis nomine.

22 *Mutus et [Mucius]* Plebeius et ignobilis.

23 *Quam tu mirabilis illi*] Qnod tu Patricius illi obscuro et abjecto non sis mirabilis per majores divitias. Prolepsis.

24 *Quicquid sub terra est*] Quicquid modo ‘stulte miraris et optas,’ peribit; et tu pariter cum istis: quære potius virtutem, quæ sola bonum stabile est et solidum. I. Epist. 1. 47.

26 *Porticus Agrippæ*] M. Agrippa tertium Consul Pantheon fecit: addidit vero porticum columnis ingentibus, trabibus etiam æncis auro superfusis superbam. Syneedoc. pro quavis portico; quæ quidem Romæ fuit multiplex. I. Epist. 1. 71. In his ambulare, seque ostentare insig-

nes quique consueverant.

*Via Appi*] Appius Clandius Censor viam Romæ per portam Capenam Brundusium usque constravit adeo latam, ut plaustra duo sibi occurrentia facile pertransirent. Hæc a Trajano instaurata. Statius II. Sylv. 2. ‘Appia longarum teritur regina viarum.’

27 *Ire tamen restat*] Postquam te omnibus ostentaris, diuine splendide egeris, tandem moriendum est; perinde ac ipsi Rom. reges mortui sunt. Vide I. Od. 28. et IV. Od. 7. 15.

*Numa*] Pompilius, secundus a Romulo rex, justitia clarus et religione. Liv. lib. I. Plutarch. &c.

*Ancus*] Martius, rex quartus Rom. Numæ ex filia nepos, bellica gloria effulsiit. Liv. cit.

28 *Si latus aut renes, &c.*] Si labo-

**Quære fugam morbi. Vis recte vivere? quis non?**

**Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis** 30

**Hoc age deliciis. Virtutem verba putas, ut**

*renes graviter dolent; exquire licet doloris levamen. At visne recte vivere? Ecquis non vult? inquieris. Ergo, si sola virtus hoc conferre valet, ad hoc labora strenue aliectis voluptatibus. Quod si contra virtutem censes meru esse verba, sicut lucum*

\*\*\*\*\*

born. 2. *temptantur acuto* Bamberg.—30 *Si virtus hæc una* var. lect. ap. Feam. *Si virtus hoc dare potest et Schoenborn.* 3.—31 Schoenborn. 4. *delitus.* ‘Codd. recentiores, et editiones principes putas ut; unde in ceteras omnes propagatum est. Saresber. Policerat. vii. 12. ‘Errant, qui virtutem verba putant, ut *Lucum ligna;*’ et sic ibi codex scriptus. At antiquiora exemplaria et, non ut; notantibus Pulmanno, Bersmanno, Torrentioque: *putas* autem, non *putas*, in suis reperit Crnqnins. Nos quidem *putes et in optimis nostris Græviano, Reginensi, Vossiano vidimus; putas et in mediocribus; putas ut in recentissimis.* Revocemus ergo, quod et auctoritas et ratio jubet: *Virtutem verba putas, et Lucum ligna?* Ubi sententia est: Potesne existimare, virtutem verba esse, et lucum consecratum a quavis sylva non differre? hoc est, Potesne et virtutem et religionem exuere? Apparet igitur, mollius et verecundius dici *putas*, quam *putas?* Ovid. Heroid. xix. 41. Nec vero parum inter-est, et an ut legas: prius indicabit æque ant magis esse difficile religionem abnegare quam virtutem; posterius, virtutem quidem veri speciem habere; religionem vero et Flacco et plerisque aliis inter fabulas numerari. Quod et probe animadvertisse Torrentius: qui, ‘*Omnino,*’ inquit, ‘*legendum est et Lucum:* nam retenta vulgari lectione videri possit Horatius de luce id sentire, quod alterum rogat: et sensisse pridem credo; sed ita sentire videri hoc loco noluit.’ Hæc senex doctissimus acute et vere: sed posteriores Interpretes ea minime assecuti sunt.’ Bentl. *putas* Harl. 2. 3. 6. et Harl. 1. 3. 6. *putas et* Vatt. 1. 4. 12. Vatt. Rom. 1. 3. 4. 5. 8. Angelic. 1. a m. pr. alii; recepit Dorighellus. ‘Hanc veram esse lectionem, patet evidenter ex contextu, et præcedenti thesi. Si nempe virtutem sequeris, omittis delicias. Si vero contemnis virtutem, et omnem religionem exuis, tunc delicias sectare, et omnes acquirendi modos exercere, præsertim negotiationes; et totus illis incumbe. Si est supplendum (ut in Carm. Sæc. 65. seq.) in oppositione, cum Commentatore Crisquiano, et Porphyrione, qui bene exponit: ‘Si ita contemnis virtutem, ut non sumimum bonum eam, sed verba existimes; si religione non moveris, ut lucos sacros ita in hoc *putes* stare, ut ligna hominibus præstant; linque hæc, et, quæ miraris, sequere.’ Notum, ‘*lucos*’ et ‘*saceraria*’ conjungit. Propert. iii. 11. 47. ‘At nunc desertis cessant saceraria lucis.’ Alii MSS. et editores aliter legunt. Vulgatior lectio, præsertim in priscis editionibus, *putas ut*; quam male defendit Rappolt. c. 16. p. 592. seqq. et Wetzel.’ Feu. *putas ut* Vat. Palat. 3. Barberin. 1. a m. pr. Baxt. Cnn. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Zenn. *putas et* Vat. 2. Vat. Rom. 2. Vat. Palat. 6. Chisian. 1. ita etiam post Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Sanad. Phil.

#### NOTÆ

ras pleuritide vel nephritide. Vide II. Sat. 3. 29.

29 *Quære fugam morbi]* Ut corporis sic et animi debes morbos fugere, pari saltem diligentia.

31 *Virtutem verba putas]* Si inane quid esse virtutem putas. Hercules

apud Tragicum quandam: et exinde Brutus (ex Dione lib. XLVII.) deploratis rebus exclamasse fertur: O misera virtus, eras igitur nugæ tantummodo! Ast ego te velut rem solidam sectabar: verum fortunæ serviebas: tuncque vocavit unum e familiaribus,

Lucum ligna? cave ne portus occupet alter:  
 Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.  
 Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et  
 Tertia succedant, et quæ pars quadret acervum. 35  
 Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos,

*arbores tantum; cura diligenter ne alter portus occupet, nere dimittas negotiationem apud Cibyrate et Bithynos: cura ut mille talentu compleantur, totque altera adjiciantur, itemque tertia, immo et quarta; ut cumulus reddatur quadratus.*

\*\*\*\*\*

Sandby, Valart, Bodoni, et Kidd.—34 Multi codd. ap. Feam, alii ap. Lamb. Crnq. et Pulf. item Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. porro et; restituit Lamb. inde Gryph. 1566. Crnq. Baxt, Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mer-vill. Gesn. Phil. Valart. Francis, Dorgh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zenn. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. Alii omittunt ῥδ et.—35 Vat. Rom. 7. succedent. Chisian. 5. et pars quæ. Quindecim codd. Feæ, alii ap. Valart. et notatum ex MSS. in ora ed. Ald. 1519. in Biblioth. Barberin. quæ-

#### NOTÆ

ut se interficeret.

*Ut Lucum ligna?* Verumtamen non arbores faciunt lucum, sed religio et consecratio alieni nūmīni.

*Cave ne portus occupet alter?* Ante alios mari te committe: naviga ad Cibyrates et Bithynos: occasiones occupa negotiandi, et ex negotiatio-ne ditescendi. Pers. Sat. vi. 75. ‘Mer-care, atque execute solers omne latus mundi, ne sit præstantior alter,’ &c.

33 *Cibyratica*] Cibyra urbs Phrygiæ magna, in confinio Lyciæ, cognomento magna; æquitatis fama celebris; ex Strabone. Eo vero mitti solebant lucriones, et quotquot avide quæstum odorari et sectari cognosce-bantur. Altera fuit Cibyra minor dicta, apud Ciliciam, ab ora maris distans decem prope milliaribus.

*Bithyna*] Bithynia Asiae regio, hinc Euxino mari, illinc Propontidi vicina; Thracia Asiatica Xenophonti nuncupata. Urbes habuit præclaras Chalcedonem, Nicomediam, Apamiam, Nicæam, Heracleam, Prusam.

34 *Mille talenta rotundentur*] Ro-toudum dicitur omni ex parte per-

fectum. Gall. *faire le compte rond.*

*Talenta*] Talentum, τάλαντον, sta-tera, lanx, pondus: aliquando ponitur pro quovis ingenti pondere auri vel argenti: alias significat certum pou-dus; quod tamen varium variis gen-tibus. Celebratur in primis talentum Atticum, quod drachmas sexies mille continebat. Porro drachma Attica respondet grosso Francico, qui valet octo solidos cum sex denariolis, aut circiter: siquidem marca argenti grossos habet sexaginta quatuor, illa-que ut plurimum valet viginti sex aut septem libellas, sive Francicos, ut vocamus. Quæ cum ita sint, grossi illi sexies millies multiplicati con-ficiunt monetæ nostræ libellas 2550. Quanto vero talentum auri majus sit argenteo, ex auri supra argentum va-lore facile æstimaveris.

35 *Quæ pars quadret acervum?* Ut quater mille talenta inveniantur in-tegra, completa et perfecta. Pers. cit. ‘Rem duplica. Feci: jam triplez, jam mibi quarto, Jam decies reddit in rugam.’

Et genus, et formam, regina pecunia donat :  
 Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.  
 Mancipiis locuples, eget aeris Cappadocum rex :  
 Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, ut aiunt,      40  
 Si posset centum scenæ præbere rogatus,  
 Qui possum tot? ait: tamen et queram, et quot habebo  
 Mittam: post paulo scribit, sibi millia quinque  
 Esse domi chlamydum; partem, vel tolleret omnes.  
 Exilis domus est, ubi non et multa supersunt,      45

*Nempe dominatrix pecunia tribuit opulentam conjugem, et fidem, et amicos, et nobilitatem, et pulchritudinem: atque divitem stipant Suada et Venus. Verum enim Cappadociae rex abundans servis indiget pecunia. Ne tu fueris ejusmodi; sed potius Lucullo similis. Lucullus, inquit, interrogatus num posset centenas chlamydes ad spectaculum commodare, respondit: Qua ratione possum tot præbere? attamen queram; et quot inveniam præbebo. Paulo vero postea significat, se domi habere quinque millia chlamydum: posse igitur sumi partem vel cunctas. Hoc est locupletem esse. At contra angusta est res familiaris, in qua non plurima superfluant,*

-----  
 drat; ita Commentator Crisq. quadret Bodoni.—38 *Nam bene Vat. Rom. 8. At bene Vat. Palat. 4. Et bene Vatt. 14. 16. et Turneb. in Advers. vii. 18.* 40 *Nec fuerit Schoenborn. 4. Nec fueris Vatt. 1. 6. et Vat. Palat. 3. Non fueris Chisian. 5. Chlamydas Cuning. Vid. i. Epist. 17. 31.—41 Si possit centum Bamberg. Si centum Vat. Palat. 3. a m. pr.—42 Qui posset Schoenborn. 3. Qui possim Vatt. 2. 7. 14. 19. Vat. Rom. 2. et 7. a m. pr. Vat. Palat. 5. Crisq. et Cuning. tot? Attamen Barberin. 2. et quod habebo codd. ap. Lamb. et Fabric. 1555. et quot habebo ceteri.—43 *Paulo post Schoenborn. 3. scripsit Vatt. 7. 16. Vat. Palat. 3. Chisian. 5. Angelic. 3.—45 Vat. Rom. 9. supersint.**

## NOTÆ

38 *Suadela*] Sive *Suada*, Gr. Σειθῶ, persuasionis Dea. Videtur Horatius indicare facilitatem conciliandi nuptias, tum quod addit, ‘Venusque,’ tum quod ante dixit, ‘uxorem cum dote.’

39 *Mancipiis locuples, &c.*] Cappadocia minoris Asiæ per ampla regio, cuius populi ad servitutem adeo nati, ut offerentibus libertatem Romanis, maluerint regem eligere Ariobarzamen. Alex. ab Alex. ii. 27. Cic. post redit. in Senat. ‘Cappadocem modo abruptum de grege venalium dices.’ Pers. jam cit. ‘Cappadocas rigida pingues plausisse catastas.’

40 *Ne fueris hic tu*] Ne sis qualis rex ille, una re abundans, ceterarum inops. Quin potius sis ut Lucullus

adeo locuples rebus omnibus, ut plus possideret quam sciret. Vult suadere Poëta, sapientiæ studendum in primis, quam habenti omnia præsto adsunt.

*Chlamydes Lucullus, &c.]* Lucullus Romæ insignis vir nobilitate, facundia, opibus, Africam Prætor justissime administravit, Mithridatem non semel profligavit, &c. Is rogatus a Prætore urbano, ut celebrandi causa spectaculi commodaret chlamydes multas, longe plures etiam obtulit.

*43 Millia quinque Esse domi chlamydum]* Plutarch. in Luculli vita minorem numerum designat: centum nempe ait ab eo petitas, ducentas autem fuisse missas; quod certe propius ad verum accedit.

Et dominum fallunt, et prosunt furibus. Ergo  
 Si res sola potest facere et servare beatum,  
 Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.  
 Si fortunatum species et gratia præstat,  
 Mercemur servum, qui dictet nomina, lævum 50

*ignoranturque a domino, et juvant fures. Quæ cum ita sint, sique opes solæ valent reddere felicem et conservare; hunc laborem primum assume, et ultimum dimitte. Si beatum facit deus externum et favor; emamus servum, qui nomina civium sug-*

—47 *Si res sola potis* Exc. Sax. et Cuning.—48 *Hoc primum* tredecim codd. Feæ.—49 Vat. Palat. 3. et Angelie. 3. *præstant*. Chisian. 5. cum edd. Florent. 1482. et Venet. 1483. *præstet*.—50 Vat. 1. *qui dictat*. Vat. Rom. 2. *qui dicet*. Mox *lærum Qui fidicet* Vat. Rom. 2. a m. sec. Vat. Rom. 8. aliusque codex ap. Pnlm. ita Crnq. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Batt. Oberl. Combe. Wakef. Wetz. Zenn. *særum fidiat* alii MSS. multi, et editiones, præsertim ex primis. *særum fidicit* Barberin. 2. *særum fidicet* Vat. 2. 3. a m. pr. Vatt. 10. 12. et 18. a m. sec. Vat. 19. a m. pr. Vat. Rom. 3. 4. 5. 6. et 7. a m. sec. Vatt. Palat. 1. 4. Chisian. 1. 5. Angelic. 1. a m. pr. Vallicel. 4. alii codd. ap. Crnq. Torrent. et Valart. *fidicet* etiam Nestor Dionysius in Lex. et Ugutio Pisanus, pariter in Lex. Ms. sœc. XIII. qui exponit: ‘leviter, parum, summatim fodere, leviter tangere.’ *Quæ fidiat* tres codd. ap. Jaeck. ‘Non *særum*, sed *lærum* legi debere, vix erit qui dubitet; et has voces passim confundi in MSS. jam notarunt N. Heins. ad Sil. Ital. v. 660. Burn. ad Val. Flacc. i. 370. III. 391. Servus Nomenclator ad *lævam domini*, *illum vel manu*, *vel enbito* solicitabat, ut dextera prehenderet, salutaret amicos, vel fantores in via. Qnod alio sensu dixit Apnl. II. Met. p. 38. ed. Pric. ‘Palmis infestis latera suffodere.’ Alii *særum* male interpretantur eo sensu, quo dixit Tibullus i. 5.63. seq. ‘Pauper in angusto fidis comes agmine turbæ Subiectaque manus, efficietque viam.’ Cf. Ovid. Art. Am. II. 210. Lact. Firm. Div. Inst. VI. I. II. Sat. 5.18. et 94.’

## NOTÆ

46 *Dominum fallunt*] Nescientem esse tantas sibi divitias.

*Prosunt furibus*] Scilicet e magno numero facile detrahitur ac surripiatur aliquid, domino vix advertente. Plant. ‘Nihil est hic quæsti furibus: ita inaniis snnt oppletæ atque araneis.’

47 *Si res sola potest, &c.*] Si opibus fieri beatum credimus, iis maxime congerendis operam demus.

49 *Si fortunatum*] Si nominis splendore et gratia apud populum constare felicitatem existimamus, captandis civium animis incunibamns, magistratus et dignitates ambiamus;

adeoque ‘mercemur servum’ nomenclatorem, qui nobis præcat, ut fit, dedicatque ad prensandum omniumquemque et verbis officiosis demerendum.

50 *Qui diclet nomina, &c.*] Qui candidatum moneat, quo quisque civium appellandus nomine, quo officii genere obtinendum sit ejus suffragium. Cie. pro Muræna: ‘Quid quod habes nomenclatorem? . . . si nomine appellari abs te eives tuos honestum est; turpe est eos notiores esse seruo tuo quam tibi.’ Vide Sigan. II. de Judic. cap. 30.

**Qui fodicet latus, et cogat trans pondera dextram  
Porrigere: Hic multum in Fabia valet, ille Velina;  
Cui libet is fasces dabit, eripietque curule**

*gerat, qui latus sinistrum pungat, moneatque manum offerre trans moles; atque insusurret, indigitque: Iste plurimum potest in Fabia tribu, hic in Velina: ille cui*

*Fea.—53 ‘Cuilibet hic fasces dabit codices proletarii cum editionibus: neque quicquam adnotant Interpretes; nisi quod solus Bersmannus in uno suo is pro hic extitisse memorat. At nos in veteribus nostris, Graviano, Reginensi, et Vossiano sic invenimus: hic multum in Fabia valet, ille Velina: Cui libet is fasces dabit, eripietque curule Cui volet importunus ebur. Rectissime. Hic, ille, is; ubi is tertium quendam significat: at hic idem erit qui primus, prorsus contra mentem auctoris. Illud deinde Cuilibet ineptum plane est et absurdum. An is cuilibet, hoc est, cuivis, cuicumque obrio, τῷ τυχόντι, dabit fasces? an omnibus æque favet, et neminem habet eximium? Immo disjunge voces; ut cui libet perinde sit, ac sequente versu cui volet. Ovidius Trist. III. 7. 41. ‘Nempe dat id: cuicumque libet Fortuna rapitque.’ Bentl. is fasces etiam*

#### NOTÆ

51 *Lærum Qui fodicet latus]* Servus nomenclator incedens ad latus herilævum, honoris causa, quoties obvius repente fiebat quispiam salutandus, domini latus cubito pulsabat fodicabatque, atque insusurrabat quis et qualis esset ille civis, ut rite et honeste appellaretur.

*Trans pondera dextram Porrigere]* Varia hic varii effutiunt. Sunt qui notari velint ambitiosos petidores publica pondera in largitionibus excedentes, et olei, vini, ceterorumque plusculum donantes. Alii sic explicant: moneat brachium exercere extra togam collectam et complicatam, dextramque porrigere ad prensandum occurrentem sorte civem. Hæc sane longe quæsita videantur. Vero proprius est: admoneat candidatum occurrenti civi obviam ire, et mammel vel prensando vel adjuvando porrigere; superatis etiam impedimentis, si quæ interveniant, v. g. sive turba obstiterit, sive moles aut trabes in via saxaque ponderosa fuerint intermedia, ea transiliendo, et salutandum civem diligenter et officiose adeundo.

52 *Hic multum in Fabia, &c.]* Sic nomenclator hero candidato suggerit: En ille civis in Tribu Fabia multum valet: enm periunde multis officiis et blandimentis capta.

*Fabia, Velina]* Pop. Rom. in 35. tribus seu classes aut familias divisa, norunt omnes; et suffragia ferri solita modo viritim, seu per viros singulos; modo tributim aut centuriatim, id est, per tribus aut centurias. Vide Alex. ab Alex. iv. 3. ubi de comitiis curiatis, centuriatis, tributis, deque varia subinde ratione suffragandi.

*Fabia]* A gente Fabiorum nominatissima dicta est.

*Velina]* Seu a Velia, edita urbis regione; seu a Velino lacu, cuius incolæ in civitatem asciti. Cetera Tribuum nomina, numerumque quandoque diversum lege apud cit. Alex. ab Alex. i. 17. &c.

53 *Cui libet is fasces dabit]* Imperium, consulatum, summum magistratum hic dabit et asseret enicunque ille suffragari voluerit; adeo vallet apud tribules, totque suffragatores secum trahit. Et e contrario.

*Fasces]* Nemo nescit pro magistra-

Cui volet importunus ebur : Frater, Pater, adde ;  
 Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta. . . . . 55  
 Si, bene qui coenat, bene vivit ; lucet, eamus  
 Quo dicit gula : piscemur, venemur ; ut olim  
 Gargilius, qui mane plagas, venabula, servos  
 Dislertum transire forum populumque jubebat,  
 Unus ut e multis populo spectante referret . . . . . 60  
 Emtum mulus aprum. Crudi tumidique lavemur,

*voluerit fasces dabit, et cui libuerit ebur curule detrahet molestus : roca fratrem vel patrem, secundum atatem cuiusque : sic unumquemque urbane tibi concilia. Quod si beate virit qui laute vescitur ; dies est, pergamus quo gula trahit : piscemur, venemur ; sicut pridem Gargilius, qui mane per forum populo frequens ire imperabat famulos cum retibus ac venabulis, ut coram plebe mulus unus e pluribus rereheret aprum pretio comparatum. Epulemur etiam, et balnca subeamus cibis non coctis*

Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Vat. 2. a m. pr. Vatt. 3. et 19. a m. sec. Vatt. Rom. 2. et 5. a m. pr. Vatt. Palat. 3. 6. Chisian. 1. Baxt. Sanad. Francis. Phil. Gesn. Bipont. Dorigh. Comb. Wakef. Wetzel. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dæring.—55 Tredecim codd. ap. Feam, *facetus adopta*.—56 Vat. Rom. 9. *lucet?* cum interrogationis nota. *virit bene Cuning*.—57 *Quo ducet nonnulli ap. Feam*, alii MSS. apud Pulm. Val. notatum ex Ms. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Barb. edit. Princeps. Aldius 1501. Rectius puto ; quia incertus adhuc erat, quo iret. Confer Epod. 16. 21. Ita edidere Fea et Bothe.—58 *Gragilius* Vat. Rom. 4. Chisian. 1. 6. Barberin. 1. et unus ap. Oberlin. *cervos* Bamberg.—59 *Cuning. transferre domum*. Bentl. Sanad. Francis. Wakef. et Kidd. *forum Campumque*. Faber. *forum Pontemque*. Bibl. Crit. 1820. II. 1. 581. *potumque*.—60 Vat. 15. et Vat. Palat. 1. *ex multis*.—63 *Ulixis Schoen-*

## NOTÆ

tu ponit hæc magistratum insignia. Syneed. Nimirum Dictatori apparetant lictores 24. cum fascibus : Consuli duodecim ; Proconsuli et Praetori sex. Fasces antem erant virgæ plures securi circumligatae, ita ut extaret ferrum : quibus significabatur potestas castigandi quæ corrígenda erant, præcidendi vero quæ non possent emendari. Plutarch. Problem.

*Curule ebur*] Syneed. Magistratum, eni jus est sellæ curulis eburnæ, et in ea sedendi, seu cum iudicia exercet, seu cum in Curiam vehitur. Gell. III. 18. Cic. Catil. IV. ‘ Non hæc sedes honoris, sella curulis, unquam vacua mortis periculo atque insidiis

fuit.’ Juvenal. Sat. X. 91. ‘ illi sellas donare curules ; Illum exercitibus præponere,’ &c.

56 *Si, bene qui coenat, bene vivit*] Pers. Sat. IV. 17. ‘ Quæ tibi summa boni est ? uncta vixisse patella Semper ; et assiduo curata enticula sole.’

58 *Gargilius*] Is inanis et stulta gloriæ cupiditate ductus videri cupiebat venando cepisse feram quam pretio mercatus erat ab aliis captam.

61 *Crudi tumidique laremur*] Lavabant prisci hellones ad accelerandam ciborum coctionem, excitato calore naturali per frigoris antiperistasis, ut citius et nova fame ad epulas redirent.

Quid deceat, quid non, oblii, Cærite cera  
 Digni, remigium vitiosum Ithacensis Ulyssei,  
 Cui potior patria fuit interdicta voluptas.  
 Si, Mimnermus uti censem, sine amore jocisque      65  
 Nil est jucundum; vivas in amore jocisque.  
 Vive, vale: si quid novisti rectius istis,  
 Candidus imperti; si non, his utere mecum.

*pleni; nec curemus quid honestum sit, et quid indecorum: præstamus nos licet censura dignos: imitemur luxuriosos comites Ulyssis Ithace regis, qui patrum posthabuerunt retitæ voluptati. Si autem, ut Mimnermus arbitratur, nihil dulce est absque amore et jocis; in amore et jocis vive. Age, vale. Si quidpiam scis his melius, benigne communica nobiscum: sin autem, illis mecum utere.*

-----  
 born. 2. 3. 4. alii *Ulxii*, vel *Ulxiei*. Vid. Nic. Heins. ad Virg. Ecl. VIII. 70. et Heynii Varr. Lectt. ibid.—64 *Cui patria potior Cuning*. *Cui potior patricie Bamberg*.—65 *Bamberg, sine amore locisque*.—68 Schoenborn. 2. *imperti*. Vat. 9. Vat. Palat. 1. et Gott. cum edd. Zarot. Mediol. 1476. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. Bad. Ascens. et Cuning. *imparti*. Schoenborn. 3. Vat. 7. Vat. Rom. 8. Vat. Palat. 4. Chisian. 5. et Exc. Sax. *si nil*.

## NOTÆ

62 *Cærite cera Digni*] Digni referri in tabulas Cæritum, id est, a Censore infamiæ labe notari, non secus ac nrhis Cære populi, quibus ob flagitiam defectionem jus suffragii ademptum est. Vide Gell. XVI. 13. Item Petrum Crinit. de Hon. Disc. VII. 6. ubi sic habet: *Primi omnium municipes facti Cærites sine nullo juris suffragio ... unde tabulae Cærites dictæ, in quas Censor eos referebat, qui nota vel ignominia quapiam forent insignes.* Ex quo eruditus Flaccus, in Epistola ad Numicium, dignos Cærite cera appellat Romanos, qui luxu et voluptatibus turpissimis tenebantur: quem locum Horatiani interpretes ineptissime, ut alia permulta, exposuerunt. Hactenus ille.

63 *Remigium vitiosum Ithac. Ulyss.*] Ulysses a Tiresia vate monitus edixerat sociis, ne boves solis violarent. At illi, Ulysse dormiente, ex iis mac-tatis epulas sibi pararunt. Quapro-

ter iræ numinum obnoxii pœnas derunt, naufragioque absunti patriam non reviserunt. Vide II. Sat. 5.

65 *Mimnermus*] Hic Poëta Epicurens, Colophonius, vel Smyrneus, septem sapientibus antiquior vel æqualis, pleraque scripsit amatoria Ele-giaco versu, tam suaviter et argute, ut Ligyostades appellaretur. Suidas: ‘Mimnermus dulces reperit sonos, et mollis pentametri cantum.’ Athen. XIII. 8. Propert. I. 9. ‘Plus in amore valet Minnermi versus Homero. Carmina mansuetus lenia querit amor.’ Apud Plutarch. de Virtute Morali, hoc Minnermi distichon refertur: Τίς δὲ χάρις, τί τὸ τερπνὸν, ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης; Τεθναῖν θέτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι. Quid gratum, quid jucundum, aurea si Venus abicit? Emoriar, me horum cura relinquet ubi.

67 *Istis*] Quæ de summo bono disserui.

## EPISTOLA VII.

AD MÆCENATEM.

Otium anteferendum divitiis. *Baxt.* Horatius, quem, cum diutius, quam promiserat, Roma abesset et in villa rusticaretur, vel Mæcenas ipse vel per alium quendam, ut promissi reditusque memor esset, monuerat, idque, ut videtur, gravius et cum quadam ingrati animi exprobratione, respondet liberius, nec tamen sine urbanitate consueta, sese quidem gratissimo animo liberalitatem Mæcenatis agnoscere, qua loenples sit factus: verum, si Mæcenas eum, nunc ingravescente ætate, nunquam a se dimittere vellet, nec ei pristinam valetudinem juvenilemque vigorem redderet, se æquo animo, quiequid ab ejus benignitate accepisset, resignaturum esse, quoniam ita ipse non magis donis illis uti posset, quam Telemachus equis a Menelao oblatis. Tum rem more suo, hoc est, egregie illustrat exemplo Vulteii cuiusdam hominis tenuis, qui, a Philippi liberalitate ex urbano rusticus factus, donum auctori reddiderit, cum priorem conditionem vitæ meliorem sibi esse cognovisset.

**QUINQUE** dies tibi pollicitus me rure futurum,  
Sextilem totum mendax desideror. Atqui

*Promiseram tibi, Mæcenas, ruri me commoraturum non plus quinque diebus : ecce*

Epistola octava Libri primi in ed. Sanad.—2 *Atquin* Vat. 1. *Atque* cold.

## NOTÆ

**1** *Quinq. d.*] De hac Epistola recte quidem Scaliger: ‘ Septima,’ inquit, ‘ adeo elegans est, adeo urbana, ut ad eas virtutes nihil addi posse videatur.’

*Rure]* In villa mea Sabina. Vide infra 1. Epist. 16. De illa jam antea 1. Od. 7. 11. Od. 18. III. Od. 13. Epop. 1.

**2** *Sextilem]* Hic mensis, ut et Quintilis, a numero dictus, secundum Romuli ordinationem, Martio anni tenente principium, nihilominus tamen, etiam post præpositos a Numa Januarium ac Februarium, vetus nomen retinuerant Quintilis et Sextilis, quamvis non jam quintus et sextus, sed septimus et octavus essent. Postea vero in honorem Julii Cæsaris

Dictatoris, legem ferente M. Antonio Marci filio Consule, Quintilis appellatus est Julius, quod eo mense ad i.v. Id. Quintil. Julius Cæsar in lucem editus sit. Augustus deinde est, qui Sextilis antea vocabatur, donec honori Augusti daretnr ex Senatusconsulto, cuius haec sunt verba: ‘ Cum Imperator Cæsar Augustus mense Sextili et primum Consulatum inierit, et triumphos tres in urbem intulerit, et ex Janiculo legiones deduetæ secutæque sint ejus auspicia ac fidem, et Ægyptus hoc mense in potestatem populi Rom. redacta sit, finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit, atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit; placere Senatui, ut mensis Augustus

Si me vivere vis, recteque videre valentem;  
 Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,  
 Mæcenas, veniam; dum sicut prima calorque  
 Designatorem decorat lictoribus atris;  
 Dum pueris omnis pater et matercula pallet;  
 Officiosaque sedulitas, et opella forensis  
 Adducit febres, et testamenta resignat.  
 Quod si bruma nives Albanis illinet agris,

10

*autem integro mense Augusto absum fallax. Verum si me vis incolumen vivere, et bene valere, quod ægrotanti concederes, hoc indulge ægrotare metuenti; dum prima sicut et æstus libitinarium exornat atratis ministris; dum parentes filiis timent; dum sedulus et officiosus in foro labor gignit febres, atque aperit testamenta. Cum vero hyems nivibus operiet agros Albanos, statim ad mare decurret tunc Poëta;*

ap. Torrent. item Bamberg.—3 *Si me vis vivum, sanum, recteque valentem Cuning. rigere valentem Bentl. recteque videre valentem* Vatt. 1. 3. 9. Vatt. Rom. 2. 3. 6. Chisian. 1. Angelic. 1. et Vallicel. a.m. pr. alii codd. apud Lamb. Torr. Oberl. notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1501. in Bibl. Vat. edit. Medd. 1176. 1477. 1502. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. 1546. Flor. 1182. Lips. 1499. Loch. H. Steph. revocavit in textum Gesn. inde Oberl. Comb. Wakef. Wetz. Zeun. Fea, Bothe, Jaeck, et Döring. ‘In videre, ut ait Gesnerus, est dulcedo quædam, et ήθος, quod intelligunt soli, qui amarunt. Al. *sanum, recteque valentem*; quod hoc irreppisse puto ex 1. Epist. 16. 21.’ *Fea.*—5 *Cuning. sicut dum prima.*—6 *Dissignatorem Bamberg.*—9 *Adducet Bamberg. Adducint...resignant Harl. 7.*—10 Schoenborn. 2. *allinet agris.*

## NOTÆ

appelletur.’ Macrob. Satn. 1. 12.

4 *Dabis ægrotare timenti, Mæcenas, veniam]* Horatium nempe habere comitem assiduum Mæcenas cupiebat. At ille amantior suæ libertatis, hoc servitii genus vix ferebat. Adde quod Poëtae et carmina secessum atque otinim requirunt. Vide postea vs. 34. Not.

5 *Dum sicut prima calorque]* Dum fervet Canicula, quo tempore matnrescent sicut. Porro gravis æstate est Romæ habitatio nisi divitibus domicilia quædam et viridaria sæviente etiam æstu frigida habentibus.

6 *Designatorem]* Sic dicitur qui pompa funebre, vel ludos scenicos constituit, ordinat, componit; quiq[ue] locum et tempus ad agendum personis designat. Gall. Juré Cri-

eur: Item, *Maistre de Ceremonies.*

*Decorat lictoribus atris]* Lepide, quasi magistratum lictoribus, sic designatorem exhibet Poëta noster stipatum et decoratum suis ministris libitinariis, vespillonibus, uestoribus, pollinctoribus, sandapilaris, qui omnes pulla ueste induti adsint.

7 *Dum pueris omnis pater, &c.]* Ob frequentes et periculosas ea tempestate ægritudines.

8 *Opella forensis]* Nimia quidem opera clientibus præstata, nimia sedulitas in actione forensi.

9 *Testamenta resignat]* Scilicet aperiuntur testamenta duntaxat post mortem.

10 *Albanis]* Circumjectos Roma agros indicate. Alba Latii urbs, Roma antiquior, inde distans 14. millia pass.

Ad mare descendet vates tuus, et sibi parcer,  
 Contractusque leget; te, dulcis amice, reviset  
 Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.  
 Non, quo more pyris vesci Calaber jubet hospes,  
 Tu me fecisti locupletem. ¶ Vescere sodes. 15  
 ¶ Jam satis est. ¶ At tu quantumvis tolle. ¶ Benigne.  
 ¶ Non invisa feres pueris munuscula parvis.  
 ¶ Tam teneor dono quam si dimittar onustus.

*suique sollicitus rarius leget. Demum ad te reretur cum Faroniis, et prima hirundine, si quidem ita volueris, o suavis amice. Enimvero nequam mihi opes largitus es qua ratione hospes Calaber viatorem cogit pyra comedere. CAL. Comede, quæso, ait. VIAT. Abunde est. CAL. Auf er quantum placuerit. VIAT. Liberalis es admodum. CAL. Auf er, inquam, dona puerulis grata. VIAT. Tantum debeo tibi ob munera, quantum si discedam iis oneratus. CAL. Penes te sunt omnia ista;*

—11 Schoenborn. 3. descendat.—12 Schoenborn. 3. reseget.—13 Codex Heller. ap. Jaeck. unus ap. Pulfm. Vat. Rom. 8. Chisian. 5. concedis. Vatt. 1. 5. Vat. Rom. 1. a m. pr. Vat. Rom. 5. Vatt. Palat. 1. 4. Barberin. 1. Harl. 6. alii codd. apud Pulfm. Oberl. notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1501. in Bibl. Vaticana, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1509. Flor. 1482. Lips. 1499. Junta 1503. concedas.—14 Non q. m. piris Schoenborn. 2. Calaber vesci jubet Vat. 14. et Vat. Rom. 3.—17 Non injussa

## NOTÆ

ab Ascanio condita paulo post excidium Trojanum: nunc jacet in ruinebus. Ex his autem surrexit erevitque Albanum, hodie, Albano, principatus titulo gaudens.

11 *Ad mare descendat]* Ad urbem aliquam mari proximam, ubi per hyemem aer tepescit, aestate vero friget. De Tarentina temperie 11. Od. 6. ‘Ver ubi longum, tepidasque praebet Jupiter brumas.’

12 *Contractusque leget]* Legendis libris minus incunbet. Metaph. a navigantibus, qui vela contrahunt, et littus legunt tempestate, ingruente vel imminente.

13 *Cum Zephyris]* Verno tempore, quo incipiunt flare Zephyri. Vide 111. Od. 1.

14 *Hirundine prima]* Hirundines absunt hybernis mensibus, Africos sequutæ montium recessus: redeunt

vere primo. Plin. II. 47. ‘Favonii hybernum molliant celum. . . . Favoniam statuunt quidam ad VII. Kal. Mart. Chelidoniam vocant ab hirundinis visu.’ Id. x. 24. et xviii. 26. Cie. ad Heren. IV. n. 62. ‘Hirundines aestivo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt.’ Vide Plutarch. Sypos. VIII. 7. et Cæl. Rodig. XVI. 10. Ubi de proverbio: ‘Una hirundo non facit ver:’ item de Aristophanis dicto: ‘Hirundinibus plurimis indigere;’ quo deridebat hominem hyeme attritas vestes habentem; et significabat, opus esse illi ut ver aetasque quamprimum adessent. Id. Rodig. XXI. ult. asserit hirundinem albam perdice hand minorem apparuisse in Samo.

15 *Calaber]* De Calabria Italæ regione, 1. Od. 31.

- ¶ Ut libet : hæc porcis comedenda relinquis.  
 ¶ Prodigus et stultus donat quæ spernit et odit. 20  
 Hæc seges ingratis tulit, et feret omnibus annis.  
 Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus ;  
 Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis.  
 Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.  
 Quod si me noles usquam discedere, reddes 25  
 Forte latus, nigros angusta fronte capillos ;

*quæ dimittes hodie suib[us] devoranda. Profusus et fatuus elargitur quæ contemnit et uersatur : et hæc messis ingratis procreat semperque procreabit. Probus autem vir et prudens profitetur se paratum esse largiri dignis : neque tamen nescit quod discrimen sit inter nummos et lupinos. Ego quidem me præstabo dignum laude prouerentis. Quod si me nusquam abire permiseris, restitue firmum robur, et ni-*

Schoenborn. 4.—19 Bamberg. Schoenborn. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. *relinques*. Vat. 9. Chisian. 5. et quinque codd. ap. Valart. *relinquis*; ita Zar. Cun. San. Mervill. Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. et Zenn. *relinquas* edit. Ven. 1492. Lips. 1499. ‘Fit actio illa vividior, ut ait Gesn. si legamus *relinquis*: magis urget bonus Calaber hospitem suum.’ Fea.—20 *Prodigus ac stultus* Cuning.—21 *Hæc seges ingrato* Bamberg. a m. sec.—22 Cuning. *ac sapiens*. Schoenborn. 3. *Vir bonus et prudens*. Mox *paratus* Vat. 12. Vat. Rom. 3. Vat. Palat. 6. alii codd. apud Cruq. Bersm. ita Charis. lib. iv. p. 239. Serv. ad Virg. Æn. II. 377. probat Bentl. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Sandby, Batt. Dorigh. Val. Oberl. Comb. Wakef. Wetz. Zenn. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *paratum* Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. al.—23 Vat. Palat. 3. et Bodoni, *quid distant*. Barberini. 2. *qui distant*.—25 Codd. ap. Feam, *nolles usquam*, *nolles unquam*, *nolles nun-*

## NOTÆ

21 *Hæc seges ingratos tulit*] Donatio rerum nempe vilissimarum gratum animum hand meretur. Hinc non abludit quod ait Isocrates, Τὰς χάριτας ἀχαρίτως χαρίζεσθαι. Gall. donner de si mauvaise grace, qu'on n'en a point d'obligation.

22 *Vir bonus et sapiens, &c.*] At vir prudens in dando, personam, locum, tempus considerat, cum delectu agit, dignos cum indignis non confundit.

23 *Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis*] Novit distinguere pretiosum a vili, verum a falso, dignum ab indigno, nummos bonos a malis, ludicris, scenicis. Lupinus est legumen, quod aliqui dictuni putant quod lupina quadam indole terram voret. Alii tamen melius ἀπὸ τῆς λύπης quod

vultum gustantis amaritudine contristet. Isidor. Hinc Virgil. Geor. I. ‘tristem’ lupinum dicit. Ejus leguminis semina orbiculata sunt et compressa: hinc olim iis utebantur in Comedis ad initandos nummos: quo alludit Horatius hoc loco. Plant. Pœnul. III. 2. ‘Ag. Agite, inspicite, aurum est. Col. Profecto, Spectatores, Comicum. Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boves. Vernm ad hanc rem agendam Philippum est.’

26 *Reddes Forte latus, &c.*] Oportet ut mihi reddas priores ac meliores annos apud te consumtos.

*Nigros cupillos*] Nigros olim in juventute, jam vero canos.

*Angusta fronte*] Dum erant capilli

Reddes dulce loqui ; reddes ridere decorum, et  
 Inter vina fugam Cynarae mörere protervæ.  
 Forte per angustam tenuis nitedula rimam  
 Repserat in cumeram frumenti ; pastaque rursus      30  
 Ire foras pleno tendebat corpore frustra :  
 Cui mustela procul, Si vis, ait, effugere istinc,  
 Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.  
 Hac ego si compellor imagine, cuncta resigno :

*gros crines fronte arctiori : restitue lepidum sermonem, jocos facetos, et dolere Cynarae lascivæ discessum inter epulas. Olim vulpes macilenta per fissuram subierat tritici alveum ; deinde vero saturata exire obeso corpore frustra nitiebatur. Huic mustela e longinquo dixit : Si cupis illinc evadere, per angustam rimam exibis gracilis, per quam gracilis intrasti. Ista ego similitudine si urgear, omnia libens*

\*\*\*\*\*

*quam, noles misquam, nolis usquam.—27 Dulce loqui reddes, reddes Cuning. more suo. decorum Schoenborn. 2. 3. sine et. Schoenborn. 4. Reddere posse.—28 Bamberg merere.—29 Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. omnes Bentleii, et al. item edd. vett. et reliquæ ante Bentl. *vulpecula*, qui ex ingenio restitutæ *nitedula*, eumque secenti sunt recenti. præter Dacer.—30 Schoenborn. 3. Vat. 4. a m. pr. Vat. Rom. 5. a m. sec. et Angelic. 3. in cameram, ut conj. Dacer. *rursum* Schoenborn. 3. et sic Cuning.—32 Bamberg. *fugere istinc*.—33 M. c. *repetus* Vatt. 4. 15. 16. Chisan. 5. alii codd. ap. Valart. edd. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1505. Florent. 1482. Lips. 1499. Junt. 1503. et Britann. 1520. Bamberg. *artum*. Schoenborn. 2. *archm.*.—34 Vatt. 3. 7. 15. Chisan. 5. Alld. 1. 2. 3. Venett. 1509. 1552. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538.*

### NOTÆ

densiōres, angusta ; at iis decidentibus iamque rariōribus, lata.

27 *Ridere decorum, et Inter vina fugam, &c.]* Levitates amatoria et juveniles.

29 *Forte per angustam, &c.]* Apologus et similitudo maxime ad rem, quibus solerter et ingeniose mentem suam declarat Horatius.

30 *Cumeram]* Vas sparteum, palmeum, vimincum, quo plebeii condebant frumenta. Ejus mentio jam 1. Sat. 1. 53.

32 *Mustela]* Mustella, sive mustela, Gall. *une belete*.

34 *Cuncta resigno]* Non temere aut fiet, sed consulto et ex animi sententia loquitur Horatius. Ejus certe menti penitus insidebat illud : ‘ Non

bene pro toto libertas venditur auro.’ Quod quidem ostendit luculententer, enī nec ipsi Augusto suam mancipare libertatem voluit. Sie enim Mæcenati Imperator serisperat : ‘ Ante ipse sufficiebam scribendis Epistolis amicorum ; nunc occupatissimus et infirmus Horatium nostrum te cupio adducere. Veniet igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam : et nos in Epistolis scribendis adjuvabit.’ Quid vero ad hæc Horatius ? Præclarum nihilominus officium deprecatus est, detrectavit, reensavit. Patet ex Augusti ad ipsum Epistola in qua sic erat : ‘ Tui qualem habeo memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire . . . neque enim si tu superbus amicitiam nostram sprevis-

- Nec somnum plebis laudo, satur altilium, nec  
Otia divitiis Arabum liberrima muto. 35  
 Sæpe verecundum laudasti ; rexque paterque  
 Audisti coram ; nec verbo parcus absens :  
 Inspice, si possum donata reponere lætus.  
 Haud male Telemachus, proles patientis Ulyssei ; 40  
 Non est aptus equis Ithace locus, ut neque planis  
 Porrectus spatiis, neque multæ prodigus herbæ :  
 Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.

*restituo. Neque plenus dapibus exquisitis laudo plebis quietem : nec libertatem opibus Arabum permutare velim. Sæpe me laudasti paucis contentum : tuque a me rex et pater celebratus es præsens, pariterque absens. Experire num sponte queam restituere quæ dedisti. Bene quidem Telemachus patientis Ulyssis filius aicbat : Ithacæ regio non est equis idonea : quippe nec campis aperta, nec graminis ferax. Non accipiam tua munera, o Menelaüs, tibi magis idonea. Exiguo exigua conveni-*

H. Steph. et Muret. *compellar.*—35 Schoenborn. 3. *altilium, ut.*—36 Vat. 1. a m. pr. *mitto.*—38 Cuning. *neque verbo.* Bamberg. *partitus.*—39 Schoenborn. 3. 4. *si possim.*—40 Angelic. 1. a m. pr. *sapientis,* atque ita Markland. Epist. Crit. p. 133. ex conjectura, quia proprium alias sit Ulixis epitheton ; quod falsum. *Ulixis* Schoenborn. 2. 3. 4. *sapientis Ulyssei* Harl. 3.—41 *Ithacæ* Bamberg. et edd. vett. et ita legit Huschke in Epist. Crit. ad Santen. p. 73. et Bentl. in ed. pr. Cantab. 1711. *Ithace* restitutus Bentl. in edd. Amst. 1713. 1717. eumque secenti recenti. *locus Ithace* Schoenborn. 3.—42 Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. *nonnullæ* edd. vett. *nec multæ;* ita Bentl. Sanad. Kidd. Fea, et Bothe.—43 Schoenborn. 3. et Vat. Palat. 1. *re-*

## NOTÆ

ti, ideo nos quoque ἀνθυπερφρονοῦμεν. Quæso, Lector, ἐν παρόδῳ adverte Imperatoris benignitatem et clementiam : quam virtutem Principibus idoneam ut magis admirere, non pigebit insuper referre quod idem ad eundem scribebat : ‘Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam si convictor mili fueris. Recte enim et non temere feceris : quoniam id usus mili tecum esse voluit, si per valetudinem tuam fieri possit.’

35 *Nec somnum plebis laudo, satur]* Neque vero plebeiorum quietam frugalitatem nunc laudo, cum sumtuosis epulis abundo et satur sum, aliam sententiam aliumque sermonem habiturus si egestatis incommoda sentiam. Immo libertatem præfero qui-

buslibet divitiis.

*Altilium]* Avium quæ domi aluntur saginanturque ad epulas sumtuosiores ac lautiores.

36 *Divitiis Arabum]* Vide 1. Od. 29.

37 *Rexque paterque Audisti]* Ellipsis: deest, ‘dici;’ hoc sensu : Audisti dici te a me ‘regem’ ob inunicipientiam, ‘patrem’ ob amorem. Sic vulgo aiunt: ‘bene vel male audire.’

40 *Haud male Telemachus]* Menelaüs scilicet equos dare volenti respondit Telemachus, haud sibi aptos esse, &c. Homer. Odyss. Δ. De Ulysse II. Sat. 5. De Ithaca, ibid. vs. 4.

Parvum parva decent : mihi jam non regia Roma,  
 Sed vacuum Tibur placet, aut imbellē Tarentum. 45  
 Strenuus et fortis, causisque Philippus agendis  
 Clarus, ab officiis octavam circiter horam  
 Dum redit, atque Foro nimium distare Carinas  
 Jam grandis natu queritur ; conspexit, ut aiunt,  
 Adrasum quendam vacua tonsoris in umbra 50  
 Cultello proprios purgantem leniter unguis.  
 Demetri, (puer hic non læve jussa Philippi

*unt. Roma populosa nunc me non juvat, sed Tibur minus frequens, vel Tarentum haud bellicosum. Philippus causarum actor sedulus, acer, insignis, ab occupationibus consuetis revertebatur circa horam diei octavam: et jam senior conquerebatur Carinas foro longius abesse. Tum, inquietum, in taberna tonsoris praetonsum quendam vidit cultro unguis otiose resecantem. Mox servo mundata sua strenue capes-*

\*\*\*\*\*

*linguo, ut conj. Cuning.—44 Parva decent parvum Vat. Rom. 9.—45 Hic versus abest ab omnibus codd. ap. Jaeck.—46 Cuning. suo more, Strenuus ac fortis.—50 Abrasum Harl. 2. 4. 6. Vat. 4. a m. sec. Vatt. 9. 15. Vat. Rom. 1. a m. pr. Vat. Rom. 6. a m. sec. Vat. Palatt. 1. 4. Chisian. 5. 6. Barberin. 2. Angelic. 2. 3. 4. alii codd. ap. Lamb. Crnq. Comb. edd. Mediol. 1476. Venett. 1477. 1478. 1481. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1514. Florent. 1482. Lips. 1499. Junct. 1503. et Britann. 1520. quod receper Fea, Bothe, et Jaeck. Arrasum Vatt. 1. 2. 7. 16. Vat. Rom. 7. Vatt. Palat. 3. 6. Chisian. 1. Angelic. 1. Valliel. 3. Barberin. 1. a m. pr. alii codd. ap. Pulfm. et Crnq. Arrasum Bamberg. Adrasum in ceteris.—51 Var. lect. ap. Feam, proprio. Vat. Rom. 8. Barberin. 1. Valliel. 1. a m. pr. et unus ap. Pulfm. rescantem leni-*

#### NOTÆ

44 *Regia Roma*] Urbium principem dicit tv. Od. 3.

45 *Vacuum Tibur*] Minus populsum. t. Od. 7. et 18.

*Imbellē Tarentum*] Voluptatibus magis quam bello aptum. 1. Od. 28. 11. Od. 6. 111. Od. 5.

46 *Strenuus et fortis, &c.*] Egregio lepidoque exemplo demonstrat, opibus longe præstare quietum vitæ genus, quamvis mediocre et angustum.

*Philippus*] L. Marcus Philippus, Consularis vir ac Censorius, gravitate, ingenio, facundia, divitias etiam præclarus. Eum laudat Cicero in Bruto, item in Orat. pro Quintio.

47 *Ab officiis*] Forcensibus fatiga-

tus officiis, quibus tam acriter incumbebat, nt ‘eloquentia florentissimus civitatis’ diceretur. Cic. eit.

*Octavam circiter horam*] Hora post meridiem fere secunda: quod alibi explanavi fuse.

48 *Carinas*] Viens erat Romæ curvus et oblongus instar carinæ: unde nomen. In eo sita erat Philippi domus: erant et plures aliae ædes superbae, atque inter illas Pompeianæ: quapropter ‘lantas Carinas’ vocat Maro Æn. viii. 361.

49 *Grandis natu queritur*] Iter quippe senibus molestum est.

51 *Purgantem leniter unguis*] Quod animi tranquillitatem denotabat.

52 *Demetri (puer hic, &c.)*] Adverte

Accipiebat,) abi, quære, et refer; unde domo; quis;  
Cujus fortunæ; quo sit patre, quove patrono.  
It, redit, et narrat, Vulteum nomine Menam, 55  
Præconem, tenui censu, sine crimine notum,  
Et properare loco et cessare, et quærere, et uti,  
Gaudentem parvisque sodalibus, et lare certo,  
Et ludis, et post decisa negotia Campo.  
Scitari libet ex ipso quæcumque refers: dic 60  
Ad cœnam veniat. Non sane credere Mena:  
Mirari secum tacitus. Quid multa? Benigne,

*senti jussit: Demetri, vade, percontare, et narra; quis iste, qua conditione et familia, quo patre sit et quo patrono. Ille vadit, revertitur, ac refert: Vulteum Menam vocari, præconem esse, re familiarí exigua, probum existimari; discurrere, et interquiescere; comparare, et uti; partis socii fixo que domicilio frui, necnon spectaculis et campo Martio post negotia peracta. Tum Philippus: Ab ipso velim quærere ea quæ narras: ad cœnam voca. Vix fidem habet Mena: apud se attonitus cogitat.*

ter.—52 Cuning. non lerus. Bamberg. levi jussa Phylippi.—53 Vat. 4. referes. Cuning. ex ingenio, quære, refer.—54 Schoenborn. 2. patriæ pro patre. —55 It, redit, enarrat Cuning. improbante Fea. *Menam* in quibusdam. Vide ad Epod. IV. princ.—56 Bentl. ex duobus codd. sine crimine natum; ita etiam codd. ap. Georg. Fabric. alias ap. H. Steph. alias item ap. Valart. et Zarot. hinc edd. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Wakef. et Kidd. 'His verbis responderi putant H. Steph. et Bentl. ad quæstionem Philippi, quo sit patre? cui alias nihil responsi dabitur. Philippus, qui viderat abrasum, statim cogitavit de liberto: hinc quærerat de ejus patre naturali, quis, et an viveret; et quis ejus patronus: non, an ipse esset ignota matre in honestus; ut i. Sat. 6. 21. et 35. seqq. Andit præconem, ut Horatii pater, et ipse libertus, l. c. tenui censu; sed honestum, sine crimine: quod in contextu orationis recte procedit; non vero illud de legitimitate natalium: quod immo in honestum, et innurbanum fuisse scitari ex ipso.' Fea.—57 Vat. 4. a m. sec. Vatt. Palat. 3. 6. et Chisan. 1. a m. pr. *locum*.—58 Nic. Heinsius ad Ovid. Fast. II. 645. et Bentl. ex duobus codd. Cruquii, *lare curto*.—59 Vat. Rom. 9. et ed. Zarot. 1470. *licet ex ipso*. Bamberg. Schoenborn. 2. 4. Harl. 1. 6. 7. edd. vett. et Vet. Comb. *quocumque*; quod revocarunt Fea et Bothe. *quæcumque* Vat. Palat. 3. Harl. 2. 3. 4. alii codd. ap. Lamb. cum edd. Baxt. Gesn. Phil. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Bipont. Kidd. Jaeck, et

## NOTÆ

narrationem et hypotyposin eximiam: rem oculis obversari credas: adeo vivida sunt omnia.

56 *Præconem*] Buccinatorem publicum, qui venalia proclamabat, alia que denuntiabant.

57 *Properare loco*] Tanquam viator, aut mercatorem.

*Delph.* et *Var. Clas.*

58 *Gaudentem parris sodalibus*] Æ- qualibus sibi conditione hominibus consuescentem, et cum iis exigua sed pacata vitæ gaudia delibantem.

59 *Campo*] De Martio campo, et frequentibus illic exercitationibus dixi i. Od. 8.

62 *Benigne*] Responsio blande re-

*Horat.*

4 B

Respondet. ¶ Neget ille mihi? ¶ Negat improbus, et te  
 Neglit aut horret. ¶ Vultcium mane Philippus  
 Vilia vendentem tunicato scruta popello 65  
 Occupat, et salvere jubet prior. Ille Philippo  
 Excusare laborem et mercenaria vincla,  
 Quod non mane domum venisset; denique quod non  
 Providisset eum. ¶ Sic ignovisse putato  
 Me tibi, si cœnas hodie mecum. ¶ Ut libet. ¶ Ergo 70  
 Post nonam venies: nunc i, rem strenuus auge.  
 ¶ Ut ventum ad cœnam est; dicenda tacenda locutus,

*Quid plura? Nimis liberaliter, inquit. PHILIPP. Itane recusat iste? DEMETR. Recusat pertinax, teque curat parum, vel aversatur. Postridie Philippus improvisus autorit salutatque prior Vulteium exiguas merees venumdantem plebeculae tunica induitæ. Vulteius Philippo obtendit curas et occupationes negotiationis, propter quas ad eum mane non ivisset: veniamque petit quod eum non prior salutasset.* PHILIPP. Tum demum condonasse me tibi existima, si necum hodie cœnaveris. VULT. Faciam quod jubes. PHILIPP. Ergo venies post horam nonam: jam abi, opesque sedulo congere. Postquam ad cœnam convenit, atque tam proferenda quam reticenda effu-



Dœring.—63 *Respondit* Vat. 4. a m. sec. Vat. 9. Vatt. Palat. 3. 6. et Chisian. *Negat* ille Harl. 2. 3. 4. 6. 7. al. et edd. vett. ante Bentl. item Fea, Bothe, et Jaecck. *Neget* Harl. 1. Vat. 15. Vat. Rom. 5. Chisian. 1. a m. pr. nonnulli ap. Bentl. et Bersman. cum edd. Ald. 1501. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Bentl. Sanad. Baxt. Francis. Mervill. Oberlin. Gesn. Bipont. Wakef. Wetzel. Comb. Kidd. et Dœring. *aut te* Vat. Rom. 7. aliusque cod. ap. Oberlin.—64 *Neglegit* aut oret Bamberg. et Schoenborn. 2. 4.—65 Barberin. 2. *tunicatum*. Bamberg. *tonicato scruta popello*.—66 Schoenborn. 4. *prior jubet*.—67 Bamberg. *mercenaria*.—69 *Prævidisset* Vat. Rom. 1. et Schoenborn. 2. et ita Glarean. Frib. 1536. et Gryph. *Providisset* Lambinus ex conjectura, et Gryph. 1566.—71 Schoenborn. 2. 3. *venias*. Bamberg. *strenuus age*.—72 *Ut ventum est ad cœnam* Vat. 7. *Ut cœnam adventum est* Vat. Palat. 3.

## NOTÆ

cusantis. Gall. *C'est trop d'honneur qu'il me fait. Je lui suis fort obligé. Je le remercie.*

63 *Neget ille mihi?*] Philippus ex-candescit.

65 *Scruta*] Gr. γρύτην et γρυτάρια, frivola. Hinc ‘scrutariam facere,’ i. e. vilia quædam vasa vendere, apud Apuleium lib. iv. quod tamen alii aliter exponunt. Hinc et ‘scrutarium,’ locus in quo venduntur scruta: et ‘scrutarius,’ qui vendit: Lucil. ‘Quidni? et scruta quidem ut vendat, scrutarius laudat; Præfractam

strigilem, soleam improbus dimidiata.’ Vide Gell. iii. 14.

*Tunicato popello]* Infimæ sortis plebi, non toga sed tunica simplice vestitæ.

69 *Providisset* [*Provisisset*] Al. leg. *providisset*.

71 *Post nonam*] Ad cœnam venies hora solita; nempe tertia post meridiem: de qua nos alibi; et Alex. ab Alex. v. 21. quem adi multa ibi disquirentem scitu digna.

72 *Dicenda tacenda locutus*] Egre-gie videlicet potus et cœnatus, atque

Tandem dormitum dimittitur. Hic, ubi sæpe  
 Occultum visus decurrere piscis ad hamum,  
 Mane cliens et jam certus conviva, jubetur  
 Rura suburbana indictis comes ire Latinis.  
 Impositusmannis, arvum cœlumque Sabinum  
 Non cessat laudare : videt ridetque Philippus :  
 Et sibi dum requiem, dum risus undique quærerit,

75

*tiit, tandem mittitur dormitum. Mena jam frequenter rediens velut piscis ad unum oblectum, cliens mane, jamque convictor assuetus, jubetur ad villam suburbana comitari per ferias Latinas imperatas. Is equo insidens agrum et aërem Sabinum valde laudat. Philippus videt ac ridet: dumque sibi joca et oblectamenta*

—73 *Hinc ubi Gott. Venett. 1486. 1490. 1495. et Frib. 1536. Ergo ubi Cuning. ex ingenio.*—74 *Schoenborn. visus est currere.*—75 *Bamberg. et Vet. Comb.*

## NOTÆ

hilaris e Baccho factus, quævis libere efftivebat; ut fere fit.

74 *Piscis ad hamum*] Mena rerum imperitus ad oblatum Philippi patrocinium decurrit velut piscis ad hamum, ignorans quid inde sibi impenderet et conflaretur mali. Nempe ipsius libertas et animi quies in discrimen adducebatur.

75 *Mane cliens*] Patronum clientes quotidie mane salutabant, officiumque suum ei deferebant.

*Certus conviva*] Sic Menæ libertati insidiabatur Philippus, sibique minimum parabat.

76 *Indictis Latinis*] Feriis, quibus erat 'liberis litium et jurgiorum quies, servis autem operum et laborum,' inquit Cicero de Leg. II. n. 29.

*Indictis*] Has enim tempore incertas Magistratus vel Pontifex Maximus in diem certam concipiebat in dicebatque. Quatuor feriarum erant genera. Stativæ, statim mensibus ac diebus observatae: ut Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, &c. Conceptivæ, ut Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Imperativæ, quas Con-

sul Prætorve aut Pontifex Max. pro arbitrio imperabat. Nundinæ, quæ feriæ paganorum nefastæ erant. Cetera ad ferias pertinentia lege apud Alex. ab Alex. v. 7.

*Latinis*] Varro de L. L. v. 'Latinæ feriæ, dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus pariter cum Romanis jus fuit carnem petere ex sacris,' scil. ex taurō in Albano monte sacrificari solito, ad honorem Jovis Latialis. Latinas ferias Tarquinius a principio in unam diem indexit. Post reges autem exactos altera dies adjecta populi jussu. Demum restituta plebe, quæ ad sacrum montem secesserat, a Consule vel Præfecto Latinarum indictæ sunt in tres aut quatror dies. Interjecto deinde tempore dilatas servatasque iuvenimus in dies decem: ultra quos duo etiam post Latinas religiosi habiti, quibus solenne ludicrum in Capitolio exhibebatur, quadrigis concito cursu decertantibus. Hæc Alex. ab Alex. mox cit.

77 *Sabinum*] In Sabinis agris sita erat Philippi villa. Vide Epod. II.

Dum septem donat sestertia, mutua septem  
Promittit, persuadet uti mercetur agellum.  
Mercatur: ne te longis ambagibus ultra  
Quam satis est morer, ex nitido fit rusticus, atque 80  
Sulcos et vineta crepat mera, præparat ulmos,  
Immoritur studiis, et amore senescit habendi.  
Verum ubi oves furto, morbo periere capellæ,  
Spem mentita seges, bos est enectus arando;  
Offensus damnis, media de nocte caballum  
Arripit, iratusque Philippi tendit ad ædes.  
Quem simul aspergit scabrum intonsumque Philippus, 90  
Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris  
Esse mihi. Pol, me miserum, patronc, vocares,  
Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen.

undequaque perquirit, sestertia septem largitur, aliaque septem commodare spondet suadetque ut emat prædiolum. Vulteius emit. Ac ne te prolixo sermone plusculum detineam, de homine polito fit agrestis; et dein loquitur solum de sulcis ac vinenis: arbores disponit; macerat se curis, et in cupiditate possidendi inveternasit. At cum capít oves furto, et capras norbo perdere; cum messis spem fefellit, boves autem urando confecti sunt; tum jacturis percursus, nocte medium insecedunt equum, iratusque ad Philippi domum properant. Hunc Philippus squolidum cernens atque horridum, dixit: Vultei nimis te laboriosum et anxiū video. Vulteius respondit: Certe miserum appellabis, o patronē, si vere me nominare volueris: quocirca enixe te

*etiam certus.*—81 Schoenborn. 4. *vel suadet.*—82 Schoenborn. 3. *Ne longis te ambagibus.*—85 *Spes mentita* Barberin. 2.—89 Schoenborn. 3. *tendit ad aedem.*—93 Vatt. 2.4.6.7.12.14.16. Vat. Rom. 1. a m. pr. Vat. Rom. 6. Angelin. 3. Barberin. 2. et Vallicel. 1. *ponere nomen;* ‘*ita alii MSS. apud Lamb. Pult. Cruq. Talb. Val. notatum in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat. revocavit in textum Lambinus, inde Cruq. Torr. Talb. Bentl. Baxt. anonymous 1713. Cun. San. Mervill. Sandby, Gesn. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. et Zenn.* Vid. 1. Sat. 3.42. Al. *dicere nomen in aliis MSS. et priscis editionibus, ex glosseitate videtur.*’ *Fea. rectum mihi ponere* Vat. Rom. 7. Vide Nic. Heius. ad Oyid. Fast. v. 73. *dicere nomen etiam Harl. 1. 4. 6. et Vet.*

## NOTEÆ

80 *Septem sestertia*] Poëtice, pro septem millia sestertium. Nec enim agellus septem aut etiam quatuordecim numinis sestertiis emi poterat: ut bene statnunt Budæus et alii. Vide postea 11. Epist. 2. 33.

#### 84 *Præparat ulmos] Ad vites sus-*

tentandas.

89 *Iratusque Philippi tendit ad aedes]*  
Ergo jam Vulteius hamo captus ejus  
aculeum sentit: *Philippus autem pa-*  
*rato inde sibi ludibrio gaudet et ob-*  
*lectatur.*

**92 Pol]** Id est, per Pollucem.

Quod te per Genium dextramque Deosque Penates Obsecro et obtestor, vitæ me redde priori.	95
¶ Qui semel aspexit quantum dimissa petitis Præstent, mature redeat, repetatque relicta. Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est.	

*rogo per Genium, et dextram, Penatesque Deos, ut restituas me priscæ conditioni. Itaque ubi primum aliquis agnovit quantum relicta præcellant concupitis, statim revertatur, ac resumat dimissa. Äquum est enim ut se quisque sua mensura et pede metiatur.*

---

Comb.—94 *Quod te per genitum* Schoenborn. 2.—96 *Qui simul a. q. demissa* Bamberg. et Schoenborn. 2. 3. 4.—97 *Præstant* Vat. Rom. 1.

#### NOTÆ

- 94 *Genium*] Præsidens natalibus numen. *Dextramque potentem.*  
*Penates*] Deos patrios ac domesticos, quorum erat religio sanctissima. Qui vero illi fuerint, haud constat. Alii statnunt Jovem, Junonem, et Minervam: alii Neptunum et Apollinem: alii cœlum et terram, &c.  
*Dextramque*] Plin. II. 45. ‘Inest,’ inquit, ‘hominis dextræ quædam religio, observatione gentium.’ Sic Virgil. Aeneid. IV. 314. ‘Per ego has lacrymas, dextramque tuam.’ Et AEn. VIII. 234. ‘Per dextram Aeneæ juro
- 96 *Qui semel aspexit, &c.*] Hæc aliqui dicta volunt a Philippo Vulpii Menæ votis respondentē: ego vero, ab Horatio apud Mæcenatem perorante.
- 98 *Metiri se quemque suo mod. &c.*] Debet unusquisque seipsum nosse, ac pervidere quænam sibi conditio potissimum conveniat ad beate vivendum. Sic ferme Persius in fine Sat. IV. ‘Tecum habita; et noris quam sit tibi curta supplex.’

## EPISTOLA VIII.

### AD CELSUM ALBINOVANUM.

Qneritur se melancholia laborare. *Baxt.* Scribit, se morosum hypochondriacum minus animo valere, atque hortatur Celsum, ut Tiberio Neroni ejusque comitibns studeat placere, fortunamque, qua utatur, ita ferre, ut homines de eo bene existiment.

CELSO gaudere et bene rem gerere Albinovano,

*O Musa, Celso Albinovano comiti et scribæ Neronis renuntia, quæso, salutem et*

---

Epistola undecima et ultima Libri primi in Ed. Sanad. Inscrifitur in

#### NOTÆ

- 1 *Celso gaud. &c.*] Seipsum ita hic persona videatur arguere levitatis et Poëta reprehendit, ut Celsus in sua arrogantiæ: quem supra, si quidem

Musa rogata, refer, comiti scribæque Neronis.  
 Si quæreret quid agam; dic, multa et pulchra minantem,  
 Vivere nec recte, nec suaviter; haud quia grando  
 Contuderit vites, oleamve momorderit æstus, 5  
 Nec quia longinquis armentum ægrotet in agris;  
 Sed quia mente minus validus quam corpore toto,  
 Nil audire velim, nil discere, quod levet ægrum;  
 Fidis offendar medicis, irascar amicis;

*prosperitatem. Si interroget, quid agam; responde, me plurima et præclara spondere, at ritam ducere nec bonam nec jucundam: non quod grando fregerit vites, aut nimius calor olivas arefecerit; nec quod greges male se habeant in agris remotis: sed quoniam pejus animo valens quam toto corpore, nihil auscultare, nihil discere velim, quod ægrotum me curet; porro fidelibus medicis offendar, et amicis irascar,*

\*\*\*\*\*

Bamberg. *Ad Celsum Albinovanum comitem Neronis.*—3 *Si querit Vat. 3. a m. sec. Vat. 14. Vat. Rom. 5. Angelic. 1. a m. sec. Angelic. 4. Schoenborn. 3. 4. Harl. 2. 3. 4. 7. alii codd. ap. Cruq. cum ed. Zarot. et Vet. Comb. multa ac pulchra Cuning.—4 Vat. Palat. 6. non recte.—5 Bamberg. et Schoenborn. ritus, oleamque; Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. ap. Feam et edd. vett. oleamque.—6 Multi codd. Feæ, in agris; ita etiam alii MSS. apud Lamb. Pultm. Cruq. Torr. Talb. Val. notatum ex Ms. in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat. et editionis 1519. in Bibl. Angel. Nestor Dionysius in Lex. atque ita restituit Lamb. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Baxt. Sandby, Gesn. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zenn. Bipont. Kidd. Fea, Bothe, Jaek. et Dœring. Vid. Epod. 1. 25. seqq. II. 18. Edd. primæ et Cuning. in arvis.—7 Schoen-*

#### NOTÆ

is idem est, jam nonnihil vellicavit, 1. Epist. 3. 15. et seq.

quo supra 1. Epist. 3. Vide Cic. Verr. 4.

*Celso]* Corneliorum et Papiorum cognomen fuit Celsus; Posthumiorum autem Albinovanus: ut notat Torrent. ex Appiano.

*Scribae] Librario, scribendis literis præposito. Gall. Secrétaire des commandemens.*

*Gaudere et bene rem gerere]* Sic amicos salutabant Græci, χαλπειν καὶ εὐπράττειν, quibus exoptabant prospera omnia. Plato sanitatem mentis potius optandam aiebat; atque ita salutandos familiares: σωφρόνει, vel γνῶθι σεαυτὸν.

*4 Nec recte]* Non satis secundum virtutem.

*2 Comiti scribæque Neronis]* Ex iis qui Magistratus in provincias sectabantur, alii officii gratia, ut scribæ, medici, accensi, &c. alii honoris et amicitiae causa duntaxat. Sic Jul. Florns Neronem comitabatur: de

*Nec suaviter]* Epicurus ipse statuebat, absque virtute neminem posse suaviter vivere.

*8 Nil audire velim, &c.]* Malis meis remedium petere nolim e Philosophia, ut ‘mens sana’ mihi sit ‘in corpore sano.’ Juvenal. Sat. x. 356.

*9 Fidis offendar, &c.]* Recta momentibus minime obtemperans amicis, qui mederi conantur ægritudini meæ.

Cur me funesto properent arcere veterno ? 10  
 Quæ nocuere sequare, fugiam quæ profore credam :  
 Romæ Tibur amem ventosus, Tibure Romam.  
 Post hæc, ut valeat, quo pacto rem gerat et se ;  
 Ut placeat Juveni, percontare, utque cohorti.  
 Si dicet, Recte ; primum gaudere ; subinde 15  
 Præceptum auriculis hoc instillare memento :  
 Ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

*eo quod lethargum fatalem a me depellere studeant: immo vero consector noxia, devitem profutura; Romæ inconstans desiderem Tibur, Tiburi autem Romam. Postea quære, quomodo se habeat, et quantum negotia promoveat, quamque gratiosus adolescenti sit atque ejus familiaribus. Si respondeat, bene omnia procedere; primo salvere jube, tum ad aurem insusurra monitum istud: Nos tecum agemus, \* Celse, quemadmodum tu fortuna uteris.*

born. 3. *pectore toto.*—10 *Cum me conj.* Zach. Pearce. *properant* Vatt. 17. et 19. a m. sec. Vatt. Rom. 3. et 5. a m. pr. *urgere* Harl. 7. Vat. 19. Vatt. Rom. 3. et 5. a m. pr. et Vet. Comb.—12 *Tibur amo* Vat. 7. *ventosum* Vat. 19. a m. pr. et Angelic. 2. 4. *venturus* Vat. Rom. 4. Vat. Palat. 5. Bamberg. aliquique codd. ap. Bentl. et Cruq. ita etiam Servins ad Virg. Æn. iv. 224.—14 Vatt. Rom. 4. 9. Chisian. 1. 5. 6. alii MSS. apud Pilm. Val. Porph. edit. Venn. 1481. 1486. 1490. Junta 1503. Canter. v. 20. Lamb. Cruq. Chab. Desprez, D. Heins. Talb. Dac. Baxt. Bentl. Cun. San. Phil. Gesn. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Bipont. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *utque cohorti.* Edd. vett. Venet. Glarean. &c. *atque cohorti.*—17 Schoenborn. 2. *Celse ferentis.*

## NOTÆ

10 *Veterno]* Morbo pertinaci, Metaph. inconstantiae animi, superbiae, &c. *De veterno, seu lethargo,* II. Sat. 3. 30.

12 *Romæ Tibur amem, &c.]* Dum Romæ sum, populares strepitus abhorreo, et rusticum otium expeto : cum vero sum ruri, solitudinis impatiens urbanam vitam desidero. II. Sat. 7. 28. ‘Romæ rus optas : absentem rusticus urbem Tollis ad astra levis.’

Tibur] Vid. I. Od. 7. et 18. II. Od. 6.

Ventosus] Vel, levis instar venti ; vel, inflatus vento, et superbiens rebus secundis.

14 Juveni] Tiberio Claudio Neroni : de quo Epist. seq. Item supra

Epist. 3.

Cohorti] Præcipuis amicis et familiariibus. Vide mox cit. Epist. 3. Sueton. Galb. c. 7. ‘Per hoc gratissimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum, tantæ dignationis est habitns,’ &c. Senec. de Clement. I. 10. cohors prima interioris admissionis.

17 *Ut tu fortunam, &c.]* Si ex amicitia Clandii Neronis prosperaque fortuna non extollaris, te semper amicum habebimus. Sin autem, ac tui oblitus superbias, te negligemus velut amicitia nostra indignum. III. Od. 27. ‘bene ferre magnam Disce fortunam.’

## EPISTOLA IX.

## AD CLAUDIUM NERONEM.

Egregie callidum et rigidum Principem demuleet. *Baxt.* Ne commendatio apud Tiberium superbnum, invidiosum, suspicacem esset vana et irrita, admodum cante et considerate rem tractat.

**SEPTIMIUS,** Claudi, nimirum intelligit unus  
**Quanti me facias :** nam cum rogat, et prece cogit,  
**Scilicet ut tibi se laudare et tradere coner,**  
**Dignum mente domoque legentis honesta Neronis ;**  
**Munere cum fungi propioris censem amici ;** 5  
**Quid possim videt ac novit me valdius ipso.**

*O Claudi Nero, solus nempe Septimi⁹ novit quanti me aestimes. Etenim quando me orat instatque precibus ut ipsum ad te perducam, et commendem tanquam non indignum amicitia et familiaritate principis, nonnisi probos eligentis; quando putat me censeri inter amicos interiores tuos; animadvertisit scitque magis quam ego ipse, quantum apud te valeam. Plurima certe causatus sum, ut me excu-*



Epistola septima Libri primi in Ed. Sanad.—<sup>2</sup> *Nam me rogat Vat. 10. a m. sec. Vat. 19. a m. sec. Zarot. Mediol. 1476. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. Florent. 1482. Lips. 1499. Ald. 1501. Junt. 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Bad. Ascens. R. Steph. 1544. Gryph. 1552. 1566. Fea et Bothe. nam cum rogat in omnibus aliis codd. et edd. præsertim post Petr. Victor. Varr. Lectt. xx. 9. nam quam regat Schoenborn. 3. ac prece Harl. 4.—5 Munere confungi Schoenborn. 4. censem propioris amici Schoenborn. 3.—6 Bamberg. agnovit. Vat. 9. et novit. Schoenborn. 4. Quid possum videt, ac norit.*

## NOTÆ

**1 Septim.]** Adverte, Lector, quam Poëta solers pariter ac modestus : qui quanto suam apud Cland. Nerone gratiam extenuat, tanto illam auget ; ostenditqne tenere se artem placendi principibus viris.

**Septimus]** Is est de quo n. Od. 6.

**Claudi]** De eo Tib. Claud. Nerone Augusti privigno, supra Epist. 3. initio.

**3 Tradere coner]** Cic. Epist. lib. vii. ad Trebat. ‘ Sic ei te commendavi et tradidi ut gravissime diligentissime potui.’

**4 Legentis honesta Neronis]** Hæc laus gravissima est in magnate, tum vero præsertim in juvene. Epist. præced. vs. 14. Vide Psaltis regii Psal. c. ‘ Non adhæsit mihi cor pravum . . . . cum superbo non edebam . . . . non habitat in mea domo qui loquitur iniqua,’ &c.

**5 Propioris amici]** Apud Senec. de Benef. vi. 33. ‘ Non isti sunt amici, qui agmine magno januam pulsant, qui in primas et secundas admissions digeruntur.’

Multa quidem dixi, cur excusatus abirem :  
 Sed timui, mea ne finxisse minora putarer,  
 Dissimulator opis propriæ, mihi commodus uni.  
 Sic ego, majoris fugiens opprobria culpæ, 10  
 Frontis ad urbanæ descendì præmia. Quod si  
 Depositum laudas ob amici jussa pudorem,  
 Scribe tui gregis hunc, et fortè crede bonumque.

sarem. At veritus sum ne viderer minorem exhibuisse meam auctoritatem, eamque voluisse occultare, ut mihi soli utilis forem. Itaque ego devitans gravioris peccati notam, deveni ad speciem urbani rultus. Ergo si probas quod verecundiam abjeci, amici gratia; hunc tuis aggrega, et existima probum et constantem.

—10 Schoenborn. 2. *fugiens et propria.*

#### NOTÆ

7 *Cur excusatus abirem?*] Ne commendatitiam hanc Epistolam ad te scriberem, tibique molestus viderer.

8 *Mea finxisse minora?*] Exhibuisse minus posse me quam possim.

9 *Opis?*] Virgil. Æneid. 1. 604. ‘grates persolvere dignas Non opis est nostræ, Dido.’

10 *Mihi commodus uni?*] Quod sane invidiosum. Nam ex Platone, homo non sibi soli, sed aliis quoque natus.

10 *Majoris opprobria culpæ?*] Dissimulationem, invidiam, solius mei stu-

dium et amorem.

11 *Frontis ad urbanæ?*] Solet, qui in urbe degit, esse humanior atque officiosior; contra rusticus et agrestis, fronte et verbis asperior. Alii frontem urbanam interpretantur perfrectiorem, audaciorem, minus prudentem. Favet quod mox sequitur: ‘Depositum pudorem.’

12 *Quod si Depositum laudas, &c.?*] Si laudas quod malui apud te esse confidentior, quam videri parum sincerus ac fidelis amicus.

## EPISTOLA X.

### AD FUSCUM ARISTIUM.

Mira rusticæ atque otiosæ vitæ præconia. *Baxt.* Fuscus Aristius, administrator vitæ urbanæ, minus alienus esse videtur a studio divitiarum gratiæque potentiorum. Quare amici intimi morbo mederi leniter ac prudenter studet Horatius ita, ut ostendat, quid sibimet ipsi de hac re videatur. Scribit enim, se ruri paucis rebus tenuique victu contentum lœtumque vivere: hic esse hyemem tepidiorem; auram quæ calorem æstatis temperet ac leniat gratiorem; somnum curis et invidia non turbari; herbas suavius pavimentis tessellatis urbis olere; aquam puriorem fluere cum murinure grato, et prospectum in longos agros reperiri. Qui vero divitiis et vitæ splendore ducatur, eum ob fortunæ inconstantiam minus tranquillum, beatum, et liberum esse posse.

URBIS amatorem Fuscum salvere jubemus  
 Ruris amatores, hac in re scilicet una  
 Multum dissimiles, at cetera pene gemelli,  
 Fraternis animis; quicquid negat alter, et alter;  
 Annuimus pariter vetuli notique columbi.  
 Tu nidum servas; ego laudo ruris amoëni  
 Rivos, et musco circumlita saxa, nemusque.  
 Quid quæris? vivo et regno, simul ista reliqui  
 Quæ vos ad cœlum effertis rumore secundo:

5

*Nos ruris amantes salutamus Fuscum urbis amantem, in hoc tantum dispare  
 valde, in reliquis autem prope gemini. mente fraterna, quodcumque alter respuit,  
 alter quoque recusat: una vero consentimus ut vetuli et noti columbi. Tu nidum  
 custodis: ego villæ jucundæ rivulos et saxa musco obducta atque sylvum præfero.  
 Quid plura? vivo, et rex sum statim atque discessi ab his quæ vos laudatis admo-*

Epistola nona Libri secundi in Ed. Sanad. Inscrifitur in Bamberg. *Ad Fuscum Aristium Grammaticum.*—1 Schoenborn. *salvare jubemus.*—3 Vat. Palat. 3. a m. pr. Chisian. 1. Angelic. 1. a m. pr. alii codd. ap. Cruq. Torrent. Bentl. et Oberlin. *at cetera.* Primus adoptavit hanc lect. Cruquius; iterum defendit Nic. Heinsius ad Ovid. Met. ix. 99. Bentl. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Francis. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. Wakef. Wetzel. Zeun. Bipont. et Kidd. ‘Qui Latine sciunt, amabunt *ad cetera* cum aliis omnibus MSS. nostris, et aliorum optimæ notæ, et cum editionibus innumeris, ut blandius; et quod passim occurrens apud Scriptores, exponitur, ‘quoad, quod attinet ad cetera.’ Notum vel ex Tursellino, Carolo a S. Antonio Patavino, et ex Lexicis.’ Fea. *ad cetera* etiam Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Comb. Fea, Bothe, et Döring. *ob cetera* Zarot, et Medioli. 1477.—4 *Fraternisque animis* Barberin. 2.—5 Vat. 19. *noti retulique.* Lamb. conj. *vetulis, notisque* et sic duo codd. Cruquii.—9 Vat. 1. *in cælum.* Nonnulli ap. Feam. fertis; ita

## NOTÆ

1 *Fuscum*] Aristio Fusco comœdiorum scriptori inscriptam vidimus jam 1. Od. 22. ejus quoque mentio fuit in Satiris.

3 *Gemelli*] Perquam similes, ut solent esse gemini.

5 *Columbi*] Inter hos plurimus et mutuus plane amor esse consuevit.

6 *Nidum servas*] Resides in urbe Roma, qua mirum in modum delectaris.

*Laudo ruris amoëni Rivos, &c.]* Columella vitam rusticam dicit esse proximam sapientiae et quasi consanguineam. Vide Epod. 11. Seuera Hippolyt. Act. 11. vitae rusticæ com-

moda sic describit: ‘Non alia magis est libera et vitio carens, Ritusque melius vita quæ priscos colat, Quam quæ relictais mœnibus sylvas amat. Non illum avaræ mentis inflamat furor, Qui se dicavit montium insontem jngis: Non aura populi, et vulgus infidum bonis, Non pestilens invidia, non fragilis favor. Non ille regno servit, ant regno imminentis Vanos honores sequitur, ant fluxas opes; Spei metusque liber, &c. Nec scelerata populos inter atque urbes sita Novit, &c. Et teste cœlo vivit,’ &c.

9 *Quæ vos ad cælum effertis*] Scil. ho-

- Utque sacerdotis fugitivus, liba recuso ; 10  
 Pane egeo jam mellitis potiore placentis.  
 Vivere naturæ si convenienter oportet,  
 Ponendæque domo quærenda est area primum,  
 Novistine locum potiorem rure beato ?  
 Est ubi plus tepeant hyemes ? ubi gratior aura 15  
 Leniat et rabiem Canis, et momenta Leonis,  
 Cum semel accepit solem furibundus acutum ?  
 Est ubi divellat somnos minus invida cura ?  
 Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis ?

*dum, vulgo approbante. Pluentas autem repudio velut servus sacerdotis : panem vero libis melle conditis suaviorem requiro. Quod si expedit rivere congruenter naturæ, atque area primo diligenda est ad extruendum domum, an scis locum appetiorem tranquillo rure? Estne locus in quo tepidiores sint hyemes: in quo mitior aer temperet fuorem Caniculae, et tempora quibus Leo servens suscipit ardenter solem? Estne locus in quo molestæ sollicitudines minus perturbent somnum? An herba pejus olet aut fulget quam marmor Numidiæ? an aqua in vicis contendens*

Exc. Sax. alii codd. ap. Lamb. PULM. Combe, edit. Zar. 1470. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. Flor. 1482. Lips. 1499. revocavit Bentl. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. ‘Simplicius alia lectione effertis, qnam ortam puto ex glossemate.’ Fea.—11 Schoenborn. 3. meliore pluentis.—13 Ponendaque domo var. lect. ap. Feam, et Jaeck. *Ponendaque domus notatum ex cod. in ora ed. Aldi. 1519. in Biblioth. Angelic. quærendaque sine est in Schoenborn. 2.—15 Schoenborn. 3. ubi gratior umbra.—18 Plurimi codd. ap. Feam, item Gott. et Harl. 2. 3. 7. depellat; ita alii MSS. apud PULM. CRUQ. TORR. Talb. Val. notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel. item in alia 1509. Bibl. Barb. Comm. CRUQUIANNS. edit. PRINC. MED. 1470. 1477. CRUQ. Talb. *divellat*, qnam defendit Torr. quia hic non tam de insomnia agatur, quam de interrupto saepius, ac divexato quodammodo somno, habent Harl. 1. 4. 6. al. cum edd. vett. Bentl. CUNING. SANAD. FRANCIS. BAXT. GESEN. COMB. ZENN. WETZEL. WAKEF. et KIDD. ‘Sed alia præferenda lectio, propter vim verbi, et invidiam curæ.’ Fea. depellat etiam BOTHE, JAECK, et DÆRING.—19 ‘Deterius Libycis*

## NOTÆ

- nores, opes, favorem populi, pompam      sa expedit libido.  
 urbanam, &c.
- 10 *Sacerdotis fugitivus]* Is fastidiens liba et placentas, quæ sacerdoti e sacrificiis obveniunt, simplicem panem appetit et præfert: herumque fugit præ illorum tædio. Ovid. Fast. III. 735. ‘Liba Deo finnt: succis quia dulcibus ille Gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt.’
- 12 *Vivere naturæ convenienter]* Naturæ impertiri duntaxat idonea et necessaria; negare autem quæ vitio-
- 13 *Ponendaque domo, &c.]* Si vita beatæ et tranquillæ fundamenta jacienda sint.
- 16 *Rabiem Canis]* Caniculæ ardentes molestos. I. Od. 17. 17. III. Od. 13.
- 17 *Momenta Leonis, &c.]* Æstum feruentem, dum sol obit signum Leonis, mense Julio. Vide III. Od. 29. 19.
- 18 *Invida cura]* Invidens homini et eripiens quietem.
- 19 *Libycis lapillis]* Libya pro Nu-

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, 20  
 Quam quæ per primum trepidat cum murmure rivum?  
 Nempe inter varias nutritur sylva columnas,  
 Laudaturque domus longos quæ prospicit agros.  
 Naturam expelles furca, tamen usque recurret,  
 Et mala perrumpet furtim fastidia victrix. 25

*frangere tubulos plumbeos, limpidior est quam quæ resonans labitur alveo declivi?*  
*Scilicet nemus foret inter columnas versicolores: et laudatur domus habens pro-*  
*spectum ad campos remotos. Verum tametsi furca naturam abigas, nihilominus redi-*  
*bit semper; et sensim victrix perfringet improbam libidinem. Enimvero qui dis-*

*plet aut nitet herba lapillis? libri et typis cusi et manu scripti.* *Libycos autem*  
*lapillus recte accipiunt tessellata et sectilia pavimenta, λιθόστρωτα, ex variis*  
*Libyci marmoris frustis elaborata.* Ergo hæc erit sententia: Nonne juen-  
*dius est super herbam rure incedere et deambulare, quam urbe super pav-  
 menta marmorea? Recte hoc: neque quiequam de loco moveo, præsertim*  
*cum omnes ubique codices obnitantur.* Tamen, cum in versu priore de  
*somno* sit facta mentio, suspicio inde mihi suborta est, pro *lapillis* ab auctoris  
*mann* *tapetis* forte extitisse, non magna mutatione? Bentl. Hanc Bentleii  
*emendationem* recepit nemo.—24 *Naturam expellas* Harl. 2. 4. Vatt. 1. 5. et  
 14. a m. sec. Vat. 19. a m. sec. et Vat. Rom. 7. notatum ex codd. in ed.  
 Ald. 1501. in Biblioth. Vat. ita Ald. 1509. 1519. Glarean. Frib. 1536. Dion.  
 ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Venett. 1545. 1552. 1573. Muret.  
 Cruq. Basil. 1580. Chabot. Dan. Heinsius, Torrent. Bond. Delph. Schrevel.  
 Dacer. Baxt. Wetzel. Bipont. Fea, Botie, et Jaeck. *Naturam expellas* Harl.  
 3. *Naturam expellas* Harl. 1. 6. 7. Exc. Sax. alii codd. cum edd. Zarot. Me-  
 diol. 1476. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1504. Flo-  
 rent. 1482. Lips. 1499. Ald. 1501. Junt. 1503. Gryph. Basil. 1527. Bentl.  
 Gesn. Comb. Wakef. Kidd. et Dæring. Vulpius ad Tibull. iv. 2. 8. totum  
 versum, nulla data ratione, legit, *Naturam expellas furca licet; usque recurret.*  
 Cf. Senec. Epist. 119.—25 Bamberg. *testiglia* *victrix.* Codd. etiam Feæ, ves-

## NOTÆ

midia, quæ utraque est regio Africæ. Porro Numidicum marmor in pretio  
 erat. II. Od. 18. 4.

20 *Purior in vicis aqua, &c.]* Per tubos et canales plumbeos deducta. Aqueductus magno sumtu exstructos Romæ passim vide apud Alex. ab Alex. &c.

22 *Nempe inter varias, &c.]* Satis patet, inquit Horatius, quanti rura aestimantur; cum in media urbe, et in ædibus magnificentissimis nemora construantur, &c.

24 *Naturam expelles furca, &c.]* Erasmus, ‘Sensus est,’ inquit, ‘hand facile dedisci quæ nobis natura peni-

tus indidit et insevit. Ducta Metaphora a ramis, qui apposita furca torquentur alio quam natura posuerat: qua sublata, rursum vergunt eodem quo prius.’ Alii *furca expellere*, interpretantur, per vim, aspercere, et ignominiose expellere. Quod magis arridet. Cic. ad Attic. xvi. Epist. 2. ‘Sed quoniam furcilla extrudimur:’ quanquam ibi alii leg. aliter. Aristophanes de Pace simili dictione utitur δικροῖς ἐάθονν τὴν θεὸν. Juvenal. Sat. XIII. 239. ‘Tamen ad mores natura recurrat Damnatos, fixa et mutari nescia.’

25 *Et mala perrumpet furtim fasti-*

Non, qui Sidonio contendere callidus ostro  
 Nescit Aquinatem potentia vellera fucum,  
 Certius accipiet damnum, propriusve medullis,  
 Quam qui non poterit vero distinguere falsum.  
 Quem res plus nimio delectavere secundæ,      30  
 Mutatæ quatient: si quid mirabere, pones  
 Invitus: fuge magna: licet sub paupere tecto  
 Reges et regum vita præcurrere amicos.  
 Cervus equum pugna melior communibus herbis  
 Pellebat, donec minor in certamine longo      35  
 Imploravit opes hominis, frænumque recepit:

*crimen ignorarit purpuram Sidonium inter et lanam Aquinate succo imbutam, detritum haud capiet majus et medullis perniciosius, quam qui nesciet discernere falsum a vero. Qui rebus prosperis latatur plusculum, adversis perturbabitur. Si aliquid nimium aestimes, invitus reliquies. Derita grandia. In tugurio inope beatior vita duci potest, quam ducant principes et principum familiares. Cervus pugnatiōr equum arebat pascuis communibus, donec in diuturna pugna inferior auxilium pe-*

titia; item fastigia. Vat. 1. et 3. a m. sec. Vat. 7. Vat. Rom. 9. et Chisian. 5. prorumpet f. fastigia.—27 Schoenborn. 3. potentia. Codd. Feæ variant, *fucum, succum, sucum*, ut 1. Sat. 4. 10. cf. 11. Od. 16. 35. Epod. xii. 21. 1. Epist. 6. 18. 11. Epist. 2. 181. *sucum* Zarot. *succum* Mediol. 1477. Florent. 1482. et Vet. Comb.—28 Vat. Palat. 1. et Angelic. 4. *propriosve medullis*; Schoenborn. 2. 3. 4. *propriosque medullis*.—29 Chisian. 5. *non potuit*. Vat. Palat. 3. *verum . . . falso*.—30 Exc. Sax. *plus aquo delectavere*; Schoenborn. 2. *plus nimium*.—31 Bamberg. *potes pro pokes*.—33 Cuning. ac regnum. Codd. ap. Fcam,

## NOTÆ

*dia]* Sapientior natura, quæ paucis contenta esse solet, vincet et damna-bit fastidiosam luxuriem divitum pleraque male expetentium, præter aut etiam contra instinctum naturæ.

*26 Sidonio]* Sidon et Tyrus urbes Phœniciae, optima purpura nobiles. Vide 111. Od. 29. et Epod. xvi. sub finem.

*27 Contendere callidus ostro Nescit Aquinatem, &c.]* Apud Aquinum Latii urbem fiebat purpura, sed quam periti facile dignoscebant longe viliorem genuina et pretiosa e Tyro vel Sidone. Alii parum callidi in Aquinate, quod Sidoniam imitaretur, decipie-

bantur. Aquinum ignobile oppidum Angelici Doctoris Thomæ illinc oriundi fama subinde illustravit.

*Ostro]* Color est subrubens aut violaceus, e sanie confectus ostreorum, maxime vero muricis, cuius frequens piscatus est ad urbes mox dictas.

*28 Propius medullis]* Metaph. a venenis aut morbis; quibus cum medullæ ac reconditiores partes corporis attinguntur, de salute conclamatum est.

*34 Cervus equum, &c.]* Stesichoro fabulam istam attribuit Aristoteles, narratque Rhetor. ii.

Sed postquam victor violens discessit ab hoste,  
 Non equitem dorso, non frænum depulit ore.  
 Sic qui, pauperiem veritus, potiore metallis  
 Libertate caret, dominum vehet improbus, atque      40  
 Serviet aeternum, quia parvo nesciet uti.

*tüt ab homine, ac frænum admisit. At poste aquam vi hostem devicit, nec tergo equitem nec ore frænum excussit. Ita qui timens inopiam spoliat se libertate metallis preciosiore, infelix dominum ferct, semperque servus erit, quia parvo contem-*

*præcedere, et præcellere.*—37 Vat. Rom. 8. Chisian. 5. Vallicel. 1. *violens victor*; sic alii codd. apud Pulm. Bentl. atque ita *anonymus* Traj. ad Rhen. 1713. *violens ricto* Exc. Sax. Bentl. ex ingenio. *victor ricto* Cun. San. Mervill. ‘Quis crederet, Bentleium aideo in elegantiis linguae Latinae hospitem, ut tot ineptiis hunc locum solicitaret, *victor violens discessit*; quo nihil excogitari potest et elegantius, et significantius; ut Poëta primum equi impetum exprimeret, exultantis, et se e certamine raptim, ac *violenter*, ut exponit Acron, eripientis? Quid opus erat *victo*, cum jam dixisset *victor*?’ Fea. Exc. Sax. etiam *victo*. ‘Bentleius videns, non constare hanc ineptam lectionem, varie tentat h. l. atque conj. *Sed p. violens victo, &c.* vel, *S. p. domito victor, &c.* vel pro *violens* corrigit *sonipes*; non male quidem, sed tamen, ut fatear, nimis longe a vestigiis scripturæ vulgatae ita recedi, atque desiderari acumen Poëtæ. Quare, cum in codd. nulla auxilii spes supersit, in hoc salebroso loco hariolari conabor, mentemque Poëtæ conjectura assequi. Legerim igitur libens, *Sed p. vitulans victo, &c. vitulans*, i. e. lætitia gestiens, exultans ob hostem devictum. ‘*Vitulari*’ probum verbum. Vide Varr. et Non. in h. v. Plaut. in Pers. II. 3. 2. et Hor. II. Od. 5. 8.’ Jever ad Lucan. I. 81.—38 Schoenborn. 2. *nec frenum*. Barberin. 2. *pellit ab ore*.—39 Vallicel. 1. *metallo*.—40 Chisian. 6. Vallicel. 1. et Porph. in ed. Basil. 1580. *vehit* Bentleius adoptavit ex suis MSS. et quia qui *caret*, *vehit*: alias dicendum erat *carebit*: ita sex editiones apud Cun. qui etiam recepit in textum; inde San. Mervill. Phil. Sandby. ‘Merito rejecit Dac. Baxt. atque alii. *Vehet*, ac *serviet* conjugenda. Vid. I. Epist. 16. 66.’ Fea.—41 *Serviet aeterno nonnulli codd. ap. Feam. qui parvo* Schoenborn. 3. al. codd. ap. Feam, et edd. primæ. *quia parvo* octodecim codd. Fea, alii ap. Lamb. et Torrent. omnes Cruquii, Harl. I. 2. 3. 4. 6. 7. ita notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. edd. Lips. 1499. Ald. 1501. Dion ab Harsio Lugd. 1538. Muret. D. Heins. Delph. Bond. Schrevel. Talbot. Bentl. Pine. Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cuning. Sanad. Francis. Sandby. Wakef. Wetzel. Gesn. Zeun. Bipont. Kidd. Comb. Fea. Bothe. Jaeck. et Dœring. *nesciat* Lamb. ex codd. ita alii codd. ap. Feam, et plurimæ edd. *nesciet* vero exhibent Vatt. 3. 9. 14. 15. 18. Vatt. Rom. 2. 3. 5. 6. Vat. Palat. 4. Chisian. 1. 5. 6. Angelic. 1. 2. Barberin. 1. Vallicel. 3. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. ap. Pulm. nonnulli superscripti ap. Feam, cum edd. Venett. 1481. 1486. Britann. 1520. Chabot. Baxt. Delph. Bond. Schrevel. Bentl. Sanad. Francis. Dunster. Talbot. Pine. Wetzel. Wakef. Kidd. Gesn. Zeun. Bipont. Comb. Fea. Bothe. Jaeck. et Dœring. *parvo* quod *nesciet* uti Cuning. *nesciit* in quibusdam, quod magis placet Ges.

## NOTÆ

40 *Dominum vehet improbus, &c.]* excussa mancipium fit cupiditatis Sicut *victor cervi equus in servitute et pecuniæ sibi dominantis.* hominis mansit, sic homo paupertate

Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,  
 Si pede major erit, subvertet; si minor, uret.  
 Lætus sorte tua vives sapienter, Aristi;  
 Nec me dimittes incastigatum, ubi plura                   45  
 Cogere quam satis est, ac non cessare videbor.  
 Imperat aut servit collecta pecunia cuique,  
 Tortum digna sequi potius quam ducere funem.  
 Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ,  
 Excepto quod non simul esses, cetera lætus.                   50

*tus non est. Cui suæ non congruent facultates, ut olim calceus, si pede sit amplior, destrict; si angustior, lædet. O Aristi, vives sapienter conditione tua contentus: meque redargues, quando videbis accumulare plusquam sufficit, et non desinere. Opes congestæ unicuique dominantur vel serviunt, at debent magis fune trahi quam trahere. Ego tibi scribebam ista pone vetus Vacunæ templum, hilaris sane per omnia, nisi quod mecum non sis.*

nero.—42 Barberin. *ut celceus.*—43 Schoenborn. 2. 3. 4. *si minor urget.*—44 Schoenborn. 3. *sorte tua.* Schoenborn. 2. Chisian. 1. a m. sec. et Angelic. 1. a m. sec. *vivas.*—45 Bamberg. Chisian. 6. et Schoenborn. 3. *dimittas.*—47 Schoenborn. 3. *cuiquam.*—49 Vat. 7. et Barberin. 2. *post templum putre.* Cuning. *fanum post putre.*

## NOTÆ

42 *Cui non conveniet sua res]* Qui opes habebit nimias, adeoque sibi non convenientes, tam ab iis lædetur quam pes a calceo parum apto.

*Ut calceus]* Proverbiū est a Græcis derivatum: ‘Ne supra pedem calceus.’

47 *Imperat aut servit]* Senec. de Vita Beata: ‘Divitiæ apud sapientem virum in servitio sunt, apud stultum in imperio.’

48 *Tortum digna sequi, &c.]* Dictio videtur ducta a sacris illis saltationibus Romæ fieri consuetis ad restim, cuius principium tenens præsulorū funem ducere, alii vero fune duci, aut ductum funem sequi, dicebantur. Liv. lib. xxvii. ‘Per manus reste data virginēs sonum vocis pulsū pendū modulantes incesserunt.’

49 *Hæc tibi dictabam]* Puero vel librario dictabam Epistolam hanc ti-

bi mittendam.

*Post fanum putre Vacunæ]* Hæc vacationis Dea, Sabinis pridem culta fuit: unde fanum ejus vetustate et carie detritum ac *putre* dicitur. Ingeniose vero et lepide se ipse Poëta collocat ad Vacunam, dum vacuus et otiosus scribit ad occupatissimum Fuscum Aristium.

*Vacunæ]* Vetustissima hæc Sabini- rum Dea, in agro Reatino sacra etiam habens nemora, ex Plin. iii. 12. aliis dicitur Minerva, aliis Diana, Venus, Ceres. Varro Rer. Divin. lib. 1. ait esse Victoriam, quæ facit vacare a curis. Vet. Schol. Porro Vacunalia Decembri mense celebrabantur a rusticis jam vacuis operum, post collectos fructus. Ovid. Fast. vi. ‘Nunc quoque cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ, Ante Vacunales stantque sedentque focos.’

## EPISTOLA XI.

## AD BULLATIUM.

Animi ægritudinem peregrinationibus non levari. *Baxt.* Bullatius vel ob spem aliquam, quæ frustrata erat, vel ob incommodum, quo affectus erat, vel ob animi morositatem, Romanum relinquere et in aliquo Græciæ aut Asiae loco vivere statuisse videtur. Ab hoc igitur consilio amicum avocare conatur Flaccus, docens, ad bene et beate vivendum non locum facere, sed animum æquum, rationem et prudentiam.

**QUID** tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos ?  
**Quid** concinna Samos ? quid Crœsi regia Sardis ?  
**Smyrna** quid, et Colophon ? majora minorave fama ?

*O Bullati, quid censes de Chio, et de Lesbo celebratissima? quid de Samo nitida? quid de Sardi Crœsi regia? quid de Smyrna et Colophone? an habent aliquid*

Epistola secunda Libri primi in Ed. Sanad.—2 *Crœsi quid regia* Schoenborn. 2.—3. 4 In eodem codice, *minorave*. ‘Omnes Crœnii codices pro minorane legerunt *minorave*: et cunctaque pro cunctane erat in plerisque Torrentii. *Minorave*; nam sentio ea minora tibi visa. Bentleins prætulit *mino-*

## NOTÆ

1 *Quid tibi visa, &c.]* Bullatum clarissimas Asiæ minotis urbes per vagatum compellat Poëta: et quod nosset hanc esse ejus mentem, ut extra Romanum vix se beate vivere existimaret, occasionem sunit asserendi, felicitatem minime a loco pendere; ac sapientem virum ubique locorum esse beatum posse.

*Chios]* Insula maris Ionii: de qua III. Od. 19.

*Lesbos]* Ægæi maris insula. *Nota]* Cum vino generoso, tum præsertim natalibus Alcæi et Sapphus: de quibus I. Od. 17. et 32. item II. Od. 13.

2 *Samos]* Insula maris Icarii contra urbem Ephesum. *Concinna]* Vel ædificiis elegantissimis, vel cœlo temperato, vel cultu præcipuo Junonis. Adde celebritatem e vasis fictilibus, quæ Samia dicuntur; necnon ob Pythagoram illinc oriundum, &c.

*Crœsi regia Sardis]* Hæc urbs Lydiae, regia quandam Crœsi, hodie jacet. Crœsus immensis divitiis inclytus, a Cyro subinde victus sensit, quod ante Solon monuerat, rebus humanis haud esse fidendum. Nempe ‘fortuna vitrea est: cum splendet, frangitur.’

*3 Smyrna]* Urbs Ioniæ maritima, hodiernæ primaria.

*Colophon]* Hæc civitas Smyrnam inter et Ephesum, mari pariter imminet: auro probatissimo celebrata est: dedit etiam locum dictioni isti: ‘colophonem imponere,’ id est, ultimam operi manum adhibere. Inde fluxit, quod cum exardesceret bellum inter populos quospiam, illud statim conficeretur, ubi primum alteros equitatu suo juvissent Colophonii. Strabo.

*Majora minorave fama]* Suntne ur-

Cunctane præ Campo et Tiberino flumine sordent?	
An venit in votum Attalicis ex urbibus una?	5
An Lebedum laudas, odio maris atque viarum?	
Scis, Lebedus quid sit; Gabiis desertior atque	
Fidenis vicus; tamen illic vivere vellem,	
Oblitusque meorum, obliviscendus et illis,	
Neptunum procul e terra spectare furentem.	10

*majus aut minus fama? An omnia videntur spernenda præ Martio campo et fluvio Tiberi? An optares aliquam e civitatibus Attali? an Lebedum cupias, maris pertæsus atque itinerum? BULLAT. Nostis quam Lebedus desertum sit oppidum, plus nempe Gabiis et Fidenis: attamen ego mallem ibi degere, atque immemor propinquorum, iisque contentus, e terra mare tumidum eminus contemplari. HORAT.*

rane; utrum vero rectius, qui vult dijudicabit: mea parum interest. *Cunctane* etiam posuit Bentleius pro *Cunctaque*, etsi nihil opus.<sup>3</sup> *Baxt.* minorane etiam Bond. Schrevel. Lamb. Delph. Bentl. Dunster. Sanad. Cuning. Francis. Wakef. Kidd. Fea, et Bothe. *Cunctane* Harl. 2. 3. 4. 6. 7. al. edd. primæ, item Lamb. Bond. Schrevel. Delph. Bentl. Dunster. Sanad. Cuning. Francis, Wakef. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Döring. *sordet Schoenborn. 3. præ caupo Vat. 4. a m. pr.—6 An Lebadon Schoenborn. 3.—7 Lebadus quam sit Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. edit. Ven. 1509. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Lamb. Chab. D. Heius. Bond. Despr.—8 Fidenis ficias Schoenborn. 4. F. ficas Vat. 19. Vat. Rom. 6. cum edd. Zarot. Venett. 1477. 1478. 1483. 1486. 1490. 1495. 1552. et Florent. 1482. vivere mallem Vat. 1. a m. sec. Harl. 2. et Schoenborn. 2. 3.—10 Vatt. 1. 4. 12. 19. Vatt. Rom. 5. 6. Vat. Palat. 3. Angelic. 2. Barberin. 1. 2. Vallicel. 3. Schoenborn. 2. et unus ap. Pulm. *ex terra.* Angelic. 1. 3. *a terra.**

## NOTÆ

bes istæ superiores an inferiores lani-  
dibus, quas illis fama tribuit?

4 *Campo*] Amoenissimo illo ad Ti-  
berim, exercitationibus Rom. juven-  
tutis celeberrimo. Metonym. pro  
urbe Roma. I. Od. 8.

5 *Tiberino flumine*] Albula pridem  
dictus is fluvius Romam interluens,  
Tiberino Albæ rege summerso novam  
est appellationem sortitus. I. Od. 2.  
Ovid. Fast. II. ‘Albula, quem Tibe-  
rim mersus Tiberinus in undis Reddi-  
dit.’

6 *An Lebedum laudas, odio maris,*  
&c.] Adeone pertædet navigationis et  
peregrinationis, ut in quovis ignobili  
et deserto vice malis subsistere ac

residere, quam mare aut quodvis iter  
amplius inire?

7 *Lebedum*] Oppidum Asiae Minoris,  
ad oram sinus Ionici: ubi quotannis  
Scenici ludi celebrabantur in hono-  
rem Liberi. Strabo. Non desunt qui  
vicum esse in Italia maritimum dic-  
tant.

8 *Scis, Lebedus, &c.*] Responsio est  
Bullatii odium suum maris et viarum  
exhibens. Haec tamen ceteraque om-  
nia ipsi Horatio tribui possunt.

9 *Gabiis, Fidenis*] Duo hæc oppida  
Latii in Sabinis posita.

10 *Neptunum procul, &c.*] Deum ma-  
ris, Meton. pro ipso mari. Lucret.  
lib. II. ‘Suave, mari magno motanti-  
bus æquora ventis, E terra magnum  
alterius spectare laborem.’

Sed neque qui Capua Romam petit, imbre lutoque  
Aspersus, volet in caupona vivere; nec qui  
Frigus collegit, furnos et balnea laudat,  
Ut fortunatam plene præstantia vitam;  
Nec, si te validus jactaverit Auster in alto,  
Idcirco navem trans Ægæum mare vendas.  
Incolumi Rhodos et Mitylene pulchra facit, quod  
Pænula solstitio, campestre nivalibus auris,

15

*At nec qui Capua Romam pergit, pluvia et cæno conspurcatus, morari semper in caupona velit, nec qui contraxit frigus, laudat furnos et balnea tanquam præbentia ritam omnino felicem. Neque si te vehemens Auster exagitaverit in aperto mari, ideo vendas navim ultra mare Ægæum. Certe hominem sanæ mentis non plus iuvat Rhodus et clara Mitylene, quam lacerna in Solstitio aestivo, campestre tempes-*

—15 *Nec te si* Vatt. 1. 9. *ut edidit Cuning.* —16 *Idcirco navim* Schoenborn. 3. *I. trans Æ. navem* Barberin. 2. *vendas* Vat. 1. a m. pr. —18 *Vat. Rom. 9.*

## NOTÆ

11 *Sed neque qui Cap. &c.]* Vel se ipse Poëta corrigit, vel Bullatum refellit similitudine conglobata. Quasi viator in caupona semper diversari velit qui lutum itinere collectum illic absterserit, madidasque imbre vestes exsiccaverit; atque imbrinm lutique odio viam ac patriam nolit repetere.

*Capua]* De hac urbe Campaniæ præcipua, Epop. xvi. et 1. Sat. 5.

*Romam petit]* Longo itinere.

13 *Furnos et balnea laudat]* Calida nempe loca.

15 *Auster]* Ventus meridionalis pluvius admodum et procellosus. 11. Od. 14.

16 *Idcirco navem trans Æg. &c.]* Velut nunquam redditurus in patriam, satius ducens in regione transmarina vitam finire, quam navigationis incommoda et pericula iterum experiri.

*Ægæum mare]* Vid. II. Od. 16.

17 *Incolumi Rhodos, &c.]* Vir sapiens ad beatam vitam non magis expetit Rhodum aliasve urbes florētissimas, quam pænulam aestate,

&c. Vel sensus est: Quamvis jactatus sis Austro et tempestatibus, attamen salvis evasisti: nec te morari debet incolumem Rhodus, &c. Ergo Romam redi quamprimum, dum valles; ubi apud nos jactes et extollas Rhodi pulchritudinem ac Mitylenæ, Samum etiam et Chiūm, &c.

*Rhodos Mitylene]* Insulæ rebus omnibus felices. Vide I. Od. 7.

18 *Pænula solstitio]* Pallium densum adversus imbræ et frigus, ferente æstu, Junio mense; in solstitio aestivo, cum sol ultra non progrederetur. Macrobi. Somn. Scip. II. 7. ‘Constat solem neque sursum ultra Cancrum, neque ultra Capricornum deorsum meare: sed cum ad Tropicorum confinia pervenerit, mox reverti: unde et solstitia vocantur. Et quia aestivus Tropicus temperatæ nostræ terminus est, ideo cum sol ad ipsum finem venerit, facit nobis aestivos calores, de vicino urens sensu majore subjecta.’

*Campestre]* Subligaeulum aliqui interpretantur: alii tenuorem vestem,

Per brumam Tiberis, Sextili mense caminus.	
Dum licet, ac vultum servat fortuna benignum,	20
Romæ laudetur Samos, et Chios, et Rhodos absens.	
Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam,	
Grata sume manu; neu dulcia differ in annum;	
Ut, quocumque loco fueris, vixisse libenter	
Te dicas: nam si ratio et prudentia curas,	25
Non locus effusi late maris arbiter, aufert;	

tate nivali, Tyberis hyeme, focus mense Augusto. Dum potes, et sors propitiam exhibet faciem, Romæ lauda Samum, et Chium, et Rhodum procul positas. Quodlibet vero tempus felix tibi Deus concederit, grata manu accipe; nec in annum differ lätitiam; ut quavis in regione degas, te sponte ibi commorari declares. *Enimvero si ratio et sapientia, non autem situs arcens mare exundans, abigit solici-*

immanibus auris. Vat. 1. Vat. Rom. 8. et Exc. Sax. *nivalibus austris*.—19 *Tiburis* Schoenborn. 3.—20 *Dum licet et vultum* Schoenborn. 4. Harl. 1. 6. 7. al. et edd. ante Bentl. ac *vultum* Harl. 2. 3. 4. plurimi codd. ap. Feam, alii ap. Pulm. notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. et sic edd. Talbot, Bentl. Cuning. Sanad. Francis. Sandby, Valart. Gesn. 3. Zeun. Dunster. Kidd. Fea, Bothe, et Jaeck.—21 Schoenborn. 4. et duo alii codd. ap. Pulm. *laudatur*.—22 ‘Deus, seu *fors donaverit* Cuning. audacter, et indocte.’ Fea.—23 Multi codd. et edd. ante Bentl. item Dunster, Bipont. et Dœring. *nec dulcia*. Vatt. Rom. 4. 7. 8. 9. Chisian. 1. Angelic. 1. 2. Barberin. 2. Harl. 1. 2. 3. 7. Gott. alii codd. ap. Lamb. Pulm. et Bentl. qui restituit in textu, eumque secuti sunt anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cuning. Sanad. Francis. Wetzel. Wakef. Kidd. Fea, Bothe, Gesn. Zeun. Comb. et Jaeck, *neu dulcia*. Barberin. 1. a m. sec. ne *dulcia*.—24 *Tu quocumque*

## NOTÆ

qua induti juvenes sese in campo  
Martio exercebant.

19 *Per brumam Tiberis*] Quasi vero quisquam hyeme cupiat flumen subire, seque in eo lavare, aut naturae.

*Sextili mense*] Ardente cœlo et Canicula. Vide supra Epist. 7.

*Caminus*] Vox Græca est fornacem significans: ἀπὸ τοῦ καύματος, a calore. Isidor.

21 *Romæ laudetur Sumos, &c.*] Hæc Bullatius: Romæ sim modo, laudabo sponte Samum, Rhodum, &c. At ad eas urbes et insulas navigare ne mihi contingat in posterum. Vel hæc pariter et quæ sequuntur intellige ab Horatio dicta, quemadmodum expli-  
cavi paulo ante.

22 *Tu, quamcumque Deus, &c.*] Reponit Horatius: Immo quamcumque hora et quocumque loco latus ac beatus esse potes, si ratio et prudentia duces tibi sint. Vel, interim dum ad nos redeas horis felicibus fruere, ubique latus esto: et æquo animo quavis accipe.

23 *Neu dulcia differ*] Noster iii. Od. 8. ‘Dona præsentis cape latus horæ.’

26 *Locus effusi late maris arbiter*] Urbs quævis ad mare pulcherrima et potentissima, portu commoda, navigatione celebris, egregie munita ageribus, quibus velut ad arbitrium fluctus maris assilentes frangit ac domat.

Cœlum, non animum, mutant qui trans mare currunt:  
 Strenua nos exercet inertia: navibus atque  
 Quadrigis petimus benc vivere: quod petis, hic est;  
 Est Ulubris, animus si te non deficit æquus.

30

*tudines; qui ultra mare navigant cœlum quidem mutant, non vero animum. Gravis nos tenet socordia. Navibus et equis vitam beatam querimus. Atqui hie est illud quod queris, est Ulubris; modo tibi pacata mens affuerit.*

Harl. 2. 7. aliisque codd. ap. Feam.—28 Schoenborn. 4. exercet ineptia.

## NOTÆ

27 *Cœlum, non animum, mutant, &c.]* Pythagoras dicebat, non mutatione locorum prudentiam doceri, aut imprudentiam tolli.

28 *Strenua inertia]* Oxymoron.

*Navibus atque Quadrigis]* Gall. Par mer et par terre: Item: à pied et à cheval.

29 *Quod petis, hic est]* Ne longe quæras, quod in promtu est. Si sapis, ubicumque sis, felicitatem præsto habes, vel in quovis angulo et oppi-

dulo maxime obscuro et ignobili; v. g. Ulubris, in Italia; vel Lebedi in Asia.

30 *Ulubris]* Ulubræ, oppidum Latii in Campania prope Velitras, desertum ac vile, hoc unum habens memorabile, quod Augustus Cæsar in eo sit educatus.

*Animus si te non deficit æquus]* Plaut. Aulul. ‘Pol, si est animus æquus tibi, satis habes qui bene vitam colas.’

## EPISTOLA XII.

## AD ICCIUM.

Solatur in tenui re philosophantem amicum, qui plantam e cœno avaritiæ evellere nequivat. *Baxt.* Iccins, qui philosophiam affectabat et simul rei quærendæ avidior erat, ut supra 1. Od. 29. ita et hic salse, quanquam tec-tius, ridetur. Tum commendatur homini Pompeius Grosphus. Tandem de statu reipublicæ quædam adduntur.

FRUCTIBUS Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,

*O Icci, si vere potiaris proventibus Agrippæ, quos in Sicilia percipis, majores*

Epistola tertia Libri secundi in Ed. Sanad. Inscrifitur in Bamberg. *Ad Hicciū;* in aliis ap. Feam, *Ad Ictium.*—1 Bamberg. *quos colligis Icci.* Edd. pluriæ ante Bentl. *quos c. Icti,* Gott. Han. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. al.

## NOTÆ

1 *Fructibus Agrip.]* Ad Icium hunc est 1. Od. 29. ubi sicut et hic ejus cupiditas notatur, non sine multo satyrico sale.

*Agrippæ]* Is Angusti gener, de quo 1. Od. 6.

*Siculis]* Sicilia insula Italæ adiacens, et ab ea angusto satis freto di-

Si recte frueris, non est ut copia major  
 Ab Jove donari possit tibi: tolle quereelas;  
 Pauper enim non est cui rerum suppetit usus.  
 Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil  
 Divitiæ poterunt regales addere majus. 5  
 Si forte in medio positorum abstenuis, herbis  
 Vivis et urtica, sic vives protenus, ut te  
 Confestim liquidus fortunæ rivus inauret:  
 Vel quia naturam mutare pecunia nescit; 10

*tibi opes dare nequit Jupiter. Desine conqueri. Nec enim est inops qui rerum habet usum. Si venter, si latus ac pedes commode sunt, nihil amplius regum divitiæ conferre valent. Si forte inter edulia possessa sobrios vesceris oleribus et leguminibus, ita porro victitabis, ut sors te statim aureo flumine locupletet: seu quoniam*

primaæ edd. item Aldd. R. et H. Steph. Crnq. et recentt. *quos c. Iccī.*—2 *Si recte fueris* var. lect. ap. Jaeck.—3 *A Jove* Schoenborn. 4. Vat. 7. Vat. Rom. 9. Vat. Palat. 4. et Angelic. 3.—4 Cuning. ex ingenio, rerum cui suppetit.—5 Vatt. 9. 15. Vat. Rom. 9. Chisian. 5. Bamberg. et Schoenborn. 3. *lateri pedibusque sine est.*—7 Aristemius Schoenborn. 4.—8 Vat. 3. a m. pr. *sic vivis.* Vat. Rom. 7. a m. pr. *sic vives proximus.* Vulgg. ante Bentl. *protinus.*—9 *Confestim*

## NOTÆ

visa; triangularis formæ est: habet in circuitu plus quam sexcenta passuum millia; omnium maris mediterranei amplissima censemur: frumenti adeo ferax, ut horrem populi Romani diceretur. Cic. Verr. iv. ‘Sapiens ille M. Cato penariam cellam Reip. nostræ, nutricem plebis Rom. Siciliam nominavit.’

*Quos colligis]* Velut procurator aut coactor ab Agrippa constitutus, ad colligendos fructus ex agris fructuariis, pascais, vectigalibus. Sunt qui Iccio donatos ab Agrippa asserant agros. Verum quod ait Poëta, *frueris*, indicat magis usumfructum fuisse concessum, id est, jus utendi fruendique iis quæ Agrippæ erant.

5 *Si ventri bene, &c.]* Si cibus potusque suppetit, si stratum et cubile, si equus, vel potius calcei ac indumenta. Hinc volunt quidam Iccium perstringi velut Epicureum. Quin

immo paulo post Stoicus fuisse ostenditur, ac rerum sublimium studiosus.

8 *Urtica]* Plin. xxi. 15. ‘Urtica incipiens nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius auni morbos.’ Vide et Dioscorid. iv. 94. Nihil ad rem urtica piscienlus carnis tenerrimæ, coctu facilis, in mari Siculo frequens: de quo Athen. lib. III.

9 *Rivus inauret]* Allusio est ad fabulam Midæ Phrygiæ regis, qui cum stolide optasset in aurum converti quicquid contrectasset, jamque cibis pariter immutatis fame periret; tandem Bacchi, vel Apollinis, consilio sese abluit in Pactolo flumine, quod exinde inauratum pretiosas cœpit arenas volvere. Cicero ad Trebatium scribit: ‘Malle te puto a Cæsare consulii quam inaurari.’

10 *Vel quia naturam, &c.]* Liberior non sit avarus, etsi opibus af-

Vel quia cuncta putas una virtute minora.  
 Miramur, si Democriti pecus edit agellos  
 Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox :  
 Cum tu inter scabiem tantam, et contagia lucri,  
 Nil parvum sapias, et adhuc sublimia cures :                   15  
 Quæ mare compescant causæ ; quid temperet annum ;

*pecunia nequit indolem mutare, sive quod omnia infra solam virtutem ponis. Non est quod demiremur si Democriti agros et sata depascatur grex alienus, dum mens agilis velut extra corpus peregrinatur ; quandoquidem tu in tanta prurigine et lue quæstus, nihil abjectum cogites, atque excelsa mediteris ; puta, quæ causæ cohíbeant*

\*\*\*\*\*

*largus Entyches ap. Putsch. col. 2160.—11 Hic versus a manu secunda inser-  
 tus est in Schoenborn. 4.—14 Vat. unus ap. Feam, inter tantam scabiem. Cu-  
 ning. more sno, tantam inter scabiem. Angelic. 2. et Chisian. 5. tanta et.—15  
 Nil pravum Chisian. 1. a m. pr.—16 Vat. 15. compescunt. Schoenborn. 2. Vat.*

#### NOTÆ

fluat ; nec abundante pecunia cupiditas imminuitur.

11 *Vel quia cuncta putas, &c.]* Satyricæ vellicat ejus parsimoniam ; quasi oleribus vescatur, præ amore virtutis, et contemtu dapum exquisitarum : cum sordida parcitate et avaritia potius ducatur.

12 *Miramur, si Democriti, &c.]* Adeo mirari non debemus quod Democritus ita neglexerit patrimonium, unis rebus philosophicis intentus, ut etiam agros et fruges suas permitteret a vicinorum pecoribus devorari. Tu certe, Iccī, mirabilior es ; qui quidem augendis opibus sedulo vacas, simul et studio rerum maxime sublimium. Irrisio salissima.

*Democriti]* Abderites iste Philosophus ex atomis constare omnia statuebat ; Naturalia, Moralia, Mathematica, omnesque disciplinas liberales callebat. Vixit cum Socrate, circa Olympiad. 80. consenuit vero ad annum ætatis 109. Plinius eum vocat ‘ sagacissimum ac vitæ utilissimum.’ Cicero passim laudat. De Nat. D. 1. n. 121. ‘ Democritus vir magnus in primis, ejus fontibus hortulos suos

Epicurus irrigavit.’ N. 69. ait, ‘ esse corpuscula quædam lævia, alia aspera ; rotunda alia, partim angulata ; curvata quædam et velut adunca ; et ex his effectum esse cœlum atque terras, nulla cogente natura, sed cursu quodam fortuito.’ Acad. Qu. iv. 56. ‘ ex individuis omnia gigni affirmat ;’ et n. 121. ‘ asperis et lævibus, hamatis uncinatisque corporibus concreta hæc esse,’ &c.

13 *Dum peregre est animus]* Dum mens extra corpus veluti peregrinata naturæ arcana scrutatur ; adeoque non advertit quæ circa se gerantur. Cic. pro Milone. ‘ An vero tu solus ignoras ? tu hospes in hac urbe versaris ? tuæ peregrinantur aures ? ’

14 *Scabiem]* Avaritiam instar scabiei adhærescentem, serpentem, mortidentem.

16 *Quæ mare compescunt causæ]* Ne terram obruat, cum ea sit altius. Propert. iii. 4. ‘ Curve suos fines altum non exeat æquor.’

*Quid temperet annum ?]* Quid varias temporum faciat commutationes ac vires, quatuor anni tempestates, ver, æstatem, autumnum, hyemem.

Stellæ sponte sua, jussæne vagentur et errent;  
 Quid premat obscurum Lunæ, quid proferat orbem;  
 Quid velit et possit rerum concordia discors;  
 Empedocles, an Stertinum deliret acumen.

20

*mare; quid tempora componat; an sidera per se, an imperata errent ac discurrant; quid Lunam faciat absque lumine, quid lumen ejus producat; quid valeat efficiatque dissentiens rerum consensio; utrum Empedocles, an Stertinii subtilitas aberret. At*

-----  
 Rom. 2. Chisian. 5. Angelic. 1. Barberin. 1. et ed. Zarot. *temperat.*—17 Barberin. 1. *an errent.*—18 Vat. 10. *premit obscurum.*—20 *Empedoceum conj. Cuning. Stertinii Schoenborn. 3. nonnulli ap. Feani, et edd. Venet. 1555. et Glarean. Stertinum Vat. 7. Vatt. Rom. 2. 4. Vat. Palat. 4. Ald. 1501. et Junt. 1503. Stertinum Vatt. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 12. 15. 16. 18. 19. Vat. Rom. 3. Vatt. Rom. 6. a m. pr. et 7. Vat. Rom. 8. a m. sec. Vat. Palat. 6. Chisian. 6. Angelic. 1. 2. Vallicel. 1. a m. sec. Vallicel. 3. Barberin. 1. 2. alii codd. apnd Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Val. notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1519. in Bibl. Angel. et 1509. Barb. restituit Lamb. Gryph. 1566. Cruq. Torr. Talb. D. Heins. Dac. Baxt. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cnn. San. Phil. Sandby, Gesn. Batt. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Bi-*

## NOTÆ

17 *Stellæ sponte sua, jussæne rag.* &c.] An motu proprio, an jussu et impulsu externo. Virgil. Æn. ix. 21. ‘palantes cœlo stellas’ dicit. Plin. lib. ii. de his multa. Cap. 6. ‘septem sidera ab incessu vocamus errantia,’ inquit, ‘cum errent nulla minus illis,’ &c.

18 *Quid premat obscurum Lunæ, &c.]* Quid Lunam crescere ac decrescere mensibus singulis efficiat? Plin. ii. 9. ‘Omnium admirationem vincit Lunæ sidus terris familiarissimum. Multi-formi hæc ambage torsit ingenia contemplantium, et proximum ignorari maxime sidus indignantium: crescens semper aut senescens: et modo curvata in cornua, modo æqua portione divisa, modo sinuata; . . . Immensa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias sera,’ &c.

19 *Quid velit et possit rerum concordia discors]* Quomodo elementa quatuor inter se pugnantia concinnam tamen mundi compaginem resque omnes constituant, perinde ac si virtutes non contrarias haberent. Lactant. ii.

10. ‘Discordi concordia mundum constare,’ dicit. Ovid. Met. i. 430. ‘Quippe ubi temperiem sumsere humorque calorque, Concipiunt; et ab his oriuntur cuncta diuibus. Cumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat: et discors concordia foetibus apta est.’

20 *Empedocles, an Stertinum deliret acumen]* Empedocles sane haud cum Stertinio comparandus, præter quam quod, ut est in Epist. ad Pisones, vs. 464. ‘Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardenter frigidus Ætnam Insiluit.’ Qua certe una vesania æquavit aut superavit stultitiam multiplicem Stertinii abunde ventilatam, ii. Sat. 3. Præterea vero id habent simile, quod ut Stertinius ducentos ac viginti libros Stoicorum versibus Latinis descripsit, ita Empedocles Pythagorea acuto magis quam utili carmine complexus est: ac sic nimirum eterque Philosophiam obscuriore reddidit; fatuoque se labore pariter maceravit. De Empedocle iterum dicemus ad locum

Verum seu pisces, seu porrum et cæpe trucidas,  
Utere Pompeio Gropho; et, si quid petet, ultiro  
Defer: nil Grophus nisi verum orabit et æquum.  
Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid de'st.  
Ne tamen ignores quo sit Romana loco res;  
Cantaber Agrippæ, Claudî virtute Neronis

25

*sive pisces sive porrum aut cæpe occidis, familiariter adhibe Pompeium Grophum; ac si aliquid rogarit, sponte dona. Nihil Grophus petet nisi rectum et justum. Vilis est amicorum proventus, quando bonis quidpiam deest. Ne autem nescias quo statu sit Respublica: Cantabri ab Agrippa, Armenii a Claudio Nerone subacti*

-----  
pont. Francis, Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring, *delirat* Chisian. 5.—21 *Verum ubi seu Vat.* 1. *porrum sæpe trucidas* Schoenborn. 2.—22 *Gropho si quid, sine et,* Schoenborn. 2. *petat Angelic.* 3. Marklandus interpungit, *si quid petet ultiro, Defer.* et sic etiam Wakef. et Dœring.—23 *Offer Exc. Sax.* nec *Grophus Vat.* 1. *vera orabit et aqua* Vat. Palat. 6.—24 *Pro deest, quod ceteri codd. et edd. exhibent, Baxterus ex quibusdam codd. Lambini edidit de'st, eumque sequi Gesn. Zeim. Bipont. Comb. nemo præterea.*—25 *Nec tamen Vatt.* 1. 9. *Vatt. Rom.* 4.7. *Barberin.* 2. *Florent.* 1483. *et Venett.* 1509.—26 Schoen-

## NOTÆ

mox cit. Epist. ad Pisones.

21 *Seu pisces, seu porrum, &c.]* Seu lante, seu frugaliter victitas. Vel, seu Pythagoreus es sobriasque, et ab omni animalium carne abstines, leguminibus autem vesci amas, seu more Epicureorum pisces ac dapes exquisitas sectaris. In deliciis pisces habitos patet ex dictis 11. Sat. 4.

22 *Utere Pompeio Gropho]* In conubernium tuum ac familiaritatem adhibe Pompeium Grophum, Equitem Ro. e Sicilia oriundum. Hunc Horatii fuisse amicum, tum ex hoc loco innotescit, eum ex 11. Ode 16.

24 *Vilis amicorum est annona, &c.]* Parvo constant amici, cum boni viri non omnino sunt divites: hos enim vili pretio comparabis tibique adjunges, videlicet haud ita difficiles, sed officiosos; haud in petendo importunos, sed verecundos. At contra opulentos, quippe ut plurimum arrogantes ac superbos, demereri sibique conciliare non ita facile est. Passe-ratus legit, *bonis ubi quid des:* Sensu

non valde absimili. Plant. Trinum. ‘Carissimam proborum esse annoram,’ ait, ‘improborum vero proveniunt multo uberrimum.’

26 *Cantaber Agrippæ, &c.]* Ex his innuntur scripta hæc Epistola, Angusto sextum consule, anno imperii ejus decimo sexto, qui fuit insignitus triplici ejus victoria, Cantabrica, Armenica, Parthica. Georg. Fabric. Anno U. C. circiter 733. Cantabros a L. Æmilio jam ante debilitatos vicosque, at rursum bellum moventes Agrippa subegit. Eodem tempore Tiberius in Armeniam profectus regnum Tigrani restituit. Parthi demum his perculti amicitiam Augusti petiverunt: Phraatesque regnum suum recuperavit.

*Cantaber]* De Cantabris 11. Od. 6. III. Od. 8. iv. Od. 14.

*Agrippæ]* Vide citat. mox 11. Od. 6.

*Claudi virtute Neronis Armenius cedit]* Sueton. Tiber. cap. 9. ‘Stipendia prima expeditione Cantabrica Tribunus militum fecit. Deinde due-

Armenius cecidit: jus imperiumque Phraates  
Cæsaris accepit genibus minor: aurea fruges  
Italiæ pleno defudit Copia cornu.

sunt. *Phraates supplex subdidit se legibus ac potestuti Cæsaris. Abundantia pleno cornu fruges Italiæ profudit.*

born. 2. 3. *Cantabis.* Bamberg. et Schoenborn. 4. *Claudii.*—27 Bentleins, inquit Jaeck, legit, *Tigranes*: hoc falsum; certe non legitur *Tigranes* in edd. Cantab. 1711. Amst. 1713. 1717. *Phrahates* Baxt. *Phraphates* Bamberg. *Pharates* Schoenborn. 3.—29 Vat. 2. a m. pr. Vatt. 7. 9. 12. Vat. Rom. 2. Vallicel. 1. Vallicel. 3. a m. pr. et alii codd. ap. Bentl. notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1519. in Biblioth. Angelic. et 1509. in Biblioth. Barberin. restitutus Bentl. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervil. Dorigh. Fea, Bothe, Jaeck, Francis, et Kidd. Alii codd. *diffundit, diffudit, Vulgg. defudit.* ‘Annotat Bentleius, si *defudit* vera sit lectio, post Messem scriptam esse hanc Epistolam: si *defundit*, Messis tempore. At male ipse, aliique supponunt, vocabulo *fruges* triticum tantum contineri; cum notum sit vel ex Lexicis, eo omnia fructuum genera comprehendendi; etiam glandes, poma, uvam, cetera. Confer 1. Od. 17. 14. seqq. iv. Od. 7. 11. Carm. Sæc. 29. 1. Epist. 16. 9. Hanc fructuum varietatem cumulatam videmus in cornu Copiæ, quod Fortunæ, Abundantiæ, et Fluminibus tribuitur in antiquis monumentis, statuis, nummis, &c. Atque ideo ad messis tempus referri versus nullo modo poterit: magis ad anni finem, seu post Antumnū. At rectius puto, totum annum frugiferum respicere, seu continue frungibus abundantem, ‘locuplete frugibus annum,’ ii. Epist. 1. 137. ut ita etiam in hoc Augusto gratetur Poëta, quem-admodum iv. Od. 15. 5. Demum Copia cornu ‘defundere’ melius dicetur; quia est ab uno vase, ex alto, et confertim fundere; quam ‘diffundere,’ quod esset hac, illac distribuere, spargere. Petron. c. 5. 21. ‘Sic flumine largo Plenus Pierio defundes pectore verba;’ ubi eadem varietas in MSS. et editis: ut apud Prudent. ii. contra Symmach. 675. aliosque Scriptores passim. Confer quoque 1. Sat. 5. 10. ii. Sat. 2. 58. 1. Epist. 3. 8. Epist. 5. 4. iv. Od. 13. 28. Fea.

## NOTÆ

to ad Orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit et signa, quæ M. Crasso ademerant Parthi.’ De Claud. Nerone supra 1. Epist. 3. et 9. De Armenia ii. Od. 9.

27 *Phraates]* Persarum rex et Partorum. Vide ii. Od. 2.

28 *Genibus minor]* Supplicans apud Augustum Cæarem. Plin. ii. 25. ita scribit: ‘Hominis genibus quædam inest religio, observatione gentium.

Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: bæc ut aras adorant: fortasse quia inest iis vitalitas.’ Virgil. Aen. iii. 607. ‘Genua amplexus genibusque volutans Hærebat.’ Quem in locum Servius, ‘Genua,’ inquit, ‘misericordiae consecrata, ut aures memorie, frons genio, dextra fidei.’

*Aurea fruges, &c.]* Abundans est frugum annona et proventus in tota Italia.

29 *Pleno Copia cornu]* Vide 1. Od. 17.

## EPISTOLA XIII.

## AD VINIUM ASELLAM.

Docet amicum quemadmodum velit carmina sua Augusto tradi. *Baxt.* Vinio Asellæ, qui videtur rustiens Sabinus et tabellarius fuisse, mandat, quemadmodum scripta tradat Augusto. Tota Epistola est jocosa, quæ ludit in nomine Asellæ.

Ut proficiscentem docui te sæpe diuque,  
Augusto reddes signata volumina, Vini,  
Si validus, si laetus erit, si denique poscet;  
Ne studio nostri pecces, odiumque libellis

*Quemadmodum non semel nec pancis admonui te discedentem, o Vini; offeres Cæsari libros meos sigillo clausos, si quidem bene valeat, si hilari sit animo, tandem si petat. Cave ne erres per nimium erga nos affectum; atque invidiam scriptis*

Epistola octava Libri secundi in Ed. Sanad. *Ad Vinnium vulgo inscribitur:* Bentl. *Ad Vinnium;* non tamen post ed. Venet. 1492. ut male notat Cuning. Anim. cap. viii. p. 76.—2 *Augusto reddes* Vatt. 4. 9. *Vinni vulgo ante Bentl.*—3 Chisian. I. *si denique poscit.*—4 *Nec studio* Vatt. 2. 19. Vat.

## NOTÆ

1 *Ut proficiscentem*] Scripto iterat Horatius mandata verbo ante commissa Vinio suo vel ministro vel familiari. Ruri tum fuisse illum intelligimus.

2 *Sæpe diuque*] Nempe, ut ad Brutum Epist. II. 16. scribit Cicero: ‘*Permagni interest, quo tempore* Epistola reddatur. *Nam quemadmodum* qui ad nos intempestive ad-eunt, molesti sæpe sunt; sic Epistolæ offendunt nou loco redditæ.’

3 *Signata volumina*] Æquum est enim ut primo rei missæ aspectu fruatur ille ad quem mittitur, præsertim si vir sit primarius. Quod si quis præriperet aut per incuriam improbitatem librarii vel tabellarii interciperet, munus vile et pessum ire censendum.

4 *Volumina*] Gall. *un rouleau de pa-piers.*

5 *Vini*] Is C. Vinius Fronto dicitur

Vet. Comment.

3 *Si validus, si laetus erit*] Cicer. mox eit. ‘*Præcepi ei quem ad te misi, ut tempus observaret Epistolæ tibi reddendæ... ntrum cum solicitudinis aliquid haberet, an cum ab omni molestia vacuus esses.*’ Noster II. Sat. I. 18. ‘*Nisi dextro tempore, Flacci Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.*’

4 *Ne studio nostri pecces, &c.*] Hinc appetita ab Augusto fuisse ea carmina, quæ Horatius per Vinnium mittebat. Itaque mandat Vinio, ut sistat se decenter coram Principe, expectetque paulum dum suo nomine salutatus Cæsar ultiro querat, num ab eo sint delata quæ poposcerat.

5 *Quisquis vel non opportune, vel inepte rem molitur, perdit.* Pindarus egregie Pyth. Od. IX. ‘*Ο δὲ καιρὸς Παντὸς ἔχει κορυφάν. Opportunitas omnis rei*

- Sedulus importes, opera vehementer minister. 5  
 Si te forte meæ gravis uret sarcina chartæ,  
 Abjicito potius, quam quo perferre juberis  
 Clitellas ferus impingas, Asinæque paternum  
 Cognomen vertas in risum, et fabula fias.  
 Viribus uteris per clivos, flumina, lamas : 10  
 Victor propositi simul ac perveneris illuc,  
 Sic positum servabis onus, ne forte sub ala  
 Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum ;

*nostris confles nimia sedulitate et officiosiore studio. Quod si librorum meorum onus tibi molestiam facessat; projice magis, quam rustice protrudas sarcinam illuc quo deportare imperavi: sicque patris tui Asinæ cognomen traducas in ludibrium, et fabula fias. Coutende per colles, fluvios, lacunas. Cum autem eo deveneris feliciter quo tendis, hunc in modum fasciculum pones: ne sub brachio codices meos defe-*

Rom. 5. et Barberin. 1.—5 Barberin. 2. ministri.—6 Nonnulli codd. ap. Bentl. urat. Harl. 7. Chisian. 1. a m. sec. unus ap. Polm. unusque item ap. Valart. urget sarcina; et ita conj. H. Steph. quem refutat Bentl.—7 Vatt. 4. 12. Vat. Palat. 1. et Schoenborn. 2. proferre; Schoenborn. 3. portare. Vat. Rom. 8. juberet.—8 Barberin. impinguas.—9 Vat. Palat. 1. in risum, ut fabula. Schoenborn. 2. in risum, fabula, sine et.—10 Viribus utaris Vat. 1.—11 Barberin. 1. ac perveneris illac.—12 Sepositum conj. Dan. Heinsius: refutat Bent-

## NOTÆ

*summam, caput, perfectionem continet.*

6 *Si te forte gravis, &c.]* Nihil age omnino potius quam temere et inconsiderate quicquam agas coram augustinissimo Imperatore. Cave ne delatum munus parum decore tradas; aut stolidè festinando, aut præpropere mandatis perfunctum esse cupiendo.

8 *Clitellas]* Thecas librorum. Aliquid ad Asinæ cognomen, ut et in sequentibus.

*Ferus]* Præceps, inurbanus, stupidus.

*Impingas]* Solent asini grave molestumque sibi onus excutere, et in terram impingere.

*Asinæque paternum, &c.]* Pater Vini Asina, hinc Vinius Asella cognomen habuere.

10 *Viribus uteris per clivos]* Viri-

liter ac strenue ascendes superaque ardua loca urbis septem collibus inædificatae, ut ad ædes Augusti pervenias in monte Palatino constitutas.

*Lamas]* Fluvii fossas, vel majores lacunas aquam pluviam continentes, ἀπὸ τοῦ λαμποῦ, quæ vorago viarum est, seu fossæ fluviorum. Hinc quoque dictæ sunt lamiæ puerorum voratrices. Hæc vet. Interp. Alii tamen aliter de istis. Ennius: ‘Sylvarum saltus, latebras, lamasque lutosas.’

11 *Victor propositi simul ac, &c.]* Cum propositum finem adeptus eris, ac perveneris ad Augusti palatium.

12 *Sic positum servabis onus, &c.]* Decenti aptoque gestu libros defer in manibus, non autem sub brachio.

Ut vinosa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ,  
 Ut cum pileolo soleas conviva tribulis.  
 Ne vulgo narres te sudavisse ferendo  
 Carmina, quæ possint oculos auresque morari  
 Cæsaris : oratus multa prece, nitere porro.  
 Vade, vale, cave ne titubes, mandataque frangas.

15

*ras, ut agrestis agnum ; ut bibax Pyrrhia sphærulas lanæ furto ablatæ, ut plebeius conviva soleas ac pileum. Præterea ne obrio cuique effutias, te magno labore portasse carmina oculos et aures Augusti oblectare idonea. Etiam atque etiam rogatus perge ultra. Ito, vale : ne vacilles, aut præceptorum quicquam prætermittas.*

ieus.—13 *Fasciculos unus* Vat.—14 *Ut vinosa glomus* Gott. Exc. Sax. Vat. Rom. 5. a m. pr. unus ap. Cruq. alii ap. Bentl. item edd. Junt. 1503. Venet. 1509. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Phil. Dorigh. Francis. Wakef. Wetzel. Kidd. Fea, Bothe, et Jaech. ‘Nentrum; et rectius numero singulari. Al. *glomos, globos*, ex glossemate puto.’ Fea. Harl. 2. 6. *globos*. Harl. 1. 3. 4. 7. omnes Lamb. tres Blandd. Mart. Div. et Silv. Cruq. alii codd. quamplurimi, et vulgg. *glomos*. Unus Fabricii *glomen*.—15 Bamberg. *pilleolo tribulis*.—16 *Nec vulgo* Vat. Rom. 8. Chisian. 5. Barberin. 1. a m. sec. duo ap. Bentl. et Harl. 2. 6. quod receperunt Fea, Bothe, et Jaech. *Neu vulgo* Bentleius ex uno codice; quod et in alio cod. a m. sec. ap. Oberlin. sequuntur Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Dorigh. Wakef. Wetzel. Bodoni, Francis, et Kidd. *Ne vulgo* Harl. 1. 3. 4. 7. Gott. Exc. Sax. alii codd. quamplurimi et vulgg.—17 Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Gott. Exc. Sax. Vatt. 1. 3. 5. 7. 10. 12. 15. 18. Vatt. Rom. 2. 3. 4. 5. 6. Chisian. 1. 5. Angelic. 1. Vallicel. 3. alii codd. ap. Pulm. et Valart. possint; restituit Lamb. inde Dunster, Talbot, Baxt. Bentl. Pine, Cuning. Sanad. Phil. Mervil. Gesn. Bipont. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Francis. Zenn. Kidd. Fea, Bothe, Jaech, et Dæring. possunt ceteri codd. et edd. primæ, cum Venet. 1559. Glarean. Delph. Torrent. et Schrevel. *aures oculosque* Vat. Rom. 1. *oculosque auresque* Cuning. ex aure sua.—18 Bentleius distinguit: *nitere: porro Vade, &c.* ita etiam Kidd.

## NOTÆ

14 *Pyrrhia*] Nomen est ancillæ, in fabula quadam Titinii: quæ furata lanæ glomos ita gestavit, ut deprehensa sit. Ita vet. Schol.

15 *Ut cum pileolo soleas*] Ut vicinus ex eadem tribu ad cœnam invitatus pileolum ac soleas portat, indeque reportat, nempe tenens sub axilla. Ex isto loco patet, pileolum habuisse veteres conviviis proprium ac peculiarem: qualem etiamnum plerique nostrates interdum assumunt inter epulandum, velut aptiorem, leviores, commodiores. De ‘soleis’ dixi ad

11. Sat. 8.

18 *Oratus multa prece, nitere porro*] A me toties rogatus, o Vini, diligenter ac sedulo exequere et perfice quod præcepisti. Alii sic: Etsi forte curiosus quispiam oret te perconte turque, quid rei sit propter quam veneris; ne immorare, ne obsequere; immo abi quamprimum.

19 *Cave ne titubes, &c.*] Constante age: quæcumque vero docni te sæpe verbo, et nunc scripto hoc, accurate observa.

## EPISTOLA XIV.

## AD VILLICUM SUUM.

‘O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas!’ *Baxt.* Servus, quem ex mediastino fecerat Horatius villicum, nunc flagrabat desiderio Urbis et vitæ urbanæ. Poëta igitur ostendit, non locum, sed animum esse morositatis causam, semet ipsum delectari ruri ob commoda quæ afferat, istum vero Urbe ob studium nugarum et deliciarum urbanarum.

VILLICE sylvarum et mihi me redditis agelli,  
Quem tu fastidis, habitatum quinque focis, et  
Quinque bonos solitum Variam dimittere patres;

*O Procurator nemorum et prædii me mihi restituentis, quod tu spernis, quinque licet familiis habitatum, et probos quinque senes Variam mittere consuetum; con-*

Epistola sexta Libri secundi in Ed. Sanad.—1 Barthius Advers. xv. 3. ex cod. *me redimentis*. refutat Bentleius.—3 *Variam* Vatt. 1. 5. 6. 9. Vat. 2. a m. pr. Vatt. Rom. 3. 4. 5. 7. 8. 12. Vat. Palat. 3. Chisian. 5. Angelic. 3. Barberin. 1. alii codd. apnd Lamb. Pulm. notatum ex Ms. in edit. Aldi 1501. in Bibl. Vat. et 1509. Barb. ita Commentator Cruquianus; revocavit in textum Cruquius, Talb. Baxt. Bentl. anonymous 1713. Cnn. San. Mervill. Gesn. Sandby, Phil. Batt. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Wetz. Zenn. Francis. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *Bariam* Gott. Harl. 4. 6. 7. alii codd. ap. Feam, edd. primæ, etiam Fabric. *Baria* quidam codd. ap. Cruq. Feam, et Ascens. item edd. Venett. 1486. 1490. *Barium* Junt. 1503. ‘Bene *Variam*, etiamnum *Vicoraro*; oppidum imminens Anieni in via Valeria, milliariorum viii. supra Tibur. Hinc bujns urbis porta orientalis vocabatur olim ‘*Variana*;’ male ‘*Barana*’ dicta a Nicodemo Sanseverinate Rer. Tiburt. Pentad. pr. lib. i. c. 7. qui florebat anno 1461. et a Cassio Corso delle Acque

## NOTÆ

1 *Villice sylvarum, &c.]* Hujus Epistolæ argumentum convenit cum septima et decima; at diverse tractantur.

*Villice]* Villæ custos, aliisque servis sibi subditis agrorum colendorum opus dispensans. Varro de Re Rust. i. 11. ‘Villicus agri colendi causa constitutus; appellatusque a villa, quod ab eo in eam convehuntur fructus, et evehuntur cum veneunt.’

*Mihi me redditis]* Urbanæ scilicet occupationes me mihi præripiunt, inquit Poëta: at mihi me reddit ruris solitudo, otium, tranquillitas; ubi memetipso frui videor, ac meus esse;

nam Romæ sum Mæcenatis et amicorum. Vide supra i. Epist. 7.

*Agelli]* Is situs erat ultra Tibur, ad octavum ab urbe lapidem in via Valeria. Postea i. Epist. 16.

2 *Habitatum quinque focis]* Amplum satis et sufficientem ad habitationem quinque familiarum, servilium nempe.

3 *Quinque bonos solitum, &c.]* Bonos homines ætatis proiectæ, quinque familiarum capita, servos frugi, qui Variam mittebantur ad nundinas; venalesque fructus eo convehebant. Varro ante cit. Alii interpretantur homines grandes natu mitti solitos

Certemus spinas animone ego fortius, an tu  
Evellas agro; et melior sit Horatius, an res.  
Me quamvis Lamiæ pietas et cura moratur,  
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis  
Insolabiliter; tamen istuc mens animusque  
Fert, et amat spatiis obstantia rumpere claustra.

5

*tendamus utrum ego diligentius ex animo meo vepres evellam, an tu ex agro; atque utrum plus valeat Horatius, an ejus prædium. Etsi me Romæ detinet caritas et amor Lamiæ fratrem desiderantis, et sic eum morte præceptum dolentis, ut nihil solatii admittat; attamen eo me impellit mens et animus, et exoptat frangere repa-*

Corr. tom. 1. par. 1. n. 5. § 2. p. 33.' Fea.—4 Schoenborn. 3. *ego fortior.*—5 Evelleo Bamberg. Vatt. 2. 9. 15. Vat. Rom. 3. Vat. Palat. 5. Chisian. 1. et Angelic. 1. 'Bentleius et Heinsius: *an jus.*' Jaeck. Hoc falsum. 'Dan. Heinsius reponit, *an rus;* et omuino recte, quia, cum persona vel res rei, uti hic fit, opponitur, vera scribendi ratio propriis et suis nominibus utramque insigniri præcipit: cui præcepto tam facilis tamque evidenti morem gessisse scriptores omnes dubitari vix potest. Ideoq[ue] credibile non est Horatium, ob curiosum verborum delectum ab optimis anctioribus mirifice laudatum, voci *rus* qua ulro sese ei offerebat, et qua huic loco aptior inveniri non poterat, *res latissimæ potestatis vocem prætulisse.* Recepta itaque lectio ab inscito correctore vim verbi *rus* non intelligente sine dubio manavit.' Cuning. Hoc refutat Bentleius.—6 Vatt. 7. 16. 18. Vat. Rom. 6. a m. sec. Vat. Rom. 7. Chisian. 6. Angelic. 3. alii codd. ap. Pulm. et Valart. *moretur;* ita etiani edd. Britann. 1520. Lamb. Talbot, Dunster, et Pine.—7 Bamberg. *mœrentis.*—8 Schoenborn. 2. 3. *tamen illuc.* Cuning. *mensque animusque.*—9 *Fert et aret* Bentl. ex conj. sequuntur Wakef. et Kidd.—11 Codex unus

## NOTÆ

ad lites in Varia dirimendas: immo et Senatores Romani interdum acitos. Verum auscultandus magis Theod. Marciilius sic scribens in hunc Horatii locum: 'Non injucunda stultitia est narrantium hic de quinque Senatoribus, et quasi Patribus conscriptis, qui ex Horatii agello Variam venientes de summa Sabini-  
rum Rep. delibèrent.'

*Variam [Bariam]* Al. *Variam*, op-  
pidum Sabinorum ad fluvium Anie-  
nem.

4 *Certemus spinas, &c.*] Videamus an tu diligentius agrum colas, an ego animum: utrum ego studiosius curas inentem pungentes resecem, quam tu vepres herbasque inutiles noxiasque ex agro evellas.

5 *Melior sit Horatius, an res*] Ego certe melior, inquit Horatius, quia memet excolere studeo: res vero deterior, quia parum curas et colis, o villicus, quam fastidis.

6 *Me quamvis Lamiæ, &c.*] Quan-  
quam ego Romæ detineor, et validissimo amoris in Lamiam vinculo con-  
stringor; mens mea tamen querit evadere, perpetuoque tendit *rus* et in villam.

*Lamiæ pietas*] Vide III. Od. 17.

8 *Istuc*] In agrum meum Sabi-  
num, unde tu in urbem redire per-  
oram cupis.

9 *Amat spatiis obstantia, &c.*] Hinc  
sæpius impedimenta quælibet execu-  
tio, frango, transilio; ut libertate, otio,  
meque ipso fruar apud villam meam;

Rure ego viventem, tu dicas in urbe beatum : 10  
 Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.  
 Stultus uterque locum immeritum causatur inique ;  
 In culpa est animus, qui se non effugit unquam.  
 Tu mediastinus tacita prece rura petebas ;  
 Nunc urbem et ludos et balnea villicus optas. 15  
 Me constare mihi scis, et discedere tristem,  
 Quandocumque trahunt invisa negotia Romam.  
 Non eadem miramur ; eo disconvenit inter  
 Meque et te : nam, quæ deserta et inhospita tesqua

*gula spatiari impudentia. Ego felicem appello decentem ruri ; tu contra in urbe conuorantem. Scilicet qui alienam conditionem cupit, propriam odit. Fatus uterque improbe criminatur locum innoxium. Immo accusandus est animus, qui se nunquam deserit. Tu vile mancipium secretis votis rus exoptabas : jam vero procurans villam expetis civitatem, et spectacula, et balnea. Me constantem esse nosti, ac maestum abire, quoties molesta negotia Roman revocant. Haud iisdem rebus delectamur : hinc ego tuque dissennimus. Etenim quæ deserta, aspera, et inhabitabi-*



Pulmanni, aliqui Lambini, est odio res; ita notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.—15 Vat. 9. et Vallicel. 1. Nunc urbem ludos, sine et.—16 *Me mihi constare scis* Cuning. ex aure sua.—17 Q. t. vesana negotia notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.—19 *Meque, et te;* nam qui, &c. Vat. Rom. 9. ‘inhospita tesqua servant codd. omnes : sed tesca legendum esse’; quasi tuesca dicas, a tuendo, et Varro nos docuit, et sequitur Festus; Isidorus vero tesqua scribit : *vetus Lexicon tesqua, interpretaturque κατάκρηνοι καὶ πάχεις καὶ ἔρημοι τόποι.* Sunt qui Sabinum esse vocabulum putent. Augures vero eadem ferme tesqua quæ et *templa* vocabant, loca augurio designata, quorum termini cum fere rupibus sylvisque ac montibus finirentur, factum inde ut inculta omnia ac deserta *tesca* appellarentur. Exempla apud Festum. *Torrent.* ‘Tesqua; Lingua Sabinorum loca difficilia et repleta

## NOTÆ

ac spatier tantillum, animunque reficiam urbani tumultus pertæsum.

*Clastra]* Metaph. a circlo, in quo certis claustris detinebantur equi, donec liceret signo dato apertoque stadium decurrere.

12 *Locum immeritum causatur inique]* Nec enim locus animi est causa inquieti : sed ipse animus parum sanus haud quiescit ubi maxime quietus esse deberet.

13 *Qui se non effugit]* Adeoque secundum defert semper fomitem perturbationum, quocumque migret, et

quamvis loca mutet. Vide II. Od. 16. 20.

14 *Mediastinus]* Servus in medio stans ad valissima quæque ministeria paratus. Quod mox dicitur ‘optare balnea,’ favet iis qui ‘mediastinum’ appellari volunt, quod mediis in balneis, seu in medio lavantium stet ad quæque servitia promtus : quanquam illud ‘stinus’ mera videtur esse productio vocis, ut in ‘clandestinus.’

19 *Tesqua]* Loca semota, edita, aspera, agrestia, inculta, suo situ ac silentio horrem sacram incutien-

Credis, amoena vocat mecum qui sentit, et odit 20  
 Quæ tu pulchra putas : fornix tibi et uncta popina  
 Incutunt urbis desiderium, video ; et quod  
 Angulus iste feret piper et thus ocyus uva ;  
 Nec vicina subest vinum præbere taberna  
 Quæ possit tibi ; nec meretrix tibicina, cuius 25  
 Ad strepitum salias terræ gravis : et tamen urges  
 Jampridem non tacta ligonibus arva, bovemque  
 Disjunctum curas, et strictis frondibus exples :  
 Addit opus pigro rivos, si decidit imber,

*lia loca vocas, ea grata putat quisquis mecum sentit, et aversatur quæ tu jucunda existimas. Tibi ganea et lautæ popinæ injiciunt cupiditatem urbis, scio ; et quod hic agellus producit thus et piper citius quam uvas : nec prope adest tuberna, quæ vinum tibi suppeditet ; neque meretrix tibicina, cuius ad cantum saltus terram graviter pulsans : ac nihilominus exerces agros dudum incultos ; et curas borem otiosum, saturasque foliis decussis. Porro desidis laborem auget rivos, si pluvia deci-*

\*\*\*\*\*

sentibus sic nominantur.' *Vet. Schol.* *tescu* etiam Lambinus in nota.—  
 21 'Pulch. putas habent cod. duo Vatic. Jannoct. Faërn. Rain. Card. Torn. Russard. Nicot. Cleric. mens : alii *vocas*, ut vulg. mendose, opinor.' *Lamb. vocas* edd. primæ.—22 Schoenborn. 2. et Vat. Rom. 9. *video quod*, sine et.—  
 23 *Anulus* Schoenborn. 3. *ferat piper* Vat. 15.—24 *Né vicina* Vat. Palat. 6.—  
 25 Vat. 12. et Angelic. 3. *posset*.—26 Bamberg. et *tamen unguis*.—28 *Dejunctum* codd. quatuor ap. Lamb. *strictis et frondibus unius codex* Pnlnmanni ; et sic Cuning. et *strictis f. imples* Schoenborn. 2.—29 *Idem codex, si decidet imber.*

### NOTÆ

tia ; hincque peragendis mysteriis vel captandis anguriis apta et consecrata. Proinde quidam scribunt *tesca*, quasi *tuescu*, a tuendis sacris. Varro de Ling. Lat. lib. vi. Fist. Loca densani umbram facientia esse *tesqua*, ait Scaliger.

23 *Angulus iste*] Exiguus iste meus ager Sabinus.

*Feret piper, &c.*] Adynaton.

25 *Meretrix tibicina*] Ut plurimum tibicinas fuisse meretrices alibi notavimus.

26 *Terræ gravis*] Saltatione seu trispinatione rudi, agresti, rustica, inconcinna. Vide iii. Od. 18.

*Et tamen urges]* Ironie. Negligebat enim villicus iste fastidiosus hæc quæ hic enumerantur sane ad villaæ procurationem facienda.

28 *Disjunctum*] Jugo solutum, ab altero bove compare suo dejunatum.

29 *Addit opus pigro rivos, &c.*] Longe profecto major est opera labore que in moliendo novo aggere per torrentem aquam destructo, quam fuisse in vetere muniendo et constipando. Quod si facere pigeat, rivos imbribus repentinis auctus eluvione sua et exundatione proximum pratum devastabit.

Multa mole docendus aprico parcere prato.	30
Nunc, age, quid nostrum concentum dividat, audi.	
Quem tenues decuere togæ nitidique capilli,	
Quem scis immunem Cinarae placuisse rapaci,	
Quem bibulum liquidi media de luce Falerni,	
Cœna brevis juvat, et prope rivum somnus in herba;	35
Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.	
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam	
Limat; non odio obscuro morsuque venenat:	
Rident vicini glebas et saxa moventem.	
Cum servis urbana diaria rodere mavis;	40

*dat, constipato aggere prohibendus ne expositum devastet pratum. Disce modo quid consentire nos impedit. Me quem olim subtile vestes et crines uncti delectavere, quem nosti absque muneribus fuisse dilectum Cynaræ arara, et a meridie Falernum potasse, delectat modo frugalis cœna, et somnus in gramine juxta rivum. Neque vero jam pudet nugatum fuisse, sed nugas non abdicare. Ibi mea bona invidis oculis nemo diminuit, nec secretis inimicitiis et dicterioris depravat: vicini autem approbant versantem glebas et lapides. Tu cum mancipiis urbana diaria comedere exper-*

---

—30 Unus Vat. et Chisian. 6. a m. sec. *parcere campo*.—31 Vat. Rom. 8. *nostrum consensum*.—32 Quem t. docuere Bamberg.—33 Codd. variant, *Cynaræ*, *Cyneræ*, *Cinarae*, *Citaræ*, *Cinaræ*. Gr. Κυάρα. Ita Vatt. 2. 4. 5. Vatt. Rom. 3. 5. 11. Vat. Rom. 2. a m. sec. Vatt. Palat. 1. 2. 5. 8. Chisian. 1. et edd. recentt. Vide ad iv. Od. 1. 4. *capaci* Vat. Rom. 9. a m. pr. alii ap. Jaeck. —31 Vat. 16. Harl. 7. alii codd. ap. Talbot, et Valart. *media de nocte*; ita notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.—40 *Cum servis tu urbana* Bentleins, ‘ut distinctius et efficacius procedat comparatio.’ Vide illum ad ii. Sat. 3. 212. 234. *urbana cibaria* Angelic. 1. a m. pr. *reddere maris*

## NOTÆ

32 *Tenues togæ, &c.*] Juvenili ætati convenientes.

33 *Cinarae*] De ea III. Od. 13. et iv. Od. 1.

*Rapaci*] Quasi vorago est meretrix, ut dictum est in i. Sat. 2.

34 *Quem bibulum, &c.*] Quem optimi vini appetentem scis intemperanter compotasse a meridie in multam noctem. Luxuriosi hoc faciebant, contra sobrii non ante horam tertiam, aut etiam serius, cœnam adibant.

36 *Non incidere ludum*] Finis enim aliquando ponendus insanæ juvenili. Juvenal. Sat. VIII. 165. ‘breve sit quod turpiter andes.’

37 *Non istic obliquo*] Rure in Sabiniis nemo mihi invidet, aut maledicit, aut nocere conatur. Immo vicini gaudent cernentes me tractantem rusticâ instrumenta, ligone moventem cespites, protrudentem saxa, &c.

40 *Cum servis urbana, &c.*] Tu abundantia virtutu dudum potitus, quasi magister in villa mea aliis servis imperans, honestæ hujus præfecturæ jam pertæsus, optas Romæ esse, ibique tenuitur vicitare e dimenso in quamque diem cibo, qualis in urbe servis attributis solet. Vide J. Lips. Elect. II. 15. Cæl. Rhodig. VII. 31. et xxv. 17. et seq.

Horum tu in numerum voto ruis : invidet usum  
 Lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti.  
 Optat ephippia bos piger ; optat arare caballus.  
 Quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem.

*tis. His adjungi vehementer exoptas. Atqui versutus calo tibi invidet usum lignorum et pecudum et hortuli. Sic bos iners ephippia, equus aratrum desiderat. Ego vero edicam, ut quisque ultro colat artem quam novit.*

Florent. 1482.—41 Schoenborn. 2. *invidet usus.*—43 Vat. 1. et Clisian. 5. 6. *epithia bos.* ‘Bentleius sic interpungit, *bos* : *piger optat arare caballus*, et cum eo Wetzel. ut *piger* referatur ad *caballus*; quasi e re nata, et occasione dicatur : *pigerrimus enim fuerit, qui ephippia detrectet; aratrum, et jugum appetat.* Haeret hinc etiam Gesnerus; et exponit, *piger*, quem piget laboris sni. Ita nihil refert, sive ad bovem, sive ad equum referas. Non video, quare eo sensu ‘*pigerrimus*’ dici possit equus, qui præferat libenter duro aratro gravem terram vertere, 1. Sat. 1. 28. longe laboriosius vitæ genus quod esset ordinario equorum. *Piger* bos dicitur, quia natura ‘*tardus*,’ perpetuo epitheto. Ovid. Amor. 1. 13. 16. ‘Prima vocas tardos sub juga panda boves.’ Nam, ut inquit Cie. II. de Nat. Deor. 63. ‘Ipsa bonum terga declarant, non esse se ad onus accipiendo figurata: cervices autem natæ ad jugum: tum vires humororum, et latitudines ad aratra extrahenda.’ Si ergo bos, et equus, sua sorte non contenti, vitæ genus inter se commutare amarent, l. c. 1. seqq. ad impossible niterentur, et contra naturam agerent; imprudenter omnino. ‘*Bos arat, equus certat: quod si eorum opera mutes, naturæ injuriam facis.*’ Maxim. Tyrius Dissert. 13. Hinc adagium illud, quod affert Horatius; et de quo idem Cicero v. ad Att. 15. ‘*Clitellæ bovi sunt impositæ.*’ Non detrectarent igitur laborem *pigri*; sed talem eligerent, quem ignorant, et perferre non possint. Patet etiam ex versu sequenti.’ Fea.

#### NOTÆ

41 *Invidet usum Lignorum, &c.]* Tu servis urbanis ascribi et annumerari gestis. Contra urbanus ‘*calo*,’ qui foras it lignatum, &c. *tibi invidet usum* et facilitatem habendi ligna, pecudes, olera. Adeoque alienum quisque conditionem diligit, suam odit: quia snæ persentit incommoda, non autem alienæ.

42 *Calo*] Græci *lignum καλον* dicunt: hinc servus lignis querendis et sumministrandis deputatus, dictus *calo* quasi ‘*lignarius*,’ seu lignator: quo præcipue vocabulo intelligi solet militum servus, iis præbens et portans ligna seu ligneas clavas. Fest. Pomp. Non. Marcell. Latinam vero assignat originem Servius, in Æneid. VII. Ita scribens: ‘*Calas dicebant*

majores nostri fustes, quos portabant sequentes dominos ad bellum: unde et calones dicti.’ Lucil. ‘*Scinde puer calam, ut caleas;*’ id est; serve, frange fustum, seu lignum, fac foecum, accende ignem.

43 *Optat ephippia bos]* Proverb. in eos qui sui munieris officia et onus impatienter ferunt, alieua vero temere appetunt.

*Ephippia]* Ἐφίππιον, stratum sive sella equi, apud Xenophontem.

44 *Quam sit uterque, &c.]* Quæ cum ita sint, et cum suo quemque muneri incumbere expediatur, villicus rus colat: calo maneat in urbe, &c. Cie. Tusc. I. n. 41. ‘*Bene illo Græcorum proverbio præcipitur: ‘Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.’*’

## EPISTOLA XV.

## AD NUMONIUM VALAM.

Horatius curandæ valetudinis causa Philosophicum arcum retendit. *Baxt.*  
 Cum Horatius auctoritate Antonii Musæ medici celeberrimi aquis frigidis  
 usus (quoniam invitis Baiarni incolis, qui ægre ferebant, quod ægroti  
 ad aquas frigidis utendum, spretis thermis, Clusinum Gabiosque peterent)  
 hyemem transigere vellet in locis maritimis; petit a Vala, ut scribat de  
 Velia et Salerno, quæ illorum oppidorum vicinorum in Lucania sit con-  
 ditio, reperianturne ibi ea, quæ ad vitæ commoditates pertineant, cœlum,  
 panis, aqua, lepores, apri, pisces. De vino se non querere ait, quia gene-  
 rosus ibi esse constet. Etsi enim, quamdiu in villa sua rusticetur, quovis  
 vino contentus sit; cum tamen ad mare descenderit, se requirere optimum  
 ad cuticulam curandam. Omnino autem se in hac re similem esse Mænii,  
 qui, si non accepisset unde laute et opipare cœnaret, sed temissimo uti  
 victu coactus esset, luxuriantes nepotes vituperaret: sin vero lautiora  
 nactus esset, laute comedentes laudaret beatosque prædicaret.

Quæ sit hyems Veliæ, quod cœlum, Vala, Salerni,  
 Quorum hominum regio, et qualis via (nam mihi Baias  
 Musa supervacuas Antonius, et tamen illis

*O Vala, tuum est nobis perscribere, nostrum vero tibi credere perscribenti: qualis  
 sit hyems apud Veliam; qualis aër apud Salernum; quales homines utriusque regi-*

Epistola sexta Libri primi in Ed. Sanad. Inscrifitur in Bamberg. Ad N.

## NOTÆ

**1** *Quæ sit hyems, &c.]* Consilio me-  
 dici profœturus Veliam et Salernum  
 Horatius, lippitudinis curandæ cau-  
 sa, significat querere se pariter sa-  
 lubritatem atque delicias.

*Veliæ]* Lucaniæ oppidum est ma-  
 ritimum, olim *Helia*, Plin. III. 5. Vir-  
 gil. Æneid. vi. ‘Portusque require  
 Velinos.’ Vide Gell. x. 16.

*Quod cœlum]* Interrogat quæ sit  
 temperies aëris, et quæ hyemis aspe-  
 ritas illie ubi hyematurus erat.

*Vala]* Is dicebatur C. Numonius  
 Vala, aut Vaala.

*Salerni]* Urbs est Lucaniæ, ad Tyr-  
 rheni maris littus, dicta a copia salis:  
 portum satis capacem etiamnum os-  
 tendit.

**2** *Baias]* Vide II. Od. 18.

**3** *Musa]* Antonius Musa medica  
 arte clarus, ex quo Augustum an-  
 cipiuti morbo laborantem sanaverat;  
 ab eo non tantum ingenti pecunia  
 donatus, sed et statua juxta signum  
 Æsculapii erecta: nec non ipsi quan-  
 vis liberto, immo et quibuscumque  
 medendi artem professis concesso  
 jure annuli aurei. Dio lib. LIII. Sue-  
 ton. Octav. cap. 59. et 81.

*Supervacuas]* Acrioris pituitæ in  
 oculos defluxu vehementer affectus  
 Poëta noster solebat proficisci Baias  
 ad lavaca calida: verum Ant. Musa  
 contrariis utendum remediis auctor  
 fuit, jussitque ablutiones quærere fri-  
 gidas, quibus defluens humor retin-

Me facit invisum, gelida cum perluor unda  
 Per medium frigus : sane murteta relinqu,  
 Dictaque cessantem nervis elidere morbum  
 Sulfura contemni, vicus gemit, invidus ægris,  
 Qui caput et stomachum supponere fontibus audent  
 Clusinis, Gabiosque petunt et frigida rura.

5

*onis ; et quæ via : (etenim Antonius Musa Baias haud mihi utiles esse dicit ; me vero illis efficit odiosum, quando frigida aqua perfundor rigente frigore. Certe deserit myrteta, et posthaberi aquas sulfuratas existimat sanare morbum nervos præpedientem, dolet oppidum invidens ægrotis qui non verentur caput et pectus subjicere aquis Clusinis, perguntque Gabios et in frigidas regiones. Itaque locum mu-*

modeum Valam.—4 ‘Libri vetustissimi quod perluor unda. duo etiam cum pervehor unda : quæ scriptura melius exprimit quod inquit Plin. xxix. 5. ‘mergi in lacus ægros,’ sed nihil muto.’ *Torrent.*—5 *Vetustiores codd. ap. Bentl. item Chisian. 1. a m. sec. et Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. murteta.* Schoenborn. 2. 3. 4. *myrteta reliqui.* Omnes fere codd. Feæ et edd. vett.—9 ‘*Clusinos* habet cod. Bland. antiq. et Sil. quos sequor, non sine causa, ut lector doctns, si advertat, facile judicabit sic legi debere ; non etiam, *Clusinis*, qui casus hic irrepit propter *rd* fontibus.’ *Cruq.* ‘*Clusinos Gabiosque* legit ex ingenio Cunping, ut sint ‘fontes Gabii’ ; at ‘Gabii’ fontes non dicuntur, sed ‘Gabini’ :

## NOTÆ

deretur. Pari scilicet modo Augustum calidis frustra usum ille frigidis curaverat. Plin. xxix. 1. ‘Antonius Musa Augustum contraria medicina gravi periculo exemerat.’ Sueton. Octav. cit. cap. 81. ‘Distillationibus jecinore vitiato ad desperationem redactus, contrariam et anticipitem rationem medendi necessario subiit : quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa.’

5 *Murteta]* Amœna loca myrtis consita apud Baias.

6 *Dictaque cessantem nervis elidere morbum Sulfura]* Sulfuratas aquas ibidem scaturientes non longe ab Averno lacu, quibus curari dicitur morbus articularis, cessare faciens nervos, id est præpediens usum et motum articularum atque nervorum.

7 *Vicus gemit]* Baiani indignantur contemni suos fontes toto orbe celebres, snasque myrtos relinqu. Plin.

xxx. 2. ‘Emicant benigne et passim in plurimis terris aquæ, alibi calidæ, alibi frigidæ, alibi nectæ . . . alibi tepidæ, auxilia morborum conferentes . . . nusquam tamen largins quam in Baiano sinn, nec pluribus auxiliandi generibus ; aliæ sulfuris, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ etiam acida sal-save mistura . . . nervis prosunt, peribusque,’ &c.

8 *Qui caput et stomachum supponere]* Ex ægris enim alii medicantes illas aquas bibunt, alii in iis lavantur, alii partes affectas, v. g. caput, ventriculum, renes, stillicidiis aqnam ejusmodi affundentibus supponunt una hora per dies aliquot.

Fontibus Clusinis, &c.] Aquis frigidis ad Clusium Etruriaæ oppidum.

9 *Gabiosque petunt]* Urbs ista Latii, in via Prænestina, fere media Romam inter et Præneste. Virgil. Æn. vii. ‘quique arva Gabinae Junonis, gelidæ

Mutandus locus est, et deversoria nota	10
Praeteragendus equus: Quo tendis? non mihi Cumas Est iter aut Baias, laeva stomachosus habena	
Dicit eques: sed equi frænato est auris in ore.)	
Major utrum populum frumenti copia pascat;	
Collectosne bibant imbræ, puteosne perennes	15

*tare oportet, equumque agere ultra diversoria cognita. Quo pergis? haud Cumas vel Baias contendit, inquiet iracundus equus frænum ad levam torquens. Verum enim auricula est in ore frænato equi.) uter populus majore tritici abundantia nutritiatur: an pluvius collectas potent, an aquas dulces e fontibus perpetuo mananti-*

urbis nomen ‘Gabii,’ adjectivum ‘Gabinus.’ Fea.—10 Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. *diversoria nota.*—12 Bamberg. Vat. Rom. 2. a m. sec. Vat. Rom. 7. Vat. Palat. 1. Chisian. 1. Barberin. 2. unus ap. Pulm. alius ap. Oberlin. *stomachatus:* præfert H. Steph. in Præf. Vat. Rom. 9. *stomachandus.*—13 *Dicit eques* Vat. Rom. 8. et Schoenborn. 2. *sed equis* Vat. 3. a m. sec. Vat. 19. Vat. Rom. 2. Vat. Palat. 6. Chisian. 1. Angelic. 1. a m. pr. Angelic. 2. tres alii codd. apud Bentl. notatum ex Ms. in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat. et 1519. Bibl. Angel. restituit, et probat idem Bentleius, quia sententiose dictum: non de hoc tantum equo; sed de omnibus: sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cum. San. Wakef. ‘Vulgatam equi male defendant Johnson. et Wetz, qui Latine non sapiunt.’ Fea. equihabent etiam edd. vett. ante Bentl. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Comb. Jaeck, et Döring.—15 Harl. 6. Edd. Zarot. Mediol. 1470. Venett. 1481. 1483. 1486. 1490. Florent. 1482. et Lips. 1499. *puteos-*

## NOTÆ

dumque Anienem, et roscida rivis,’ &c. Illic vero salubres aquas fuisse, testatur Strabo lib. v. ‘Per hanc planitiem Anio decurrit; et aquæ frigidæ dictæ Albulæ multis e fontibus manant varios ad morbos tum bibentibus salutares, tum sedentibus infusæ.’

10 *Mutandus locus est]* Juhente medico relinquendæ sunt Baiasæ deliciæ; pergendumque Veliam aut Salernum; ut lippientibus oculis mederi possim. Plin. xxxi. 2. ‘Capiti, auribusque privatim medentur, oculis vero Ciceronianæ aquæ... In Ænaria insula calculosis... Idem coutingit in Velino lacu potentibus,’ &c.

11 *Quo tendis?*] Verba sunt Horatii ad eqnum suum.

*Cumas]* Urbs est Campaniae mari-

tima, antro Sibyllæ celebrata: Baiis proxima.

12 *Læva stomach. habena]* Neapolim indeque Veliam aut Salernum euntibus ad dextram sunt Baiæ: avertendo igitur equo flectenda erat ad sinistram habena.

13 *Equi frænato est auris in ore]* Equus non verbis sed fræno docetur, percipitque quo sit eundum.

14 *Major utrum populum, &c.]* Repetendus hic et passim versus 25. ‘Scribere te nobis... par est,’ scilicet, ‘major utrum populum,’ &c. Adverte ergo, Lector, hyperbaton longissimum.

*Utrum populum]* An Veliensem, an Salerninum.

15 *Collectosne imbræ]* In cisternis.

Jugis aquæ ; (nam vina nihil moror illius oræ :  
 Rure meo possum quidvis perferre patique ;  
 Ad mare cum veni, generosum et lene requiro,  
 Quod curas abigat, quod cum spe divite manet  
 In venas animumque meum, quod verba ministret,      20  
 Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.)  
 Tractus uter plures lepores, uter educet apros ;

*bus: (etenim sperno vina istius regionis: in villa quidem mea quodlibet valeo tolerare ac sustinere:) at cum deveni ad mare, desidero vinum generosum ac lene, quod pellat solicitudines, quod in venas fluens ingentem fiduciam meæ menti conferat, quod verba suppeditet, quod me juvenem gratum reddat Lucanæ meretrici: utra regio*

---

re. Schoenborn. 2. *puteosque*. Bamberg. *puteosne perennis*.—16 *Dulcis aquæ* Harl. 2. Schoenborn. 2.4. Vatt. 1. 3. a m. sec. Vatt. 4. 5. Vat. Rom. 6. Vat. Rom. 9. a m. sec. Vat. Palat. 1. Angelic. alii codd. ap. Pulf. Cruq. Talbot. Valart. et Oberlin. ‘Sic scriptum reperi in dnobus codicib. manuscrip. uno Vatic. et Jann. atque hanc puto rectam, ac germanam scripturam: non *Jugis*, ut est in vulgatis, et aliis calamo exaratis: nam cum perenneis puteos dixerit, supervacaneum sit addere, *Jugis aquæ*: quandoquidem *jugis*, et *perennis*, idem valent: neque vero est, quod quisquam mili dicat, aqnam ἔχουσον, id est, saporis expertem esse oportere, ut scribit Aristot. lib. περὶ αἰσθῆσεως καὶ αἰσθητῶν non igitur dulcem. primum enim dulcem aquam appellant Latin. et γλυκὺ θῶρα Græci, quæ non est salsa, a marina scilicet distinguentes. ut M. Tull. Verr. iv. 53.’ Lamb. Ita etiam unns codex Aldi Manutii; restituit H. Steph. Lamb. aliquique editores non pauci usque ad Bentleium, qui iterum revocavit *Jugis* aliorum MSS. et editorum; sed potius verborum lusibus, quam argumentis. Non solnm enim *dulcis* est perpetuum aquæ potabilis epitheton, ut pluribus asserit Lambinus; sed qualitas aquæ hic ab Horatio non erat reticenda; cui *deterrina* adeo invisa i. Sat. 5. 7. deterrimæ autem sunt earum potoribus in Baiano, Puteolano, Neapolitano, ntpote locis vulcanicis, lateque salibus, et sulfure saturatis; ut norunt omnes, et ipse sum expertus.’ Feu. Vid. Vitruv. VIII. 3. et Plin. III. Epist. 17. Bentleium sequuntur Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cuning. Gesn. Oberlin. Comb. Wakef. Zenn. Kidu. et Döring.—17 Vat. 1. *quidvis suffirre*. Nie. Heinsius Adv. III. 13. pag. 493. conj. *quodvis*: adoptavit Cuning, refutat Bentl. poscui... pative Schoenborn. 3.—18 Schoenborn. 2. 3. Harl. 6. aliquique ap. Valart. *cum venio*.—20 Chisian. 5. *animusque meo*. Vat. 14. cum edd. Mediol. 1470. Florent. 1482. et Venet. 1483. *ministrat*.—21 Vat. 12. a m. pr. Vat. Rom. 4. a m. pr. Vat. Rom. 5. Chisian. 1. et Barberin. *commendat*.—22 *Tractus uter lepores plures* Schoen-

## NOTÆ

18 *Ad mare cum veni*] Ad aliquam urbem maritimam.

19 *Quod curas abigat, &c.*] Vide I. Od. 18. &c.

20 *Animusque*] Vini calor spiritus vitales excitat accenditque, hincque animum paviter.

*Quod verba ministret*] Noster I. E-

pist. 5. ‘Fœnndi calices quem non fecere disertum?’

21 *Commendet amicæ*] Hilarem et facetum præstando. Apage hinc aliam interpretationem.

22 *Tractus uter*] Velinus, an Salerninus.

Utra magis pisces et echinos æquora celent;  
 Pinguis ut inde domum possim Phæaxque reverti;  
 Scribere te nobis, tibi nos accredere, par est. 25  
 Mænius, ut rebus maternis atque paternis  
 Fortiter absuntis urbanus cœpit haberí,  
 Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret,  
 Impransus non qui civem dignosceret hoste;  
 Quælibet in quemvis opprobria fingere sævus; 30  
 Pernicies et tempestas barathrumque macelli,

*plures lepores, utra apres alat: utrum mare meliores pisces et echinos habeat: ut illinc domum redire queam obesus et Phæax. Quemadmodum Mænius patrimonio devorato facetum se exhibuit: parasitus ille vagabundus, cui certa non esset culina: qui famelicus circem ab hoste non distingueret: in quenlibet vero contumelias quaque dirus confingeret: damnum, procella, et gurges macelli, quodcumque lucratus*

---

horn. 2.—23 *Utra m. pubes et echinos* Schoenborn. 3.—25 Vatt. Rom. 8. 9. et Vat. Palat. 6. *accredere*; quod notatum ex cod. in ora ed. Mediol. 1476. in Biblioth. Barberin. ita Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervil. Oberlin. *at credere* Vat. Rom. 4. Chisan. 1. a m. pr. *hæc credere* Angelic. 1. ac reddere Vat. 19. ac nos *tibi credere* ed. Frib. 1536. Al. *accredere*; *ac credere, accedere*. Schoenborn. 2. *parem pro par est*.—26 Hoc versu incipit nova Epist. in quibusdam codd. ap. Mitsch. Præf. p. 32. etiam in Harl. 3. 4. 6. 7. et ed. Glarean.—28 Cuning. *certum non qui*. Schoenborn. 2. *non qui civem*.—29 Cuning. *circem qui non*. Bamberg. *dinosceret*.—30 Nic. Heinzius *constringere*; Cuning. *figere*, quod receperunt Mervill. et Phil. *Pro quemvis*

## NOTÆ

23 *Echinus*] De his II. Satira 4.

24 *Pinguis ut inde, &c.*] Ut ex istis regionibus possim redire non solum oculis sanus, sed et toto corpore nitidus, pinguis, et bene curata eute. Gall. *gros et gras, dans l'enbonpoint*.

*Phæax*] Instar Phæacum: de quibus supra I. Epist. 2. 29.

25 *Accredere*] Hac etiam voce utitur Lucretius lib. III. ‘Facile hoc accredere possis.’

26 *Mænius, ut, &c.*] Fab. Mænius Pantolabus, gurges et vorax, de quo jam antea non semel, I. Sat. 3. Hic nonnulli dividunt, alteramque Epistolam faciunt; sed perperam. Deinceps enim explicat Horatius quod supra dixit vs. 17. et seq.

27 *Urbanus*] Lepidus, festivus, ut

ad mensas divitum facile admittere.

28 *Scurra vagus*] Modo huc modo illuc cœnam mendicans et captans per facetias.

*Præsepe*] Metaph. Est enim proprius locens præceptus, in quo pecudes stabulantur: et per synec. linter in quo pabulum jumentis apponitur.

29 *Impransus*] Theod. Marcilius interpretatur, bene pransus, satur, temulentus.

30 *Quælibet in quemvis, &c.*] Qui fame quasi furore quodam percitus omnes obvios impetebat, maledico dente carpebat, probris incessebat.

31 *Pernicies et tempestas, &c.*] Universa macelli edulia abradens, rapiens, vastans, quasi tempestas; et

Quicquid quæsierat, ventri donabat avaro.  
 Hic, ubi nequitiae fautoribus et timidis nil  
 Aut paulum abstulerat, patinas cœnabat omasi,  
 Vilis et agninae, tribus ursis quod satis esset;  
 Scilicet ut ventres lamna candente nepotum

35

*erat ventri avido largiebatur. Porro iste cum parum aut nihil obtinuerat a luxuriæ patronis et formidolosis, cœnabat e lance plena verrecinis extis crassioribus quantum sufficeret tribus ursis. Adeo nimirum ut emendatus assereret helluonum ventres ar-*

nonnulli ap. Jaeck *quamvis.*—32 Multi codd. ap. Feam, Exc. Sax. Gott. et Harl. 6. *donarat*; sic alii codd. apud Pulf. Cruq. Comhe. *donaret* edit. Cadom. 1480. Bentl. ex ingenio; sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Wakef. Wetz. ‘*Donabat* indicativo modo; quia in hoc præcipue deridetur ab Horatio.’ Feu.—33 Edd. quædam vett. *tumidis*; ceteri et codd. fere omnes *timidis*. ‘Sic reperi scriptum in duobus cod. Vatic. et Janu. Faern. Tornes. non, ut alii libitorum arrogantissimi corruptores, reposuerant, *tumidis*: ac testatur quoque P. Victorius, quem semper honoris causa nominatum volo, ita scriptum esse in uno, atque altero codice antiquo: idemque hunc locum hoc modo explicat, intelligere oportere surrass eosdem fuisse, et sycophantas: quos divites, propterea quod sibi ab eis metuerent, studiose, et crebro ad cœnam vocabant, et liberaliter, prolixèque accipiebant.’ Lamb.—34 Schoenborn. 3. *patenas.*—35 *Vilis et agnini* Schoenborn. 3. 4. codd. Torrenti, Gott. Harl. 2. 3. 4. 7. Zarot. Mediol. 1477. Florent. 1482. Venett. 1477. 1478. 1479. 1486. 1490. al. vett. *Vilis et agninae* plurimi codd. ap. Feam, Harl. 1. 6. alii MSS. apud Lamb. Pulf. Cruq. Talb. Commentator Crnquinianus, edit. Prince. Britann. 1520. Lamb. Crnq. Talb. Marcil. Baxt. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Sandby, Batt. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. et Zeun. præfert H. Steph. in Diatr. pag. 139. Turn. Advers. vi. 25. Agnina, caro; ut apud Plant. in Aul. II. 8. 3. seq.—36 Barberin. 2. *et ventres.* Codd. ap. Feam variant *lama*, *lamina*, *lamma*. Gott. Mediol. 1477. et Florent. 1482. *lama*. Vide ad II. Od. 2. 5. *ca-*

## NOTE

*absorbens, quasi vorago et βαράθρον.* pata. Gall. *des trippes, des fressures.*

33 *Ubi nequitiae fautoribus, &c.]* Mænius iste cum nihil fuerat venatus apud divites luxuriam suam foovere et alere solitos, eique faventes, utpote similiter luxuriosos.

*Timidis]* Avaris, sumnum facere timentibus: vel scurrilem nequitiam et maledicentiam reformidantibus; qui cibos interdum offerebant, ne dicteriis ejus lancingarentur.

34 *Patinas cœnabat omasi]* Vili quilibet esca contentus domi cœnabat. Quid. leg. *tabulas*, ut sit *tabula lancis* genus planum.

*Omasi]* Crassior ventriculi pars adi-

pata. Al. *caro bubula pinguior.*

35 *Agninae [agnini]* Al. *agninae*, sub. carnis.

*Ursis]* Quod animal ingens et vorax.

36 *Scilicet ut ventres, &c.]* Mænius vili cibo expletus domi, *correctus*, et agnoscens naturam haud egere lazieribus alimentis, luxuriam ipse ultra damnans aiebat, luxuriosos esse disperdendos. Vel, *correctus*, eruditus propria experientia et egestate, quam sibi per luxuriosum victimum conflaverat.

Diceret urendos corrector Bestius. Idem  
 Quicquid erat nactus prædæ majoris, ubi omne  
 Verterat in fumum et cinerem, Non hercule miror,  
 Aiebat, si qui comedunt bona; cum sit obeso      40  
 Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla.  
 Nimirum hic ego sum; nam tuta et parvula laudo,  
 Cum res deficiunt, satis inter vilia fortis:

*dente lamina esse inurendos. Ipse Mænius cum in fumum et favillam redegisset si quid opinum captaverat, dicere erat solitus: Huud euidem miror si nonnulli facultates absument, quandoquidem nihil jucundius est pingui turdo, nihil suavius prægrandi vulva. Talis nempe sum ego: quippe laudo secura et exigua, quando opes*

-----  
*dente Schoenborn. 4.—37 Vatt. 5. 10. 13. 15. Vatt. Rom. 5. 7. Vat. Palat. 4. Chisian. 5. et Angelic. 2. correptus bestius; ita etiam duo ap. Jaeck, alii MSS. apud Britann. 1520. Lamb. Pult. Cruq. Torr. Talb. Bentl. Val. edit. Prince. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1490. 1492. 1495. 1514. Flor. 1482. Lips. 1499. Al. *correctus Bestius*. Sed *Bestius* etiam alii MSS. Feæ, et aliquorū editorum. In editis vulgo *Mænius*. *Corrector Bestius* ex uno cod. Lambinus, inde Bentl. Cuning. Sanad. Mervil. Phil. Gresn. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zenn. Bodoni, et Kidd.—38 *Si quid erat Bentl. ex suppositis Torrentii codd. inde Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Dorigh. Wakef. et Kidd. prædæ nactus Cuning.*—39 *Verteret Vat. Palat. 5.—40 Harl. 4. comedant bona. Nonnulli codd. Feæ, comedunt bene.—41 Nil turdo melius Chisian. 5. nil vulva dulcius unus Vat. et Barberin. 2. vulva nil pulchrius Cuning.—42 Idem Cuning. tutus nam parvula; ‘ex ingenio audaci, more suo, et inscite.’ Fea.—**

## NOTÆ

37 *Corrector Bestius. Idem [correctus. Mænius idem]*] Quidam leg. *correptus Bestius. idem quicq. &c. hoc sensu: Bestius avarus a Mænio luxuriosus sordidæ parcitatis accusatus et acriter correptus, præ ira et indignatione dicebat, ‘urendos nepotum ventres lamina candente.’ Bestii avaritiam carpit Pers. Sat. 6.*

*Idem Quicquid, &c.] Ille qui domi tenui victu contentus erat, quando lantiores nactus dapes deglutiuerat, exquisito sapore affectus aiebat: Hand miror quod opes absument aliqui, ut delicatiora comedant obsonia.*

40 *Obeso Nil melius turdo]* Martial. XIII. 92. inter aves turdo primam saporis gloriam adjudicat. Pers. Sat. VI. 24. ‘tenuem solers turdarum nos-

se salivam.’ Nempe Romæ catiliones erant subtilis adeo palati, ut gustu dignoscerent turdorum sapores varios, an sylvestres, an ex aviario; an mares, an foeminae. Vide supra I. Sat. 5. et II. Sat. 2.

41 *Vulva]* Jucundam palato et maxime delicatam primiparæ suis vulvam, testatur Plin. VIII. 51. et XI. 37. Martial. XIII. 56. ‘Me materna gravi de sue vulva capit.’

42 *Hic ego sum]* Mænio similis sum: parvo et vili contentus, cum desunt meliora: quando vero suppetunt lantiora, haec sane hand sperno, immo collando: et quibus opes atque istæ deliciae adsunt, beatos censeo et prædio.

Verum ubi quid melius contingit et unctius, idem  
 Vos sapere et solos aio bene vivere, quorum 45  
 Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

*desunt, sat constans inter parra. At quando præstantius aliquid et laetus nactus sum, tunc ipse vos dico sapere et solos beatos esse, qui habetis opes bonis prædiis stabilitas.*

46 ' In cod. Schoenborn. 4. quatuor ultimi versus positi sunt ante 4. priores.' Jaек.

#### NOTÆ

45 *Quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia villis]* Censum habentes fundo certo stabilitum, villam preventus certos referentem, 'opes fun-

datas atque optime constitutas:' ut ait Cic. pro Rabirio. Idem pro Domo: 'fundatissimæ familiæ ruina.'

## EPISTOLA XVI.

### AD QUINTIUM.

Vitam heatam æquanimitate constare, et conscientia veræ virtutis. *Baxt.* Quintus Hirpinus, quo familiariter usum esse Horatium etiam ex II. Od. 11. intelligitur, videtur honoribus divitiisque et auræ populari plus tribuisse quam par erat, servata tamen viri boni lande. Hnic igitur perconteranti de villa redditibus rescribit Noster, de redditibus non esse quod scribat, cum illa villa ob situs amoenitatem salubritatemque cœli sibi placeat, ibique se corporis valetudine recta et tranquillitate animi frui. Tibi vero alia vivendi ratio probatur, nec, fateor, male vivis, si non modo videri, sed et esse bonus studes. At vereor, ne virtutem in externa specie vulnique opinione sola ponas. Quæ res est vana, aliena minusque stabilis, eaque non magis capi sapiens debet, quam infamia falsa terreri. Vir bonus est virtutis amore, non pœna metu: atque cum externa bona non magnificat, nec adeo metuat et cupiat, est vere liber habendus. Nam qui mori potest, is cogi non potest.

Nec perconteris, fundus meus, optime Quinti,  
 Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ,

*Ne quæras, o bone Quinti, utrum ager meus dominum frugibus nutriat, an baccis*

Epistola quarta Libri secundi in Ed. Sanad.—2 Bamberg. Gott. Exc.

#### NOTÆ

1 *Ne perconteris]* Per insinuationem agrum suum describit Poëta: deinde quis vere sit vir bonus explicat: ubi Quintum notat velut adul-

toribus nimis credulom.

*Quinti]* Is videtur esse Quintus Hirpinus, cui est inscripta II. Od. 11.

Pomisne, an pratis, an amicta vitibus ulmo :  
 Scribetur tibi forma loquaciter, et situs agri.  
 Continui montes, nisi dissocientur opaca      5  
 Valle ; sed ut veniens dextrum latus aspiciat Sol,  
 Lævum decedens curru fugiente vaporet.  
 Temperiem laudes. Quid ? si rubicunda benigne  
 Corna vepres et pruna ferunt ? si quercus et ilex

*oleæ ditet, an fructibus, an vitibus ulmo circumdati ; en tibi verbose describam speciem et situm prædiæ mei. Perpetui sunt colles, nisi quod separantur valle umbrosa, ita ut sol oriens aspiciat lotus dextrum, abeunte vero curru decedens tepefacial sinistrum. Temperatum cælum laudavcris. Porro sentes producunt affutim rubra corna*

Sax. aliquique codd. ap. Cruq. *an bacis*. Vet. Comb. *opulenter*.—3 *Pomisne* Harl. 1. 4. 7. nonnulli codd. ap. Cruq. item edd. Crnq. Baxt. Gesn. Bipont. et Comb. *Pomisne* Harl. 2. 3. 6. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. alii codd. ap. Bentl. edd. vett. et recentt. post Bentl. et *pratis* in quibusdam codd. et edd. omnes ante Bentl. *an pratis* Vat. 19. Vatt. Rom. 7. 8. 9. Angelic. 3. Barbecrin. 2. alii codd. ap. Pulf. Crnq. Bentl. Valart. laudant Crnq. et Torrent. sed Bentl. revocavit in textum ; inde Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cuning. Sanad. Mervil. Pbil. Sandby, Francis, Batt. Valart. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zeun. Bipont. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. Codd. ap. Feam *an amica*, et *an rincta*. Hoc ultimum habet etiam Harl. 3.—4 *Scribentur* Vat. Rom. 9. Angelic. 3. cum edd. Mediol. 1476. Venett. 1479. 1481. 1483. 1486. 1495. 1509. Florent. 1482. Junta 1503. Ascens. Britann. 1520. *ni dissocientur* Harl. 2. 6. 7. undecim codd. ap. Feam, alii ap. Pulf. Torrent. Oberlin. et Jaeck, et ita Bentl. Cuning. Sandby, et Kidd. —7 Bamberg. et Schoenborn. 4. et edd. antiqui. *descendens*, quod revocavere Fea et Bothe. *descendens* tres ap. Feam, alii codd. ap. Bersin. Bentl. Valart. et Oberlin. ita dedit Locher. *descendens* Schoenborn. 2. *decedens* Bentl. ex ingenio, eumque secuti Sanad. Baxt. Gesn. Francis, Bipont. Zenn. Wetzel. Wakef. Comb. Kidd. Jaeck, et Dœring. *cursu pro curru* Bland. antiquiss. Crnq. *fugiente vaporet* Schoenborn. 3. f. *vaporat* Schoenborn. 2.—8 Angelic. 3. alii codd. ap. Lambin. *quod si*. Quinque codd. Feæ *benigni* ; ita alii MSS. apud Pulf. Crnq. Bentl. Val. restituit Bentl. et probat ; inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Dor. Wakef. Wetz. Al. *benigne vulgo* in editis, et MSS. Sed in Chisian. 5. a m. sec. *benignæ*, ut in aliis MSS. apud Bentl. et ita fortasse etiam in aliis omnibus legendum esset ; quia ut plurimum diphthongos omittunt. *Fea*.—9 Vat. 10. Vat. Rom. 3. Vat. Palat. 1. Zarot. et Ald. 1501. *ferent*. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. alii codd. quamplurimi, et edd. fere omnes ante Bentl. item Fea, et Bothe, *ferant*. Bentl. ex ingenio, *ferunt* ; inde Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Baxt. Mervill. Gesn. Zeun.

## NOTÆ

5 *Continui montes, &c.]* Sitns ille saluberrimus, vallis amœna ventis orientalibus et occidentalibus exposta, a Meridie vero et septentrione duobus collibus defensa ; quæ porro temperata fruatur aura, et fonte irrigetur ejus aquæ infirmo capiti alvo.

que medeantur.

6 *Valle]* Hæc Ustica dicebatur, ut volunt quidam. Cruquius vero opinatur nomen hoc fuisse potius propinquij montis, cui ex adverso imminet Lucretialis mons, de quo 1. Od. 17.

Multa fruge pecus, multa dominum juvat umbra? 10  
 Dicas adductum proprius frondere Tarentum.  
 Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec  
 Frigidior Thracam nec purior ambiat Hebrus;  
 Infirmitate capiti fluit utilis, utilis alvo.  
 Haec latebræ dulces, et jam, si credis, amoenaæ, 15

*et pruna: quercus et ilices glandem plurimam pecoribus, et densam umbram hero suppeditant. Dicces Tarentum prope adrectum florere. Interluit quoque fons aptus nomen rivo tribuere, quo neque frigidior nec limpidor Hebrus Thraciam irrigat; capiti male affecto, pariter et ventri saluber. Grata hæc latibula, quin et, si*

-----  
 Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Kidd. Jaeck, et Dœring. *ni quercus* codd. Blandd. ap. Crnq. et *quercus* aliæ codd. ap. Feam.—10 Vat. Rom. 9. Vat. Palat. 3. Chisian. 1. a m. pr. Angelic. 3. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. *juvat*; ita tres codd. ap. Jaeck, alii ap. Pulu. et Bentl. qui recepit in textum post ferunt; et sic Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Baxt. Mervill. Gesn. Zem. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Kidd. Jaeck, et Dœring. *juvet* ceteri codd. et edd. ante Bentl. item Fea, et Bothe: ita legit etiam Nic. Heinsius ad Ovid. in Nucem, vs. 17.—11 *Dicas adrectum* Vat. Rom. 9. *abductum* Barberin. 2. *florere* unus cod. Bersmanni.—13 *Thracam* scriptum reperit Nic. Heinsius, ad Ovid. Trist. iv. 1. 21. in vetustissimo Leidensis Bibliothecæ codice; adoptavit Cuning. Vide II. Sat. 6. 44. *ambiet* Hebrus Schoenborn. 3.—14 Bamberg. Schoenborn. 2. 3. Exc. Sax. Harl. 2. 4. 7. Vatt. 7. 9. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 19. Vat. 3. a m. sec. Vatt. Rom. 2. 9. Vat. Rom. 6. a m. sec. Vatt. Palat. 1. 3. 4. Chisian. 5. 6. Angelic. 1. 2. et Barberin. 1. *fluit aptus et utilis*; ita etiam alii MSS. apud Pulu. Torr. Talb. Val. Oberl. edit. Prince. Zar. Medd. 1476. 1477. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. Flor. 1482. Lips. 1499. Junta 1503. Ascens. Britann. 1520. ‘Al. *fluit utilis, utilis*; quam lectionem inde ab Aldo cur prætulerint vulgo Interpretes fere omnes, nou dicunt. Verbum tameu *aptus* hic optimum, et rei significandæ concinnuum est etiam apud medicos, et promiscue cum alio *utilis*.’ Fea.—15 *Vaticanus unus, et jam*; ita Gesn. Comb. Wetzel. et Zem. improbante Fea. et *si jam* Barberin. 2. et (*jam*) *si credas* Bentlein; hinc Traj. ad Rhen. 1713. *etiam* omnes alii codd. quod revocavit Fea.—

## NOTE

11 *Tarentum*] Urbem prorsus iunctam et voluptariam, quam sæpius commendat Horatius I. Od. 28. II. Od. 6. III. Od. 5.

12 *Fons etiam rivo*] Blandusia nempe fons in finibus Sabinorum apud Mandelam pagum. De illo III. Od. 13. rivas autem Digentia vocabatur, atque in Tiberim defluebat per Farfarum flu. et Vacinae fannum. Vide postea I. Epist. 18. 104.

*Dare nomen idoneus*] Tam abundantes aquas ei rivo præbens, ut inter fluvios Sabinorum Digentia numer-

tur et nominetur.

13 *Thracam*] Vide I. Od. 25.

*Hebrus*] Ingens Thraciae fluvius, de quo jam supra I. Epist. 3. et I. Od. 25.

15 *Haec latebræ dulces, &c.*] Autumno incunne secedens in hanc villam meam, a morbis tunc frequentibus me vindico. Juvenalis ‘letiferum Autumnum’ dicit, Sat. IV. 56. ex Hippoc. et Galen. Id. Sat. VI. 516. ‘metuique jubet Septembris et Austri Adventum.’

Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.  
 Tu recte vivis, si curas esse quod audis :  
 Jactamus jampridem omnis te Roma beatum :  
 Sed vereor ne cui de te plus quam tibi credas,  
 Neve putas alium sapiente bonoque beatum, 20  
 Neu, si te populus sanum recteque valentem  
 Dictitet, occultam febrem sub tempus edendi  
 Dissimiles, donec manibus tremor incidat unctis.  
 Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.  
 Si quis bella tibi terra pugnata marique 25  
 Dicat, et his verbis vacuas permulceat aures :

*fidem habes, jucunda, sanum tibi me faciunt mense Septembri. Tu recte vivis, si studes esse qualis diceris. Te felicem dudum predicanus omnes Romani. At metuo ne alius de te plus credas quam tibimetipsi : nere existimes felicem diversum a probo et sapiente ; ac, si te sanum et bene habentem dicat populus, ne secretum febrem celest circa horam caenae, usquequo tremule fiant manus unctae. Inproba verecundia abscondit ulceru fatuorum putrida. Si aliquis narret certamina terra marique a te confecta, utque aures tuas patentes deliniat isto sermone : Utinam Jupiter*



16 Vat. 9. et Schoenborn. 3. *præstant*, ut ex ingenio edidit Cuuing.—  
 18 Schoenborn. 3. *Jactantur*.—21 Schoenborn. 3. *si te populum*.—22 Bamberg. *pectus edendi*. Zarot. et Vet. Comb. *tempus habendi*.—23 *Dissimiles* Bamberg. et Schoenborn. 3. *indicat unctis* Schoenborn. 2.—26 Vat. Palat. 1.

## NOTÆ

17 *Tu recte vivis, &c.]* Cic. Offic. II. n. 43. ‘Praelare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret ut qualis haberet vellet, talis esset.’

19 *Sed vereor ne cui de te plus quam tibi credas]* Imitatus Persius Sat. iv. 46. ‘Egregium cum me vicinia dicat, Non credam?’

21 *Neu, si te populus, &c.]* Pers. mox cit. ‘Nequicquam populo bibullas donaveris aures : Respue quod non es : tollat sua munera cerdo. Te cum habita ; et noris quam sit tibi curta supellex.’

22 *Occultam febrem Dissimiles, &c.]* Vereor ne vitia tibi certe non obscura dissimiles et tegas, donec ea ipse

prodas incantus, aut vitioso quopiam impetu abreptus, et patefactus qualis es : sicut æger edendi appetens asserit se non tentari febre, nec a cibo temperat ; donec ipsa se prodat febris, edentisque manus reddat tremulas. Persius Satira III. 100. ‘Sed tremor inter vina subit, calidumque tridental Excentit e manibus : dentes crepnuere reecti : Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.’

24 *Stultorum incurata pudor, &c.]* Stulti sua vitia non curant emendare, sed curant abscondere, per malum pudorem.

26 *Vacuas permulceat aures]* Adulationibus gaudentes, et adulatoribus semper apertas.

'Tene magis salvum populus velit, an populum tu,  
Servet in ambiguo, qui consulit et tibi et urbi,  
Jupiter?' Augusti laudes agnoscere possis.  
Cum pateris sapiens emendatusque vocari, 30  
Respondesne tuo, dic sodes, nomine? ¶ Nempe  
Vir bonus et prudens dici delector ego ac tu.  
¶ Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet; ut si  
Detulerit fasces indigno, detrahet idem.  
Pone, meum est, inquit: pono, tristisque recedo. 35  
Idem si clamet furem, neget esse pudicum,

*qui te urbemque diligit, incertum semper teneat, utrum populus te magis exoptet in-  
columem, an tu populum: numquid discernere poteris Augusti laudationem? Quan-  
do vero sinis te appellari sapientem et perfectum, queso dic, an respondes huic tuae  
appellationi? Scilicet ego probus et sapiens vocari gaudeo, et tu similiter. Verum  
qui hodie tribuit istud elogium, ipse cras eripiet, si lubet; et quasi immerito hono-  
rem detulerit, admet. Depone, ait populus, quod meum est. Depono, ac mactus  
abeo. Si autem ipse furem me aut impudicum vocet, vel patrem a me strangulatum*

demulceat.—27 *Tene magis sanum Schoenborn.* 2. *aut populus Barberin.* 1.—  
28 *Servut* Vat. Palat. 3. a m. sec. *consulit* unns Vat.—29 *Barberiu.* 2. *cognos-  
cere;* et ita Porphyrio. Bamberg. posses.—30 *Cum cupias* Harl. 3. 4. Gott.  
Exc. Sax. unns ap. Bos. Schoenborn. 4. aliisque codd. ap. Feam. *Cum cupies*  
*nonnulli codd.* ap. Feam, Zarot. et Vet. Comb. *Et cupias* Vat. Palat. 4. Angelic.  
*emendatusque videri* Schoenborn. 4. Vet. Comb. et Ald. 1501.—32 *Vir  
b. ac prudens* Harl. 2. et Vet. Comb. *et sapiens* Harl. 3. 4. et Schoenborn. 2.  
ex versu 73. Baxt. Gesn. Bipont. aliisque nonnulli legunt: *delector.* ¶ *Ego  
ac tu, Qui, &c.*—33 *Vat. Rom.* 9. a m. sec. et *Vat. Palat.* 4. *auferet, at si.*—  
34 *Schoenborn.* 2. *Vat. 7.* et *Vat. Rom. 5.* *detrahat.* Chisian. 5. 6. et Valli-  
cel. 3. *detrahit.*—35 *Pone meum, inquit* Schoenborn. 2. 3. *tristisque recordor* duo

## NOTÆ

27 *Tene magis salvum, &c.]* Hi duo  
versus vel a Varo aliove Poëta in  
landem Augusti scripti fuerant, ac  
velut noti hic referuntur: vel ab ipso  
Horatio facti sub tertia persona ad-  
hibentur.

29 *Augusti laudes agnoscere possis]*  
An tibi stulte attribues quod ad Au-  
gustum noscitur pertinere: an cog-  
nosces non ad te, sed ad ipsum scrip-  
tas eas laudes?

30 *Emendatus]* Vitiis carens.

31 *Nomine]* Pro nomini: ut bene  
observat Marcilius.

31 *Nempe Vir bonus, &c.]* Responsio  
est Quintii, quam mox Horatius re-  
fellit.

32 *Detector ego ac tu]* Cic. Philip. 1.  
n. 57. 'Levis est animi luctem splen-  
doremque fugientis, veram gloriam,  
qui fructus veræ est virtutis, repudi-  
diare.'

33 *Qui dedit hoc hodie, cras, &c.]*  
Populus nempe inconstans et levis.  
Verum ut bonus et sapiens talis est,  
quamvis a populo non dicatur, sic  
qui non est, talis non fit, licet di-  
catur.

Contendat laqueo collum pressisse paternum,  
Mordear opprobriis falsis mutemque colores?  
Falsus honor juvat, et mendax infamia terret,  
Quem, nisi mendosum et medicandum? Vir bonus est  
quis?

40

Qui consulta patrum, qui leges juraque servat;  
Quo multæ magnæque secantur judice lites;  
Quo res sponsore et quo causæ teste tenentur.

*asserat; an percellar falsis istis criminationibus, aut expallescam? Inanis gloria delectat, et falsa contumeliam exterrit, ecquem, nisi vitiosum et fallacem? Age: quis est vir probus? Qui cdicta, qui leges et instituta majorum observat: quo judice dirimuntur plures et graves controversiae: quo astipulatore, quo testimonium*

\*\*\*\*\*

codd. ap. Pulm.—38 ‘Magis nobis arridet mutemve quam mutemque. Verum Particulæ que, ne, et ve frequente errore Librariorum commiscentur. Tres Cruquii codices cum Vetere interprete pro *colores* legerunt *colorem*, quod rectum est. Nescio cur eruditissimus Bentleius prætulerit hoc loco Plurali Numero *colores*, etsi forsitan rarius occurrat in tali sensu.’ Baxt. ‘Lectionem edd. vett. cum Bentleio revocandum putavi, tanquam exquisitiorem, quia cerebro pallorem ruboremque ire ac redire significat: sed per interrogationem extuli.’ Zeun. *mutemre colorem* Harl. 1. et alii codd. ap. Jaeck. *mutemque colores* Harl. 2. 3. 4. 6. 7. et Vet. Comb. *mutemque coloris* Bamberg. *colorem* etiam Zarot. et Cuning.—39 *Fassus nonnulli* codd. ap. Jaeck.—40 Pro medicandum Schoenborn, 2. 3. 4. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. et edd. vett. ante Cruq. mendacem exhibent: plurimi vero codd. ap. Feam, alii MSS. apud Pulm. Cruq. Torr. Bersm. Bentl. Oberl. adoptavit Cruquius, Baxt. defendit Bentl. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Sandby, Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. medicandum. Angelic. 3. *turpem*.—42 Schoenborn. 4. *finiuntur*.—43 ‘Quo res sponsore ita divisim primus restituit ex Ms. Cruquius, deinde melius prohibuit Bentleius, pro vulgato *Quo responsore*: responsorem autem pro Juris-consulto de iure respondente acciepiabant Interpretes. Sed hoc alienum erat a mente Poëtae, qui tantum querit, quis apud vulgus vir bonus audiat. At non minus aberrant a Poëtae mente Bentleius, Gesnerus, aliquis, qui enim sequuntur, dum *sponsorem* exponunt pro simplici ‘fidejussore,’ qui debitorum obligationibus accedit in nummis illis credendis; ad hoc trahentes Persii locum v. 78. qui nihil facit. Omnino e contextu videtur hic agere Hoc

#### NOTÆ

40 Medicandum[mendacem] Qui se exhibet alium quam sit, videlicet bonum et sapientem, cum sit turpis et stultus. Sunt qui legant medicandum, id est egentem medicaminibus Philosophia, ad mores formandos aut emendandos.

*Vir bonus est quis]* Ex opinione et fatua vulgi sententia, quisquis videtur

esse bonus, talis existimatetur et prædicatur. Itaque per ironiam describitur qui falso bonus censemur. Plato 11. de Rep. ‘Si opinio et fama vim affert veritati, et penes eam est vita beatae principatus, . . . ergo umbracula quædam et ficta virtutis species nobis est querenda.’

Sed videt hunc omnis domus et vicinia tota

Introrsus turpem, speciosum pelle decora.

45

Nec furtum feci, nec fugi; si mihi dicat

Servus: Habes pretium, loris non ureris, aio.

¶ Non hominem occidi. ¶ Non pasces in cruce corvos.

¶ Sum bonus, et frugi. ¶ Renuit negitatque Sabellus:

Cautus enim metuit soveam lupus, accipiterque

50

*perhibente cause obtinentur. At istum euneta familia omnesque vicini cognoscunt intus flagitosum, quamvis externa specie honestum. Verum enim vero si mihi servus dicat: Haud juratus sum, neque aufugi: respondebo: Mercedem tenes, scilicet, sentieis minime eaderis. Si dicat: Neminem interfeci: respondebo: Bene est, haud in patibulo corvis escam præbebis. Dicat: Probus sum et innocens: Venusinus refragatur et contradicit. Quippe lupus astutus soveam timet, accipiter au-*

=====

ratius de litibus finiendis, de re judicia; non de fidejussionibus extra judicium præstandis in negotiatione. In judicio quis spondet, seu 'fidejusso' judicio sistendi causa datur,' ut inquit Paulus in lib. I. ff. In jus Vocabi; et datur pro 're,' seu pro ipsa lite: et juxta Ulpianum in lib. II. §. 5. ff. Qui satisdare cogantur, 'in fidejussorem, qui aliquem judicio sisti promiserit, tanti, quanti ea res erit, actionem dat Praetor.' Datur pariter fidejusso, 'judicatum solvi;' seu, qui se obligat, pro reo judicatum solvere; qua in re lis ipsa 'res' quoque appellatur passim ab Jurisconsultis in titulo Pandectarum 'Judicatum solvi,' lib. XLVI. tit. 6. Vide II. Epist. 2. 67. et de Art. Poët. 423.' Fea.—45 *Introrsum Schoenborn.* 3. 4. Harl. I. 2. 3. 4. 6. 7. pluri-mi codd. ap. Feam, aliosque; edd. vett. ante Bentl. item Baxt. Gesn. Bi-pont. et Comb. *Introrsus* Vat. Rom. 4. Chisian. I. Ms. I. apud Oberl. ex aliis MSS. restituit Bentleius: et concinne; ne tria verba contigna in eandem literam excant. Sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Wakef. Wetz. Zenn. Fea, Bothe, Kidd. Jaech, et Dæring. *pelle decora?* cum interrogandi nota Vat. Rom. 8.—46 *Nec feei furtum Angelie.* 1. 2. *non fugi* Harl. 2. *dicit* Bamberg. codd. ap. Bentl. et ita edd. Bentl. Traj. ad Rhen. Cuning. Sanad. Mervill. Wakef. Wetz. Francis, et Kidd, ob verbum sequens *aio*, improbante Fea.—47 Harl. 2. et Angelie. 1. 2. *non loris.* Schoenborn. 2. *uteris.*—49 *Sum bonus ae frugi* Medioli. 1476. Florent. 1482. Veneti. 1483. 1492. Cuning. Sanad. *negat atque* Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. quamplurimi et edd. vett. *negitatque Sabellus* Ms. unus apud Crnq. qui recepit in textum; inde Bentl. et ex alio Ms. ita etiam H. Steph. in Diatr. p. 136. D. Heins. ed. Jansonii Amstel. 1652. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Dor. Wakef. Wetzel. Zenn. *Negito*, verbum ad hunc locum exquisitus, et quod occurrit apud Plaut. in Merc. prol. 50. Bacch. v. 2. 76. Lucret. IV. 911. Sallust. Jng. c. 12. Cie. IV. Acad. 22. *renuitque, negatque* Subellus Ms. unus Pulmanni, tres ap. Valart. aliisque

#### NOTE

46 *Nec furtum feci]* Rem illustrat similitudine.

48 *Non pasces in eruce corvos]* Non affigeris cruci, quod servile pridem erat supplicium: nec tuum cadaver ibi pendens corvis pabulum erit.

49 *Renuit negitatque Sabellus]* Ego Horatius contrarium assevero. Sabellis olim expulsis invecti sunt coloni Romani, ac Venusian occuparunt. Vide II. Sat. I. 36.

50 *Cautus enim, &c.]* Similitudine

Suspectos laqueos, et opertum miluus hamum.  
 Oderunt peccare boni, virtutis amore;  
 Tu nihil admittes in te, formidine poenæ:  
 Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis:  
 Nam de mille fabæ modiis cum surripis unum, 55  
 Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto.  
 Vir bonus, omne forum quem spectat et omne tribunal,

*tem pedicam invisam, et milvius uncum oblectum. Probi fugiunt peccatum ob studium virtutis. Tu vero non peccabis metu supplicii: quod si latere speres, fas et nefas attentabis. Enimvero quando e mille modiis fabarum unum furaris, injuria sic mihi quidem, ut non culpa minor ridetur. Nempe vir ille honestus, quem forum universum et omnia tribunalia vencrantur, quoties Diis sacrificat porcum*

\*\*\*\*\*

nonnulli.—50 *Captus nam Schoenborn. 2.—51 Suspectus Exc. Sax. Vatt. 3. et 19. a m. sec. Vat. Rom. 4. Vat. Palat. 4. Chisian. 1. Barberin. 2. et Venett. 1477. 1478. 1481. Suspensos Hildeb. Mor. Phil. c. 995. ad opertum Vat. 1. Vat. Palat. 1. Barberin. 1. Zarot. Mediol. 1476. Venett. 1477. 1478. 1479. 1483. 1509. et Florent. 1482. at opertum Vat. 13. ac opertum Venet. 1492. et Lips. 1499. et opertum præcavet hamum Hildeb. l. c. Vid. Epod. xvi. 32.—52 Schoenborn. 2. contrahit hunc et sequentem vs. ita, Oderunt peccare mali formidine pœnae. Ita etiam Harl. 4. 6. et Gott. a m. sec. pietatis amore unus cod. Pulmanni.—53 Tu nil unus codex Pulmanni, et sic Cuning. more suo. ritæ pro in te Schoenborn. 3.—54 Codex unns ap. Feam, miscebis fana profanis.—55 Bamberg. subripis unum. Cuning. in nota, conj. unam, contra omnium codd. fidem.—56 ‘Est damn. levius: sed non facin. tam. esto] Sic reperi hunc versum productum ab antiquo, et nobili scriptore, Accursio Florent. Et vero consuetudo Latini sermonis postulat, ut ita loquamur, leve damnum, leve facinus, non tene.’ Lamb. ‘Codices plerique et typis excusi, Damnun est, non facinus, mihi pacto lenius isto. At Magdalenensis, cum Excerptis in Bibliotheca Bodleiana, Damnun est, non facinus, pacto mihi lenius isto. Quod aliquanto rotundius est, et numerosius.’ Bentl. Damnun non facinus Vat. Rom. 9. pacto mihi etiam Cuning. levius isto Schoen-*

### NOTÆ

conglobata ostendit servum haud posse dici bonum, eo quod abstinet a peccando, metu pœnae duntaxat.

52 *Oderunt peccare boni, &c.]* Bias dicebat: Non metus sed decori gratia abstinendum a peccato. Cic. i. de Leg. ‘Si non ipso honesto moveinur, ut viri boni simus, sed utilitate aliqua aut fructu; callidi sumus, non boni. Nam quid faciet in tenebris qui nihil timet nisi testem, vel Ju dicem?’

53 *Tu nihil admittes in te, formidine pœnae]* Clemens Alexandrinus præclare scribit, duo esse genera timo-

ris: unum cui pudor junctus; quo timore bonum principem cives metunt, et nos Deum timemus, et boni liberi parentes: alterum cui comes odium; quali afficiuntur servi erga dominos asperos.

56 *Damnum est, non facinus, &c.]* Legunt plerique: *Est damnum levius, sed non facinus tamen: esto;* quod nec stylum Horatianum sapit, nec reputatur in ulla vetere membrana.

57 *Vir bonus, omne forum, &c.]* Vir iste bonus falso a te et a vulgo existimat.

Quandocumque Deos vel porco vel bove placat,  
 Jane pater, clare, clare cum dixit, Apollo,  
 Labra movet metuens audiri : Pulchra Laverna,  
 Da mihi fallere, da justo sanctoque videri ;  
 Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem.  
 Qui melior servo, qui liberior sit avarus,  
 In triviis fixum cum se demittit ob assem,

60

*aut borem, postquam alta voce pronuntiavit: Jane pater, vel, Phæbe; labia com-  
 movet audiri timens: Praeclara Laverna, tribue mihi ut latere possim; concede ut  
 existimer integer et innoxius: crimina caligine, dolos autem nubilo obvela. Certe  
 haud intelligo qua ratione servo præstantior aut liberior sit avarus, quando in com-*

horn. 2. 3.—59 Harl. 2. 6. Vat. 7. Vat. Rom. 2. a m. pr. et Junt. 1503. *clare,*  
*cum clare dixit.* Dno Vatt. Zarot. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486.  
 1490. 1514. Florent. 1482. et Lips. 1499. *clare dixit cum dixit.* Vat. 15. *clare*  
*tacitus cum dixit.* Harl. 4. *supplex dixit.*—61 *Da m. f. da justum sanctumque*  
*Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Bamberg.* Schoenborn. 2. 3. 4. alii ap. Feam, et edd.  
*vett. cum Baxt. et Comb.* ‘Sic legendum videtur, et ita habent omnes nos-  
 tri libri veteres, duob. exceptis, in quibus est *da justo, sanctoque videri.* quain  
 scripturam tamen etiam probo, repetitur enim ἀπὸ κοινοῦ μήτε: ut sit, *da mihi*  
*justo, &c.*’ Lamb. *justo sanctoque nonnulli codd. ap. Feam, alii ap. Canter.*  
*Nov. Lectt. iv. 12. Pilm. Crnq. Torrent. Valart. et Oberlin.* restitutus Crnq.  
 inde Torrent. Rutgers. Dan. Heins. Bentl. qui probat, Traj. ad Rhen. 1713.  
 Cuning. Sanad. Francis. Phil. Sandby, Batt. Dorigh. Valart. Zeun. Fea,  
 Bothe, Jaecck, Kidd. et Dæring. Cf. 1. Sat. 4. 49. et Art. Poët. 372.—63 *Quo . . . quo*  
*Schoenborn. 3. alii codd. et edd. vett. Qui . . . qui plurimi ap.* Feam, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. ap. Lamb. Pilm. Crnq. ita Perphyrio  
*(edit. Ven. 1481. *quiquo;*) restitutus Lamb. Crnq. Talb. Baxt. Bentl. anonymus*  
*Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Phil. Sandby, Batt. Gesn. Val. Dor.*  
*Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaecck, et Dæring.*  
*fit avarus Vat. Palat. 3.—64 Schoenborn. 2. aliisque codd. ap. Feam, nonnullæ*  
*etiam edd. vett. se dimittit.* Vat. Rom. 8. *ob assem? cum interrogationis*

## NOTÆ

60 *Labra moret metuens, &c.]* Videri  
 vult recta precari et orare ab Apolline  
 vel Jano, sed revera improbus im-  
 proba precatur. Pers. Sat. 11. ‘Mens  
 bona, fama, fides; hæc clare, et ut  
 audiat hospes: Illa sibi introrsum et  
 sub lingua immurmurat: O si Ebullit  
 patrni præclarum funus,’ &c.

*Laverna]* Dea sub enjnstela erant  
 fures, hinc laverniones dicti. Nomen  
 vel a λαβέω, *capere*, quasi *Laberna*,  
 mutato *b* in *v*; vel a lavando, si ‘la-  
 vare’ pro ‘furari,’ veteres dixerunt;  
 nam ‘levare’ potius dixisse, alii affir-

mant: quod si ita est, *Laverna* dieta  
 est pro *Leverna*. Alii deducunt a λα-  
 βύρα, *spolia*, ut *Laverna* dicatur pro  
*Laphyrna*; quod minus arridet. Alex.  
 ab Alex. iv. 16. sic scribit: ‘Laver-  
 na furum Dea, in ejus loco, ut im-  
 punita essent farta, prædam fures  
 sortiri, et rapacissimum quemque im-  
 molare tradiderunt.’ Huic erat ædes  
 sacra Romæ, et *Lavernalis* inde porta.

61 *In triviis fixum cum se demittit ob assem]* Cum ad assem colligendum  
 se inclinat, ac ludibrium subit pnero-  
 rum, qui assem humi defigunt ad illu-

Non video: nam qui cupiet, metuet quoque; porro 65  
 Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.  
**Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui**  
**Semper in augenda festinat et obruitur re.**  
**Vendere cum possis captivum, occidere noli:**  
**Serviet utiliter: sine pascat durus aretque;** 70  
**Naviget ac mediis hyemet mercator in undis;**  
**Annonæ prosit; portet frumenta penusque.**

*pitis se inclinat propter assem defixum. Etenim quisquis appetet etiam timebit. Qui vero inter metum vitam ducit, hunc liberum nunquam censebo. Amisit arma, stationem virtutis reliquit quicumque in opibus amplificandis laborat atque opprimitur. Quandoquidem servum licet vendundare, care ne interficias: utile ministerium exhibebit: permitte ut ærumnosus greges pascat, agros colat, navigationem exerceat, ac negotiando hyemem in medio mari traducat, annonam promoveat, triticum*

nota. Cf. Pers. v. 111.—66 Plurimi codd. et edd. vett. vivit. Nonnulli codd. ap. Feam, et Jaeck, alii ap. Pulm. Oberlin. et Canter. Nov. Lectt. iv. 12. vivet; quod recepere Lamb. Cruq. Chabot. Talbot. Baxt. Traj. ad Rhen. 1713. Gesn. Bipont. Comb. Wakef. Wetz. Zenn. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring.—69 Schoenborn. 3. *cum possit.*—70 Idem codex, *sic pascat.* Cuning. *pascat sine aret vel* Vat. 4. a. m. sec.—72 Vat. 1. Vat. Rom. 8. Schoenborn. 3. Här. 2. 4. 6. alii ap. Gesn. *penumque.* ‘Alii MSS. et editiones *penusque* dant, quin critici aliiquid de varietate, et de vera lectione mussent; atque etiam in Lexicis lectio *penus* hinc affertur ad probandum, neutro genere vocem adhiberi posse. Verum, ut potius *penum* legamus fœminino genere, præter MSS. facit communior usus Scriptorum, præsertim Jurisconsultorum in Pandectis, titulo de Penu Legata, lib. XLIII. tit. 8. quos inter Quintus Mucius, Labeo, et Trebatius, ævi Augustei, in lib. III. Labeo item in lib. IV. § 5. Mucius, et Q. Scævola apud A. Gellium IV. 1. Ita effert Cic. II. de Nat. Deor. 27. ‘Penates, sive a penu ducto nomine (est enim omne, quo vescuntur homines, *penus*), sive ab eo, quod penitus insideant.’ Vitruv. x. 8. Virg. Æn. i. 704. ‘Cura penum strñere;’ et ante omnes Lucilius in libro XVI. Satirarum apud Gell. I. c. ‘Legavit quidam uxori mundum omne, penumque:’ et apud No-  
num Marc. v. ‘Penus:’ ‘Magna penus parvo spatio consumpta peribit:’

## NOTÆ

dendum prætereuntibus. Pers. Sat. v. 111. ‘Inque luto fixum possis transcedere nummum.’

67 *Perdidit arma, &c.]* Nihil militi est magis ignominiuosum, quam perdere arma, aut stationem deserere. Sensus est: Qui lucro avide inhiat, sanam perdidit mentem, quæ hominis est armatura adversus errores, quibus ut hostibus ratio ejus felicitasque impetruntur expugnanturque.

69 *Vendere cum possis capt. &c.]* Vel,

ita ratiocinari avarus est accipiens; vel sic interpretari licet: Quemadmodum non expedit servum occidere quem vendere possumus, magisque sinendus est vivere, quia utilis ad multa erit, sic ille avarus cupiditati servire permittendus est. Nec enim inutilis erit publicæ rei. Quippe si, ad rem augendam, negotietur, frumenta comportet, &c. *annonæ proderit*, eam vilorem faciendo: adeoqne cives juvabit.

Vir bonus et sapiens audebit dicere ; Pentheu,  
 Rector Thebarum, quid me perferre patique  
 Indignum coges ? ¶ Adimam bona. ¶ Nempe pecus, reni,  
 Lectos, argentum : tollas licet. ¶ In manicis et 76  
 Compedibus sævo te sub custode tenebo.  
 ¶ Ipse Deus, simul atque volam, me solvet. ¶ Opinor,

*et obsonia convehat. Tandem vir probus et sapiens non verebitur ita loqui : o Pen-  
 theu, rex Thebarum, quid me adiges innoxium sustinre ac subire ? Bonis spoliabo.  
 Nimirum auferes grèges, supellectilem, pecuniam : aufer, potes. Manibus ac pe-  
 dibus vincitum te retinebo sub custode sævissimo. Ipse Deus liberabit me, ubi pri-*



apud Serv. ad Virg. l. c. ‘Uxori legata penus.’ Adhibetur etiam *penus, penoris* ab aliis Jurisconsultis posterioribus in citato titulo ; et ita ab aliis Scriptoribus, ut notat ibi A. Gellius, et Priscian. lib. vi. apud Putsch. c. 713. teste Donato, et Capro : sed bene addit Nonius : ‘Nentro etiam lectum est apud plurimos, quorum auctoritas non probatur.’ Masculino etiam generc enuntiatam vocem, asserunt prædicti Gellius, Nonius, et Priscianus ; et ita Plantus in Pseud. l. 2. 45. ‘Nisi mihi annuns penus datur.’ Sed sive virili, sive fœminino generc accipiatur ; terminatio apud Horatium *penum* erit, non *penus*, ad meliores ejus ævi Scriptores, et ad Lucilium, quem præ oculis saepissime habuit, exacta. Nec facit quod Servius *penusque* ibi legerit ; et locum afferat ad probandum neutrum genus. Id nunquam probat, jam tum variata finisse lectionem ; ut passim occurrit apud Horatium, aliasque.’ *Fea.*—73 *Vir b. ac sapiens Cuning.*—74 *Vat. 19. et Barberin. 2. quid me proferre.*—75 *Vat. 2. a m. sec. Indignum cogis.*—76 *In manicis sis Schoenborn. 3. Manicisque Harl. 6. Et manicis Mediol. 1476. Venett. 1481. 1486. 1490. Junta 1503. et Britann. 1520. In manicis te Vat. 7.*—78 *Schoenborn. 3. volem.*

## NOTÆ

73 *Vir bonus et sapiens*] Vir reapse bonus et sapiens fortiter suam tueretur libertatem inter ipsa quoque vincula.

*Pentheu Rector Theb.]* Dialogum instituit Poëta, imitatus Euripidem in Bacchis, ubi inducitur Bacchus a Pentheo ligatus nihilominus audacter loqui, et constanti animo Penthei regis minas et vincula spernere. Hic adumbrat Horatius virum vere sapientem, quem nec metns aut minæ, nec carcer ant illa vis servum efficeret, aut a virtutis gradu valent depellere. De Pentheo 11. Od. 19. De Thebis 11. Sat. 5.

75 *Adimam bona*] Cic. Parad. 1.  
 ‘Nec eum ego dicam bona perdi-

disse, si quis pecus aut supellectilem amiserit.’

78 *Ipse Deus*] Exsolvet me pater mens Jupiter, inquit Bacchus ad Pentheum, apud citat. Euripid. Bacch. Act. II.

*Opinor Hoc sentit]* Hæc Horatius : Credo sapientem ita secum reputare : Quid grave tandem ac durum mihi potest accidere quod metuam ? quid ine subigere et vincere valeat ? Enimvero quibuscumque ærumnis me exsolvet mors tandem, mors inquam rebus omnibus brevi finem impositiontura. Adde quod corpus est animi carcer : ergo velut e carcere liberatur animus, quando per mortem corpore solvitur.

Hoc sentit: Moriar; mors ultima linea rerum est.

*mum cupiam. Credo ego illum ita sentire: Moriar: mors rerum omnium finis est.*

Harl. 4. unusque Pulmanni, *volet*. Vat. 9. *solvat*.—79 Non sentit Vat. 5. *Hæc sentit* alii codd. ap. Feam. *rerum, sine est*, Vet. Rom. 8.

#### NOTÆ

79 *Mors ultima linea rerum est*] Me- ‘omnium mors est extremum.’ De-  
taph. vel a Pictura, vel a Geometria: mosth. Tull.

### EPISTOLA XVII.

#### AD SCÆVAM.

Modus promerendi potentes. Nou esse scurrandum. *Baxt.* Modeste ac prudenter docet, quomodo Scæva adolescens potentioribus uti debeat. Si ei vita otiosa placeat et urbana displiceat, migrandum esse Ferentinum (ubi fortassis prædium habuit Scæva); sin snis sibique ipsi prodesse velit, exemplo Aristippi philosophi amicitiam potentium viorum esse comparandam. Hoc enim vitæ institutum non alienum esse ab officio viri boni et honesti. Res magnas gerere, hostes vincere, patriam defendere esse maximum et prope divinum, at proximum esse principibus placere. Verum hoc esse difficile, et requirere vigilantiam, diligentiam, et animum fortem, qui impedimenta vincat. Inprimis cavendum esse, ne quis impudenter beneficia flagitet et paupertatem suam suorumque jactet, aut rerum amissarum jacturam et incommoda quædam comminiscatur; quia ita non magis tandem fides habeatur, quam meretrici damna fingenti vel plano crux esse fractum simulanti.

QUAMVIS, Scæva, satis per te tibi consulis, et scis  
Quo tandem pacto deceat majoribus uti;  
Disce, docendus adhuc quæ censem amiculus; ut si

*O Scæva, quanquam ex temetipso abunde sapi, et nosti qua demum ratione oporteat  
versari cum magnatibus; adhuc tamen erudiendus accipe quæ existimat parvus*

Epistola quarta Libri secundi in Ed. Sanad. Inscrifit in Bamberg. Ad Scævam.—2 Vat. 1. et Vat. Palat. 1. a m. pr. *pacto liceat*. Schoenborn. 3. *pacto deceat*.—3 Vat. 9. a m. pr. Vat. Palat. 3. et Chisau. 5. et si.—4 Vat.

#### NOTÆ

1 *Quamvis, Scæva*] Est hæc Epistola gravis, elegans, erudita, callida, magnatuum assectatoribus idonea.

*Scæva*] Eques Romanus.

*Per te tibi consulis*] Alieno consilio nequaquam egens. Sic leniter assentatur Horatius, ut animum præparet ad auscultanda monita.

Cæcus iter monstrare velit : tamen aspice, si quid  
 Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur. 5  
 Si te grata quies et primam somnus in horam  
 Delectat ; si te pulvis strepitusque rotarum,  
 Si laedit capona ; Ferentinum ire jubebo.  
 Nam neque divitibus contingunt gaudia solis ;  
 Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit. 10  
 Si prodesse tuis, pauloque benignius ipsum  
 Te tractare voles, accedes siccus ad unctum.  
 ¶ Si pranderet olus patienter, regibus uti

*amicus tuus : velut si viam cæcus indicare tentet. Itaque adverte, si nos etiam aliquid dicamus quod tuum facere studeas. Si te juvat tranquillum esse, et dormire ad primam usque diei horam ; si te offendit pulvis, et curruum fragor, et capona ; suadebo ut pergas Ferentinum. Nec enim opulentii soli habent voluptatem : neque vixit infelix qui natus et moriens latuit. At si tuis commodus esse cupias, teque ipsum aliquanto lautius habere, inops ad opulentum contendes. Si herbis risci*

\*\*\*\*\*

Palat. 1. quod si.—5 *Et nos si cures Schoenborn.* 2.—7 *Delectet quidam codd. ap. Feam.*—8 *Si laedit duo Vatt.* *Si laedit Schoenborn.* 2. Harl. 4. 7. Cruq. Bentl. Cuning. et Dunster. *Si laedit Harl.* 1. 2. 3. 6. unus Vat. Zarot. Alld. 1. 2. 3. Britann. 1520. Bassil. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Muret. Venet. 1552. Schrev. Bond. Baxt. Sanad. Francis. Gesn. Zeun. Wetzel. Wakef. Bipont. Comb. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *Tarentum ire Schoenborn.* 3.—10 *Nec male vixit Vat. Rom.* 8. *jussit Barberin.* 2.—11 *Vat. 19. populoque benignius.* Cning. ex ingenio, pauloque benignior.—12 Chisian. 1. a m. sec. accedis. Angelic. 1. accedas; et sic notatum ex cod. in ora

#### NOTÆ

- 5 *Quod cures proprium fecisse]* Quod in tuam utilitatem vertas.
- 6 *Primam in horam]* Usque ad ortum solis, quæ prima est et olim numerabatur hora diei naturalis vide-licet.
- 7 *Pulvis]* Ob vehicula in urbe frequentia.
- 8 *Capona]* Ubi rixæ, pugnæ, contentiones, vociferationes, aliaque mala passim grassantur.
- 9 *Ferentinum]* Parum celebre oppidum Hernicorum : Synecd. pro quo-vis alio ejusmodi, in quo non sunt eadem incommoda quæ in magnis urbibus ; ubi proinde quietam du-
- cere vitam licet.
- 9 *Nam neque divitibus, &c.]* Immotuiores plerumque felicius vivunt quam divites.
- 10 *Nec vixit male, &c.]* Epicurus dixerat, λάθε βιόσας. Vitæ privatæ bona antea non semel vidimus. Ovid. Trist. 'Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, et intra Fortunam debet quisque manere suam.'
- 12 *Accedes siccus ad unctum]* Mag-natum amicitiam, consuetudinem, et familiaritatem requires, quorum ope-tibi tuisque utilis fias.
- 13 *Si pranderet olus, &c.]* Aristip-pus Alexandri magni sectator ali-

Nollet Aristippus. ¶ Si sciret regibus uti,  
 Fastidiret olus, qui me notat. ¶ Utrius horum  
 Verba probes et facta, doce; vel junior audi,  
 Cur sit Aristippi potior sententia: namque  
 Mordacem Cynicum sic eludebat, ut aiunt:  
 ¶ Scurror ego ipse mihi, populo tu: rectius hoc et  
 Splendidius multo est: equus ut me portet, alat rex, 20  
 Officium facio: tu poscis vilia rerum

*sponde vellet Aristippus, haud magnates sectaretur. Si cum magnatibus vivere nos-set is qui me carpit, herbas respueret. Utrius istorum dicta factaque praeferas, dic; vel junior ausculta quamobrem melior videatur Aristippi sententia. Etenim Cynicum dicacem ita refellebat, ut inquiunt: Ego mihi ipse scurram ago, tu vero plebi. Atqui longe potius illud et honestius est, ut me vehat equus, et rex nutriat.*

ed. Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. *siccus inunctum solus Cuning.*—15  
 Bamberg. *Fastidiret holus.*—16 Schoenborn. 3. *Verba probcs et verba doce.*  
 —19 Idem codex, *Scurror ego mihi met.*—21 Vatt. 1. 15. Vat. Rom. 4. Vat.  
 Rom. 8. a m. sec. Chisian. 5. Angelic. 1. a m. sec. Angelic. 3. a m. pr.  
 Barberin. 1. 2. alii codd. apud Pultm. Val. Combe, Porphyrio Ms. et editns,  
*Commentator Cruquianus*, edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486.  
 1490. 1492. 1495. 1509. Flor. 1482. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503.  
 Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio 1538.

## NOTÆ

quando invenit Diogenem olera la-vantem ad cibum capiendum. Hic vero indignanti illi dixit: Si Aristippus oleribus ad victum, ut ego, con-tentus esset, profecto nollet serviliter obsequi regibus. Tum Diogeni re-spondit Aristippus: Si Diogenes sci-ret uti familiaritate regum, certe ole-ra fastidiret, malletque, ut ego, prin-cipes sectari.

14 *Aristipp.] De eo plura 11. Sat. 3. &c.*

18 *Mordacem Cynicum] Cynici Phi-losophi sectatores Antisthenis, a ca-nina mordacitate sic appellati, quod in mores hominum nullo discrimine inueherentur. Quos inter eluxit Dio-genes ille Cynicus, dolio suo, in quo degebat, celebris, victum in singulos dies emendicare solitus, hincque dic-tus ἡμερόβιος: Alexandrum magnum inviseuentem vix alloqui dignatus, ei se admirabilem præbuit: ad annos prope*

nonaginta consenuit. Plutarch. Laërt. Vide Juvenal. Sat. xiv. 311.

19 *Scurror ego ipse mihi]* Ego, meam ad utilitatem, regibus me gra-tum præsto: tu vero te populo admirabilem exhibes per victimum inopem et durum. Atqui quanto rex plebe est excellentior, tanto videtur melius regi quam populo gratiosum esse. Ita censebat Aristippus, et cum eo noster Poëta. Vox *scurror*, jam Sat. 3. lib. II.

20 *Equus ut me portet, alat rex]* Proverb. Græc. e Tragœdia quadam, inquiunt; in qua juvenis militiae ascriptus, cum ad petendam missio-nem impelleretur, abimens respon-dit: Υπτος με φέρει, βασιλεὺς τρέφει, equus me portat, rex alit: quo scilicet ostenderet bene sibi esse.

21 *Officium facio: tu poscis, &c.]* Ego me officiosum regibus exhibens, honestum victimum nancisor: tu au-

Dante minor, quamvis fers te nullius egentem.

¶ Omnis Aristippum decuit color et status et res,

Tentantem majora, fere præsentibus æquum :

Contra, quem dupli panno patientia velat,

Mirabor vitæ via si conversa decebit.

Alter purpureum non expectabit amictum ;

25

*Ego obsequium præsto : tu res viles petis, donante inferior, tametsi dicis te nulla re indigere. Aristippum decuit quilibet habitus, et conditio, et fortuna : quærebut meliora, sed præsentibus contentus erat. E contrario quem tolerantia dupli operit ueste, demirabor si vitæ genus diversum deceat. Alter non expectabit restem pur-*

R. Steph. 1544. Mur. Torr. Bond. Dac. *vilia verum* Vatt. 4. 6. 9. Vatt. Rom. 2. 3. 5. 6. Vat. Palat. 4. 5. Chisian. 6. alii MSS. apud Pulm. Crnq. Torr. atque ita Zar. Cruq. præfert in nota Torr. *vilia rerum* Vatt. 2. 4. 5. 10. 14. 17. 18. 19. Vat. Rom. 9. Vat. Palat. 1. 3. Chisian. 1. et Angelic. 2. alii MSS. apud Lamb. Pulm. Crnq. Talb. Val. restituit Lambinus ex suis MSS. et quod dicatur ‘vana rerum,’ ‘amara curarum,’ ‘angusta viarum.’ ‘In ejus sententiam pedibus iverunt fere omnes editores, et præsertim recentiores Baxt. Bentl. Cun. San. ceteri. Sed prima lectio præferenda tum ob anctoritatem MSS. tum ob Porphyriionem ante MSS. omnes notos; tum quia magis nrget in dialogo, et irrisoria responsione.’ Fea. possis Schoenborn. 4.—22 Schoenborn. 2. *nullius egentem.*—24 *Temptantem* Bamberg.—25 Schoenborn. 2. *quam.* Schoenborn. 3. 4. *Verum est quem.* Unus Vat. *velat patientia panno.*—27 Vat. Palat. 1. *non expectavit.* Vatt. duo, Vat. Palat. unus, Chisian. 6. et Schoenborn. 3. *non expectabat.* Vat. Rom. 2. *non evitubat.* Unus codex Lambini,

## NOTÆ

tem nullius egentem jactes licet, vilia tamen mendicans, te danti subiectis, quod multo est indignius.

22 *Vilia rerum Dante minor]* Sic habent optimi codices: quod elegantiū, et magis Horatianum, quam ista: *tu poscis vilia: verum es Dante minor, &c.*

23 *Omnis Aristippum decuit color, &c.]* Laërtio teste, conformabat se Aristippus aptissime ad omnem vitæ humanæ conditionem, ad locum, tempus, et personam sese accommodans: aiebatque, turpe esse et nefas, non acquiescere præsentibus, et plus semper appetere.

25 *Contra, quem dupli, &c.]* Aristippus in omni statu decore se gerit, tam in opibus, quam in inopia: at non ita Diogenes, qui inops quidem

præclare agit, at vix inter opes credam ex decoro et virtute acturum. Plato quidem ita de Aristippo sentiebat.

*Quem dupli panno patientia velat, &c.]* Descriptio est seu periphrasis Diogenis Cynici, de quo Laërt. ‘Palium, ut volunt quidam, primus duplicatum habuit in usu, tum propter frigus, tum ut eo se dormiens involveret.’

27 *Alter purpureum non exp. &c.]* Aristippus, si desit vestis purpurea, qua uti solet, absque mora induet quamlibet viliorem, nec verebitur pannosus prodire in publicum. Contra Diogenes pretiosum amictum omnino recusabit: ac si defuerit vilis sibi consuetus, nudus mallet consistere ac frigore confici.

Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,  
Personamque feret non inconcinnus utramque :  
Alter Miletii textam cane pejus et angui  
Vitabit chlamydem ; morietur frigore, si non  
Retuleris pannum : refer, et sine vivat ineptus.  
Res gerere et captos ostendere civibus hostes,  
Attingit solium Jovis et cœlestia tentat. 30

*puream; et quacumque restitus ibit per loca maxime frequentata, nec illepidus sustinebit hunc illumque habitum. Alter Milesiam chlamydem fugiet plus quam canem aut serpentem: atque encubabit frigore, nisi suum illi pannum restituas. Redde, et permitte ut virat insulsus. Praeterea facinora exequi, et subactos hostes civibus exhibere, est aliquid potestati divinae et caelo proximum. Neque mediocri-*

unusque ap. Valart. non evitabit.—28 Schoenborn. 4. *inductus*. Vat. 14. Vat. Roin. 5. Vatt. Palat. 1. 6. et Vallicel. 3. et Schoenborn. 2. 3. *vadit*.—29 Schoenborn. 2. 3. *utramque*.—30 Vat. Rom. 4. et Chisian. 1. *angui*; ita Priscianus, Putsch. p. 766. Alld. 2. 3. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. (viginti edd. asserit Cuning.) Bentl. restituit, sequuntur Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Francis. Wakef. Wetzel. Zeup. Kidd. Fea, et Bothe. Ceteri omnes *angue*.—31 Vitabat Bamberg. *Vitabis* Schoenborn. 3. *Vitavit* nonnulli codd. ap. Feam et Pulm. item Venett. 1477. 1478. 1479.—32 *Detulerit* Chisian. 6. *Rettulerit* Schoenborn. 4. et *sic vivit* Nestor Dionysius in Lexico.—33 Hic versus in Vat. Roin. 9. postponitur sequenti.—34 Bam-

## NOTE

29 Personam feret non inconc. &c.] Plutarch. Orat. i. de Fortuna et Virtute Alexandri: 'Aristippum mirantur,' inquit, 'quod tam vili pallio quam Milesia chlamyde utens, in utroque tuebatur personam suam.'

30 Alter] Diogenes sordidæ vestis plusculum tenax.

*Miletii textam*] Ex optima lana, e Miletio urbe Ioniae, versus Cariæ fines, apud Asiam ninorem, hod. *Mellasso*; ubi molliores contextas olim chlamydes in matronarum delicis habitas, testis Virgil. Georg. III. 306. ‘ quamvis Milesia magno Vellera mutantur Tyrios incocta colores.’

*31 Si non Retuleris pannum] Aint  
Diogenem ab Aristippo invitatum ad  
balneas : ubi cum essent soli, prior  
Aristippus exsilnit, ac Diogenis vile  
pallium induit, suumque purpureum*

ei reliquit. Tum vero pertinaciter  
repetere Diogenes quod suum erat,  
ac nudus remanere: quem Aristip-  
pus increpavit ut nimium famæ ser-  
vientem, et perperam algere malen-  
tein quam conspici in purpurea veste  
sibi insolita.

32 Refer, et sine rivat ineptus] Praeclarum schema.

*Ineptus]* Non ut Aristippus, aptus et concinnius in quocumque fortunæ statu et habitu: nec animo æquo omnia suscipiens.

33 *Res gerere, &c.]* Hactenus ostendit Horatius, laudabilius videri sectari viros principes, quam obscuram et inopem vitam ducere. Jam dicit arduum esse, cum principibus versari, eorumque benevolentiam consequi. Demum ad id quædam monita haud spernenda proferet.

Principibus placuisse viris, non ultima laus est. 35  
 Non cuivis homini contingit adire Corinthum.  
 Sedit qui timuit ne non succederet: esto:  
 Quid? qui pervenit, fecitne viriliter? Atqui  
 Hic est, aut nusquam, quod quærimus: hic onus horret,  
 Ut parvis animis et parvo corpore majus; 40  
 Hic subit, et perfert. Aut virtus nomen inane est,  
 Aut decus et pretium recte petit experiens vir.  
 Coram rege sua de paupertate facentes

*ter laudabile est demereri viros primarios. Non cuilibet datur Corinthum pervenire. Quiecit qui formidavit non pertingere. Esto: at qui adit, an strenue se gessit? Verum envero quod petimus hic stat, vel nusquam existit. Ille fugit onus velut superans animum et corpus imbecille: iste subit et sustinet. Projecto vel nomen vanum est virtus, vel peritus vir optime querit gloriam et præmium. Ergo*

berg. *cœlestia temptat.*—36 *Non c. hominum* Vat. Rom. 9. Chisian. 6. a m. sec. Angelic. 2. 3. notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1519. in Biblioth. Angelic. *continget Schoenborn.* 3.—40 Angelic. 2. *Et parvis.*—41 Vat. Rom. 9. *et perfert.* Basill. 1527. 1531. *et præfert.* Zarot. 1470. ac perfert, et sic Cuning. more suo.—42 Vat. Rom. 9. Angelic. 1. et Schoenborn. 4. *aut pretium.*—43 *Coram rege suo Bamberg.* Schoenborn. 2. 3. 4. omnes fere alii codd. et edd. vett. item Schrevel. Delph. Fea, et Bothe. *Coram r. sua de, &c.* Vat. Rom. 4. unns ap. Valart. al. ap. Bentl. qui adoptavit in textu. *Sequuntur Bentleium Baxt. San. Mervill. Phil. Sandby, Gesu. Batt. Val. Dor. Oberl.*

## NOTÆ

35 *Non ultima laus est]* Prima sit laus egregiam Reip. navare operam, et præclare gestis rebus principatum assequi: secunda erit, summis viris, ac Reip. clavum, aut primos in ea gradus tenentibus placuisse, eorumque gratiam demererit.

36 *Non cuivis homini, &c.]* Hujus proverbii varia afferunt origo. Alii ad magnas Corinthiorum opes et luxum referunt. Strabo. Alii ad Laidem aliasque meretrices nimio quæstu famosas. Gell. 1. 8. Alii optimè ad difficultatem adeundi portum Corinthiacum Isthmi causa genuinum; unde ‘bimaris’ Corinthus dicitur. Vide 1. Od. 7.

37 *Sedit qui timuit ne non succederet, &c.]* Qui periclitari veretur, quo-

niam incertum exitum timet, is abstinet a navigatione, vel qualibet alia re grandi suscipienda; desesque manet. Et is non reprehensione dignus judicatur. Verum qui non terretur difficultatibus, et laborem ultra adit, remque exequitur, is sane viri fortis elogium meretur: et priore longe est laudabilior. Prolepsis est.

39 *onus horret]* Grave est sane magnatibus obsequi.

*Hic est, aut nusquam, quod quærimus]* In agendo viriliter consistit ea vera laus et virtus quam quærere debemus, et de qua modo disputamus.

42 *Experiens vir]* Magnum usum habens rerum maximarum, et de iis recte judicans.

43 *Coram rege sua]* Jam præcipit

- Plus poscente ferent: distat, sumasne pudenter,  
An rapias: atqui rerum caput hoc erat, hic fons. 45  
 'Indotata mihi soror est, paupercula mater,  
Et fundus nec vendibilis nec pascere firmus,'  
 Qui dicit, clamat, 'Victum date.' Succinit alter,  
 'Et mihi dividuo findetur munere quadra.'  
 Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet 50  
 Plus dapis, et rixæ multo minus invidiæque.

*hæc animadverte. Non querentes de inopia coram suo principe, plus consequentur quam qui petunt. Interest utrum accipias verecunde, an extorqueas. Verumtamen hæc summa et cardo rei est. Quisquis ita loquitur: Sororem habeo sine dote, matrem inopem, et prædium non facile rendi, nec satis alimenti præbens; is aperte dicit: Date cibos. Mox alter suclamat: Dividatur munus, ut etiam mihi pars distribuatur. Verum si corvus silens ederet, plus ciborum haberet, et longe minus rix-*



Combe, Wakef. Wetz. Zenn. Kidd. Bipont. Jaeck, et Dœring. Sed jam ante Bentleium ita legerant aliqui editores, Frischlinus, Piscator, Lubinus, alii, quos recenset Cun.—44 Vatt. 9.18. Vat. 1. a m. sec. et Cuning. ferunt. Vat. Palat. et Venet. 1495. ferant. Schoenborn. 4. sumantne pudenter.—45 Idem codex, *hoc erit*. Vat. 1. a m. pr. et fons.—48 Qui clamat, dicit Schoenborn. 2. 3.—49 Vat. 9. *findetur*; sic in nota Lamb. et laudat in nota Dacerius; recepit Valart. *scindetur* Vat. Palat. 4. ex glossemate. *quadrans* Harl. 7. unus ap. Pulman. unus item Cruquii; et ita refert Donatus.—51 Cuning. ex inge-

### NOTÆ

quæ sint observanda apnd viros pri-marios, ad gratiam eorum promeren-dam, obtinendumque decus et pre-tium, id est, laudem pariter et præ-mia.

43 *De paupertate tuentes Plus pos-cente ferent]* Quippe homo querulus fit importunus et odiosus. At qui modeste et tacite feret aliquamdiu suam pauperiem, patronum movebit ad opem sibi largius impertiendam. Porro si cum pudore sumat quæ da-buntur, nova iu dies dona novamque simul gratiam nancisetur.

45 *An rapias]* Qui enim avide ac-cipit aut postulat, velut insatiabilis habetur; mox gradu excidit, et ar-cketur tanquam indecor se gerens, indignusque familiaritate nobilium.

*Rerum caput hoc erat, hic fons]* Hiuc

pendet omnis ratio captandæ mag-natum benevolentiae et gratiæ; si studeas et scias cum potentioribus decenter versari.

49 *Quadra]* Vel, panis frustum; vel, lanx edulia continens. Juvenal. Sat. v. 'aliena vivere quadra.' Virgil. Æneid. vii. 'nec parcere quadris.' Hæc ergo vox significat tum placentam, tum catinum quadratæ figuræ. Metonymia est.

50 *Sed tacitus pasci, &c.]* Vel allu-dit ad apologum de corvo prædam nacto, quam vulpes crocitatione ac-cita dolo intercepit: vel ad commun-em avium morem, quæ voce stre-punt cum ad cibum accedunt; quod si tacerent, plus haberent dapis, non accitis garritu consortibus.

Brundusium comes aut Surrentum ductus amœnum,  
 Qui queritur salebras et acerbum frigus et imbris,  
 Aut cistam effractam aut subducta viatica plorat ;  
 Nota refert meretricis acumina, saepe catellam, 55  
 Sæpe periselidem raptam sibi flentis ; uti mox  
 Nulla fides damnis verisque doloribus adsit.  
 Nec semel irrigus triviis attollere curat  
 Fracto crure planum ; licet illi plurima manet

*arum et invidiæ. Porro qui Brundusium aut Surrentum comes assumtus, conqueritur de itineris difficultate, de asperitate frigoris, de pluvia; vel deflet arcam ruptam, et viatica surrepta; ille imitatur solitum meretricibus astutiam: quæ modo catellam, modo periselidem amissam lacrymantur; adeo ut subinde non credantur veræ jucturæ et lacrymæ. Et vero qui semel illusus est, haud satagit erigere frau-*

*nio, rixæ minus, et minus.—52 Brundisium in quibnsdam codd. et edd. vett. Vide ad 1. Sat. 5. 104.—54 Et cistam Bamberg. Zarot. 1470. Venett. 1481. 1486. 1490. et Junt. 1503. factam et subducta Schoenborn. 2. et subducta etiam Heller. Schoenborn. 3. 4. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. Zarot. 1470. Venett. 1481. 1486. 1490. Junt. 1503. Alld. 1509. 1519. Britann. 1520. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. Chabot. Dan. Heinsius. Torrent. Delph. Bond. Schrevel. Dunster. Talbot. Pine. Fea, et Bothe.—55 Mota refert nonnulli ap. Jaeck.—58 Bamberg. irrigus.—59 Zarot. plura manaret. Vat. Palat. 1. et Chisian. 5.*

## NOTÆ

52 *Brundusium*] Urbs est Salentiorum maritima, de qua jam 1. Sat. 5. in fine.

*Surrentum*] Hæc urbs Picentinorum ad mare, vino generoso celebrata est. 11. Sat. 4. Ovid. Met. v. ‘Et Surrentinos generoso palmitæ colles.’

55 *Meretricis acumina*] Quæ saepe singit se quidpiam amisisse, et amissa graviter flere, ut ab amatore similia donentur. Vide Plant. Trucul. Ovid. de Art. Am. 1. ‘Quid cum mendaci damno mœstissima plorat? Elapsusque cava singitur aure lapis?’

*Catellam*] Vel parvam canem quam in deliciis habebat; vel potius, monile muliebre, ut sit diminutivum a catena.

56 *Periselidem*] Cruris vinculum et ornamentum : πεπλ, circum, τὰ σκέ-

λη, crura vel genua. Gall. jarretiere. Periselides sunt ornamenta crurum mulierum; sive armillæ pedum, quibus earum gressus ornentur: inquit Isidorus.

57 *Nulla fides damnis*] Sic ille querulus exploditur: ejusque dolor et fletus apud patronum ficti habentur, nihilque muneris obtinent.

59 *Fracto crure planum*] Πλάνος, fallax, impostor, nebulo, qua etiam voce uititur Cicero pro Cuentio n. 72. ‘Hic ille planus improbissimus quæstu judicario pastus.’ Erat nempe quidam illusor in triviis lamentari solitus, quasi fractum crns esset, ut in vehicula tolleretur: cui cum aliquando id mali vere contigisset, haud etiam tum fidem habuit; et fracto genu debilem nemo sublevabat, quoniam antea sæpius illuserat.

Lacryma; per sanctum juratus dicat Osirin,  
Credite, non ludo; crudeles, tollite claudum:  
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

60

*dulcentum rupta tibia, quamvis abundantes fletus emittat, et sacrum Osirim contestatus clamet: Fidem habete: minime jocor: o inhumani debilem erigite. Huic enim vicini strenue respondent: Heus peregrinum invoco.*

*plurima manat.*—60 *Osirin* Harl. 2. 3. 4. 6. 7. Schloenborn. 3. 4. aliisque codd. et edd.—61 *Vat. Rom. 9.* *credite claudum.*—62 *Nic. Heinsius conj. rauca reclamat.* Markl. Epist. Crit. p. 135. *cauta reclamet.* ‘ Andacter, et inscide de more, dum frigidam, ac iusulsam vocem substituit propriæ, et ad rem elegan- tissimæ, si quid sit ‘ raucus’ ipse intelligit; et quare ad irrisionem adhibeatur: nempe indicatur sonus ille asper vocis, qui ut plurimum a rancedine provenit: vel, n̄t ait Festus: ‘ Ravan vocem significare ait Verrini, raucam, et parum liquidam, proxime canum latratum: unde etiam caussidicus pugnaciter loquens rabula appellabatur.’ Hinc Clandian. II. in Eutrop. 370. seqq. Propert. III. 15. 36. Virg. Ecl. II. 12. Apul. I. Met. p. 7. ed. Pric. Cf. II. Od. 14. 14. et I. Sat. 4. 66.’ *Fea.* *reclamet* Chisian. 5.

## NOTÆ

60 *Osirin*] Ægyptiorum Deum: qui hic præcipue nominatur, sen quod planus iste indicare vellet ab Osiride irato immissum sibi crurifragium; sen potius quia Osiris velut alter Æsculapius credebatur ægris mederi. Vide Plintarch. de Iside et Osiride, Diodor. Sic. &c.

62 *Quære peregrinum*] Quære hominem imperitum, qui nesciat fraudes tuas et illusiones, ut ei imponas; nobis enim jam perspecti sunt doli et joci tui.

*Rauca*] Præ alta vociferatione et reclamandi contentione.

## EPISTOLA XVIII.

## AD LOLLIUM.

In eandem materiam. Vitandam esse asperitatem in assecatione divitum. *Baxt.* Plane aurea præcepta hic Lollo adolescenti traduntur, qnibus ille vitam recte instituere possit, ut principibus placeat eorumque amicitiam honeste tueatur ac conservet. Primum duo vitia extrema eaque contraria, inter quæ virtus sit media, vitanda esse docet Flaccus, adulacionem parasiticam, quæ puerilem in modum blandiatur et assentetur, atque morositatem agrestem invisamque, quæ de lana caprina, rebus prorsus futilebus, vehementer rixetur, nesciatque alteri cedere. Præterea a vitiis flagitiisque, ut Venere lasciva, alea, studio nimis se exornandi, habendi cupiditate et stulto paupertatis pudore, esse abstinendum: arcana amici non esse scrutanda, et commissa tegenda: nec propria studia laudanda, nec aliena reprehendenda: cedendum amici voluntati, velut in venationis meditationumque campestrium studio: quid, de quo, et cui dicatur, probe esse perpendendum: percontatorem fugiendum: ab amore pueri aut puellæ in ædibus amici abstinendum: in commendando aliquo summam

adhibendam diiigentiam, nec indignum, si forte deceptus commendaveris, amplius tuendum: innocentem vero adversus obtrectatores defendendum: mores, quantum fieri possit, ad amici mores accommodandos: atque omnino, ne in cupiendo modum excedas animumque curis perturbes, legendos esse hominum doctorum libros. Ad extremum Horatius summ ipsius exemplum proponit, quomodo sentiat, ut sua sorte sit contentus.

Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,  
Scurrantis speciem præbere, professus amicum.  
Ut matrona meretrici dispar erit atque  
Discolor, infido scurræ distabit amicus.  
Est huic diversum vitio vitium prope majus,  
Asperitas agrestis et inconcinna gravisqne,  
Quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris;  
Dum vult libertas dici mera, veraque virtus. 5

*Si bene cognosco te, Lolli maxime liber, cavebis imitari scurram, te exhibens amicum. Sicut matrona differt a scorto, ita amicus a fallace scurra. Huic vitio est aliud oppositum fere pejus, nimirum duritia quedam fera, inurbana, severa, quæ se ostentat tonsa pelle, et nigris dentibus; cum vult existimari integra libertas, et*

\*\*\*\*\*

Epistola prima Libri secundi in Ed. Sanad.—2 Schoenborn. 2. *prfectus amicum*.—4 Schoenborn. 3. *scurra distabis amicus*.—5 Codd. quidam ap. Lamb. et prope; et sic notatum ex eod. in ora Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.—7 *Commendat quæ se intonsa cute* Sanad. ex ingenio andaci; eumque secutus solus Francis. *Quæ tonsa se commendat cute* Schoenborn. 2. *tunsa cute* Vat. 1. *densa cute* notatum in ora Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.—8 Nonnulli codd. ap. Feam, *dici mera*; ita etiam Harl. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. ap. Pulf. Torr. Bersm. Bentl. Barth. Advers. xxxvii. 22. notatum in prædicta editione, Junta 1503. revocavit in textum Bentleius, inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Sandby, Gesu. Val. Oberl. Dorigh. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Bipont. Kidd. Francis, Fea, Bothe, Jaeck, et Dæring. Vulgo ab edi-

#### NOTÆ

1 *Si bene te nori, &c.*] Idem fere est argumentum hujus Epistolæ, quod præcedentis.

*Lolli*] Ad hunc inscriptam jam vidimus supra Epistolam 2. item iv. Oden 9. Vide etiam postea 1. Epist. 20. 28.

2 *Scurrantis speciem*] Ut potentiorum in eas amicitiam, nec adulatioibus grassabere; nec in contrarium impinges vitium, moribus feris, asperis, agrestibus, nimium severis: vita-

bis scurrilitatem pariter et gravitatem inconcinnam.

3 *Dispar atque Discolor*] Dispar omnino, tam habitu quam moribus dissimilis.

7 *Tunsa cute, dentibus atris*] Vel, squalore hirsuti corporis; nam quæ tondentur, hirsuta pilosaque sunt. Vel potius, agresti mordacitate et ducilitate, amicum radendo ad cutem, et dure passim castigando; quasi ea sit loquendi libertas, ac vera virtus.

Virtus est medium vitiorum, et utrimque reductum.

Alter in obsequium plus æquo pronus, et imi 10

Derisor lecti, sic nutum divitis horret,

Sic iterat voces, et verba cadentia tollit,

Ut puerum sævo credas dictata magistro

Reddere, vel partes mimum tractare secundas :

Alter rixatur de lana sæpe caprina,

15

*sincera virtus. Virtus media est inter vitia, hinc et illinc recedens. Alter obsequen-*  
*tior, velut scurra infimi tori, ita potentis nutum religiose veneratur, ita dicta re-*  
*petit, et roces cadentes attollit, ut putes juvenem recitare dictata a duro præceptore,*  
*vel histrionem partes secundas agere. Alter jurgatur sæpe de lana caprina, arma-*

\*\*\*\*\*

tione Principe, mera dici.—9 Vat. 1. Vat. Rom. 4. et Chisian. 5. vitiorum  
 utrumque sine et. Heller. utrumque. Duo Vatt. Angelic. 2. a. m. sec. Zarot.  
 Mediol. 1477. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1495. et Ascens. redactum.—  
 11 Unus codex ap. Bentl. sic vultum.—14 Schoenborn. 2. vel mimum partes.  
 tres ap. Feam, vel partes vimium. Alii, vel p. minimum. Harl. 6. recitare.—  
 15 ‘Alter rixator conj. Muret. probat Cuning. rejicit Bentleins, quia rixator  
 nusquam invenerat; sed Cnn. Quintilianum Inst. Orat. xi. 1. objecit: ‘Vi-  
 deas autem rixatores quosdam neque judicium reverentia; neque agendi  
 more, ac modo contineri.’ Cui adde Jul. Firnic. de Err. prof. Relig. v. 8.  
 ‘Homines erant mali, litigiosi, rixatores, contentiosi.’ Unica, et vera lectio,  
 quam præsertim contextus exigit, et antecedentia agrestis, alter pronus, deri-  
 sor; hinc alter rixator. Sensui hinlico, et inconcinnio male medetur Bentleins,  
 addens et ad propugnat. Cruquius ex duobus MSS. legebat rixatus.’ Fea. Ceteri

#### NOTÆ

9 *Utrumque reductum*] Ab utroque  
 extremo remota est virtus.

10 *Alter in obsequium*] Assentator  
 divitibus amicis nimis obsequitur.

11 *Derisor lecti*] Parasitus in  
 infimo lecto vel in subsellio accum-  
 bens aut assidens, risum diviti propi-  
 nans inter epulas. Plaut. Stich. ‘Scis  
 me dudum esse imi subselli virum.’  
 Vide 1. Sat. 4. 86. et 11. Sat. 8. 41.

11 *Horret*] Admiratione et venera-  
 tione affectata. Virg. Æu. vi. 10. ‘hor-  
 rendæque procul secreta Sibyllæ,’  
 id est, sacrum horrorem summamque  
 venerationem incutientis.

12 *Verba cadentia tollit*] Quicquid  
 loquitur dives ille amicus, seurra vel-  
 ut eximum miratur ac repetit, nec  
 sinit elabi et cadere absque admira-  
 bundis exclamationibus. Epistola ad

Pisonem, vs. 428. ‘clamabit enim :  
 Pulchre! bene! recte! Pallescit su-  
 per his: etiam stillabit amicis Ex  
 oculis rorem; saliet, tundet pede ter-  
 ram... Derisor vero plus landatore  
 movetur.’

13 *Ut puerum sævo, &c.*] Sicut dis-  
 cipulus recitare jubetur dicta vel  
 dictata a magistro, nempe ut memo-  
 riae infigantur.

14 *Vel partes mimum tractare secun-*  
*das*] Mimus nempe secundarius solet  
 vocem et actionem data opera exte-  
 nuare, ut primus actor magis eluces-  
 cat, et ‘quam maxime excellat;’ nt  
 ait Cicero Verr. 1. Vide 1. Sat. 9. 46.  
 ibique Not.

15 *Alter rixatur de lana, &c.*] Agres-  
 tis reprehensor, ritio prope majori, al-  
 tercatur gravissime de rebus leviori-

Propugnat nugis armatus ; scilicet, ut non  
 Sit mihi prima fides, et vere quod placet ut non  
 Acriter elatrem, pretium ætas altera sordet.  
**Ambigitur quid enim ? Castor sciāt an Dolichos plus;**  
**Brundusium Minuci melius via ducat, an Appi.** 20  
**Quem** damnosa Venus, quem præceps alea nudat,

*que sumit pro nugis. Nempe, inquit, ut certa mihi fides non habeatur, ut non audacter proferam quod prorsus libet, respuam ego mercedem secundæ ætatis. Enim vero qua de re quæstio est? Scilicet, utrum Castor, an Docilis peritior existat. Utrum via Numicia, an Appia rectius perducat Brundusium? Quem libido perni-*



omnes, rixatur. Bamberg. 1. *caprina*, sine et.—16 *Obpugnat* Schoenborn. 3.—17 Vat. 1. et Vat. Rom. 8. *fides?* et, &c.—19 ‘*Ambigitur? quid enim?*’ Vat. 1. Non tamen ita videtur interpongendum; nam sensus spectat ad præcedentia, de quibus rixator ille: et addit Poëta: *Quibus de rebus tandem rixatur?* Confer 1. Sat. 6. 44. *Dolichos* ex tribus MSS. et Commentatore suo Cruquius; sequuntur Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetzel. Zeun. Recte: est nomen servi barbari, ut 1. Sat. 6. 38. 11. 5. 30. ab insula Doliche, Plin. H. N. iv. 12. sect. 23. *Docilis plus* Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. Gott. alii codd. ap. Feam, edd. primæ, item Bentl. et Kidd.—20 *Minuci* multi codd. Fea, alii ap. Lamb. Palm. Crnq. Torrent. et Talbot. probant Turn. Advers. 1. 21. Torrent. Talbot. Sadad. Gesn. tenent alii recent. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Phil. Mervill. Sandby, Francis, Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Bipont. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *Numici* alii multi codd. et edd. vett. *Mimici* Vat. Palat. 4. et Barberin. 2. *Muneci* Vat. 5. *Munici* Vatt. 4. 12.—21 *Quem dampnosa* Bamberg. *quem in præceps* Vat. 19. *nudet* Schoen-

## NOTÆ

bus : sicut ille quondam, utrum lanas an pilos setasve capra habeat. Proverbium est.

16 *Scilicet, ut non Sit mihi prima fides, &c.*] Ita ille graviter, sed inconcinne et insolue: Libere, inquit, loquar semper et quodcumque libuerit: neque hanc libertatem perdere velin quovis pretio, etiamsi vita diuturnior ac nova ætas offeratur.

19 *Castor an Dolichos [Docilis]* Ambò gladiatores, vel pantomimi, ut alii dicunt.

20 *Brundusium*] De ea urbe 1. Sat. 5. et Epist. præced.

*Minuci [Numici] via, an Appi]* Utra via melius ducat Brundusium. Atqui nihil sunt istæ lites et controversiæ. Sunt qui corrigant *Minuci*, metri gra-

tia; sed perperam: de poëtica licentia rixari est.

21 *Damnosa Venus*] Vide 1. Sat. 2. &c.

*Præceps alea*] Brevi aleatorem redigens ad inopiam. Pers. Sat. v. 55. ‘*Hunc alea decoquit:*’ vel, *præceps*, indicat studium aleæ vehemens et pertinax; quod summos etiam viros tenuit. Sueton. Octav. cap. 71. ‘*Aleæ rumorem nullo modo expavit: Insitque simpliciter et palam oblectamenti causa etiam senex:*’ ubi et Augustus de se sic scribit: ‘*Lusimus per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus...*’ Ego perdidì viinti millia nummum,’ &c. Id. Cland. cap. 33. ‘*Aleam studiosissime Insit: de eujus arte librum quoque emisit: solitus etiam in gestatione ludere, ita*

Gloria quem supra vires et vestit et ungit,  
 Quem tenet argenti sitis importuna famesque,  
 Quem paupertatis pudor et fuga, dives amicus,  
 Sæpe deceam vitiis instructior, odit et horret :                   25  
 Aut, si non odit, regit : ac, veluti pia mater,  
 Plus quam se sapere et virtutibus esse priorem  
 Vult : et ait prope vera ; Meæ (contendere noli)  
 Stultitiam patiuntur opes ; tibi parvula res est :  
 Arcta deceat sanum comitem toga ; desine mecum                   30

*ciosa et alea præcipitans dispoliat, quem fastus excedens facultates vestit et laute nutrit, quem occupat gravis pecunia cupiditas, qui abhorret ab inopia, hunc amicus opulentus multo vitiösior frequenter exercetur et aversatur: vel, si non odio habet, moderari vult: atque, ut bona parens, optat sapientiorem se cesse et virtutibus superiorem; dicitque quod fere verum est: Ne conare mihi exequari: divitiae meæ insanire me permittunt: tu mediocres facultates nactus es. Prudenti asseclæ convenit*

\*\*\*\*\*

born. 3.—22 Idem codex, *quam supra*.—24 Chisian. 6. *aut fuga*.—26 Chisian. 5. *Et si non*.—28 Chisian. 1. *ait et*. Barberin. 2. *ut ait*. ‘Hanc scripturam, *Meæ (contendere noli) Stult.* omnium, quos viderim, librorum testimoniosis confirmatam, primus Lambinus, nescio qua fide, adulterare ausus est, substituens, *mihi contendere*: nec animadvertis, si ipsius conjecturæ locus sit, mox idem repeti, *desine mecum Certare*: nunc vero *contendere noli*, inclusum parenthesis, contentiose agere ac jurgari dum potenti amico significat. Sententia enim est, *divitein*, si plus forte sapientiæ aut virtutis minori inesse fateatur, id perfunctorie, et, quod aiunt, dicas causa, ut de filiis maternæ solent, facere: non quod ideo moneri se de vitiis, quæ in magnis opibus tolerandæ sint, patitur. Talia igitur illa Juvenalis, Sat. v. 130. et sqq.’ *Torrent*.—30 *Arcta deceat*

#### NOTÆ

essedo alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur.’ Alex. ab Alex. III.  
**21.** Alea taxillorum nempe jactu delectati sunt, inquit, Porcius Cato, Augustus, Domitianus, Clandinus.... Inter reliquos Theodorici Gothorum rex, qui cum in alea vinceret, fertur indulgentissimus fuisse: unde momenta illa prouerendis gratiis captare domestici consueverant. Sidonius de Theodorio sic testatur: ‘Quibus horis tabula cordi est, tesseras colligit rapide, inspicit solicite, volvit argute, mittit instanter, joculariter compellat, patienter expectat: in bonis jactibus tacet, in malis ridet, in neutrī irascitur, in utrisque philosophatur... putes illum et in calcenlis arma tractare. Sola est illi cura vin-

cendi. Cum ludendum est, regiam sequestrat tantisper severitatem, liortatur ad ludum libertatemque communionemque, dicam quod sentio, timet timeri,’ &c. Vide et Not. ad III. Od. 24. sub finem.

**22** *Gloria quem, &c.*] Qui superbæ vestes et lautas nimium epulas amat.

**28** *Meæ Stultitiam pat. op.*] Ingenites opes possidenti mihi licet quod minime tibi non ita locupleti: luxuriari possim ego impune, tu vero nequaquam.

*Stultitiam patiuntur opes]* Aristot. Rhet. II. ‘Stultas esse divitias’ scribit. Isocrates Areopag. ‘Cum potentibus ambulat amentia,’ inquit.

**30** *Arcta deceat sanum comitem toga]* Vel, ut magis splendeat dives am-

Certare. Etrupelus, cuicumque nocere volebat,  
 Vestimenta dabat pretiosa: beatus enim jam  
 Cum pulchris tunicis sumet nova consilia et spes :  
 Dormiet in lucem; scorto postponet honestum  
 Officium; nummos alienos pascet; ad imum  
 Threx erit, aut olitoris aget mercede caballum.  
 Arcanum neque tu scrutaberis illius unquam;  
 Commissumque teges, et vino tortus et ira.  
 Nec tua landabis studia, aut aliena reprendes;

35

*toga angustior: ne contendere par esse mihi. Etrupelus si quem pessimum dare cupiebat, ei pretiosas vestes tribuebat. Etenim, inquietabat, splendidus nova proposita et studia cum praelaris vestibus suscipiet; ad diem usque dormiet, meretricem decorae occupationi preferet, nummos aliorum nutriet, denique gladiator fiet, vel equum olitoris pacto pretio circumducet. Tu ne cuiusquam sectrum expiscari velis unquam: creditum vero ne revela, seu vino seu ira pertenteris. Neque tua studia landabis, aut rituperabis aliena; et cum ille*

Bamberg.—33 *Pulchris cum tunicis* Cuning. suo more, eumque secutus est Sanad. ac res Barberin. 5. et res Vallicel. 1. a m. pr. *expes* Cruquius ex uno cod. ac res Cuning. et Sanad. ex gutture suo.—35 Nonnulli codd. *pascet*, quam lectionem male defendit Rappoltus cap. 40. p. 815. Fea.—36 *Trax erit aut olitoris agit* Bamberg. et Schoenborn. 3.4. *Thrax* Harl. 3. 4. 6. 7. alii codd. et edd. antiq. Vid. ad 11. Sat. 6. 44.—37 Cuning. Sanad. et Francis. *tu scitaberis*, contra omnes codd. *illius* Harl. 2. 3. 4. 6. 7. aliisque codd. quem plurimi, et edd. vett. *illius* Vat. Rom. 9. Gott. apud Gesn. unus apud Val. notatum ex Ms. in ova editionis Aldi 1519. in Bibl. Ang. et ex duobus aliis restituit, et probat Bentleians; praesertim id suadente contextu, vs. 2. 24. 40. 44. 73. 84. ex quibus evidenter patet, hujus Epistolæ unicum argumentum esse, praecepta dare Lollio, quibus obtemperans Tiberio gratior fieret, et acceptior; ut amicitia ejus in rem suam uteatur. Sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cnn. San. Mervill. Phil. Gesn. Sandby. Val. Dor. Oberl. Combe. Wakef. Wetz. Zeun. et ita citant Beroald. et Lotich.—39 Vat. Rom.

## NOTÆ

pliori toga vestitus, cum tu arctiore  
 rem habens comitaberis. Vel quod,  
 sicut iter facient molesta sit toga  
 laxior, ita virum bonum impedit  
 opes majores. Vide Epod. iv.

31 *Etrupelus, cuicumque, &c.*] Aristot. multis, inquit, Deus largitur felicitatem non per benevolentiam, sed ut in calamitates incident graviores. Sunt qui velint notari Volumnium Entrapolum Antonii familiarem, cuius meminit Cic. tum in Epist. tum Philip. xiiii.

35 *Nummos alienos pascet*] Alienam pecuniam grandi fœnore accipiet, at-

que ita paseet angebitque.

36 *Threx erit*] Plerique gladiatores e Thracia erant. 11. Sat. 6. 44.

*Olitoris aget mercede caballum*] Ad vile quodlibet servitium et ministerium adigitur egestate et paupertate.

37 *Arcanum neque tu, &c.*] Suspectus enim et invisus fit quisquis ita curiose scrutari vult aliorum res et arcana.

38 *Vino tortus et ira*] His siquidem homines explorantur: quod ut plurimum bene poti et irati quidlibet effundant.

Nec, cum venari volet ille, poëmata panges.	40
Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque	
Zethi, dissiluit, donec suspecta severo	
Conticuit lyra: fraternis cessisse putatur	
Moribus Amphion: tu cede potentis amici	
Lenibus imperiis; quotiesque educet in agros	45
Ætolis onerata plagis jumenta canesque,	
Surge, et inhumanæ senium depone Cainœnæ,	
Cœnes ut pariter pulmenta laboribus emta;	
Romanis solenne viris opus; utile famæ,	
Vitæque et membris; præsertim cum valeas, et	50

*venatum ire cupiet, tu versus non proferes. Nam sic dissoluta est amicitia duorum fratrum Amphionis et Zethi, donec cithara aspero invisa siluit. Ut autem Amphion narratur cessisse indoli fratris, sic tu morem gere æquis desideriis amici opulentî: et quotiescumque in agros proferet caues et jumenta Ætolis retibus onusta; exsurge, et severioris Musæ gravitatem abdica, ut simul comedas obsonia labore comparata. Hoc enim solenne est Romanis studium, famæ utile, et vitæ et corpori:*



3. a m. pr. *reprehendas*.—40 Nonnulli codd. ap. Feam, *pangas*.—44 Chisian.  
 5. et Vanderbourg. ap. Jaeck, *parentis*.—45 Bamberg. Vat. Palat. 4. et Chisian. 1. *educit*.—46 Ætholis Bamberg. et Schoenborn. 3. 4. Ætholis ex Vltio Sanad. sed jam refutaverat Bentleius, cum codd. omnibus, excepto uno ap. Bos. ob Meleagrum et aprum Calydonium.—47 Schoenborn. 3. ac *humane*.

#### NOTÆ

41 *Gratia sic fratrum, &c.]* Amphionis et Zethi concordia direpta et dissoluta est dissimilibus eorum studiis, cum alter philosophiæ et musicæ totus vacaret, alter ab istis alienus agrestes et rusticos mores sequeretur. De Amphione III. Od. 11. Cic. i. de Orat. ‘Miror cur Philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris.’ Ad Heren. n. 43. ‘Uti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quoniam controversia de musica,’ &c.

43 *Conticuit lyra]* Amphion Zetho fratri obsequens lyræ studium et usum sponte abjecit, sicne amicitiam resarsit. Sic tu amici potentis voluntati obsequere: et cum venationem molietur, cave ne Musarum

studia intempestive obrudas.

46 *Ætolis onerata plagis]* Ætolia regio Achaiae in Epiri confinio. In hac erat Calydon urbs, cuius regi Æneo irata Diana immisit aprum terribilem non Calydoniae solum, sed et totius Ætoliae agros devastantem. At Meleager Ænei filius validis illum plagis irretitum interfecit. Hinc ‘Ætolæ plagæ’ velut optimæ celebrantur, ponunturque per Synecd.

48 *Pulmenta laboribus emta]* E præda venando capta. Quid propriæ pulmentum, dixi II. Sat. 2. 20.

49 *Romanis solenne viris opus]* Venatio nempe, ut Græcis trochi et disci ludus. Vide III. Od. 24. II. Sat. 2.

*Utile famæ, Vitæque et membris]* Agitatio corporis et exercitatio vale-

Vel cursu superare canem vel viribus aprum  
 Possis: adde, virilia quod speciosius arma  
 Non est qui tractet; scis quo clamore coronæ  
 Prælia sustineas campestria: denique sævam  
 Militiam puer et Cantabrica bella tulisti      55  
 Sub duce, qui templis Parthorum signa refigit  
 Nunc, et, si quid abest, Italis adjudicat armis.  
 Ac ne te retrahas et inexcusabilis abstes,

*maxime cum sis validus, et queas canem cursu, viribus aprum vincere: adde quod nemo est qui decentius tractet arma viris apta. Nosti quibus circumstantium acclamacionibus obeas exercitationes campi Martii. Demum tu juvens durum militiam et Cantabrica certamina confecisti sub Imperatore, qui Parthorum templis abstulit rexilla nostra, et nunc potestati Romanorum adjungit si aliquid deest. Ne vero talia relinquas, et hinc recessisse culperis, quanquam studes nihil agere indecorum*

—48 Harl. 7. *tu pariter.*—54 *Prælia sustentes Cuning. et Sanad. et ita jam in ed. Cadom. 1480. Vid. ii. Epist. 1. 1. denique særa Schoenborn. 3.*—56 Schoenborn. 2. *signa refulsit.* Multi codd. ap. Feam, *refigit*; ita alii apud Lamb. Pulm. omnes Crnqñii, omnes Torr. alii apud Bentl. Val. Oberl. notatum ex Ms. in ora editionis Aldi 1509. Bibl. Barb. Aldus 1501. Crnqnius; revocavit in textum Bentl. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cnn. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zenn. Bipont. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *retraxit* Harl. 4. *refixit* alii codd. et edd. vett. item Talbot. Cuning. et Pine.—57 *Nunc et nonnulli codd. Fea, alii ap. Lamb. et Pulm. omnes Cruquii, duo Torrentii, et duo Oberlini. admiserunt in textum Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Francis. Bipont. Sandby, Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zeun. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring.* *Et nunc Ald. et edd. inde ad Bentl. adjudicat* Vat. Rom. 9. *abjudicat* Vat. Rom. 8. *adjudicat arris* Bentl. in nota.—58 *Ac te ne Schoenborn. 2. et Vat. Rom. 1. a m. sec. Bentl. ex ingenio abstes;* inde Baxt. Sanad. Phil. Dorigh. Francis. Bipont. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zenn. Kidd. Jaeck, et Dœring. *abest* in quibusdam. *absis* Harl. 2. 3. 4. 6. 7. ceteri omnes codd. et edd. ante Bentl. item Fea et Bothe. ‘*Melius abstes, [quam absis] quod ostendit Bentleius sub auctoritate quorundam librorum.*’ Baxt. ‘*Quin mera conjectura est, nec illa necessaria. Hoc dicit, ne te substrahas studiis venandi Tiberii, et ita absis, ut plane excusationi locus non sit, illud te admoneo: soles Indos tuos et tu habere; hos si probari vis Tiberio, vicissim illius studio faveas facito.*’ Alias excusationes jam præ-

## NOTÆ

- |  |  |
|--|--|
| tudini prodest; roburque confert, et       | Od. 8.   |
| bine famam fortitudinis.                   | 56 <i>Qui templis Parthorum signa refigit</i> ] Signa Rom. Crasso erupta a Lolli: vel, quam venator quisque. |
| 52 <i>Speciosius</i> ] Decentius quam tu,  | Parthis, Augusto restituta. iv. Od.  |
| 54 <i>Prælia campestria</i> ] De his i.    | 15.  |
| Od. 8.                                     | 58 <i>Ne te retrahas</i> ] Ne ab exercitatio-  |
| 55 <i>Cantabrica bella</i> ] Vide supra i. | nibus campi Martii te din remo-  |
| Epist. 12. item ii. Od. 6. et iii.         | veas.  |

- Quamvis nil extra numerum fecisse modumque  
Curas, interdum nugaris rure paterno : 60  
Partitur lintres exercitus ; Actia pugna  
Te duce per pueros hostili more refertur ;  
Adversarius est frater ; lacus, Adria ; donec  
Alterutrum velox victoria fronde coronet.  
Consentire suis studiis qui crediderit te, 65  
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.  
Protinus ut moneam (si quid monitoris eges tu)  
Quid, de quoque viro, et cui dicas, saepe videto.  
Percontatorem fugito : nam garrulus idem est ;

*et perperam : quippe in villa patris quedam ludicra motiris : scilicet partitis navi-  
culis pugnatur : te auctore certamen Actiacum exhibetur per adolescentes hostium  
ad instar dimicantes: frater tuus adversarii personam agit ; lacus est velut mare ;  
donec expedita victoria alterutrum coronet frondibus. Certe Augustus, qui suis te  
studiis convenire intelliget, approbabit vehementer ludicra ista. Ut autem admonere  
te pergam, si quidem monitore opus habes ; diligenter adverte quid de unoquoque  
viro, et cui loquaris. Devita percontatorem, qui profecto est loquax ; neque aures*

ciderat, nunc subjicit, quod videtur potentissimum.' Gesn.—60 *Cures Schoenborn.* 2.—63 *Hadria* in quibusdam codd. et edd. Vide ad 1. Od. 3. 15. *Andria Schoenborn.* 3.—64 *Bamberg. relax.* Vat. 4. *froude coronat.*—66 *Factor utro-*

## NOTE

59 *Extra numerum*] Metaph. a sal-  
tatoribus : id est imperite, inepte, in-  
considerate, perperam.

60 *Nugaris rure paterno*] Ludicra  
prælia instituis apud villam pater-  
nam, in qua diversaris.

61 *Partitur lintres exercitus*] Ut sint  
duæ velut adversariæ classes, quæ  
naumachiam exhibeant, maxime vero  
pugnam illam navalem, qua Augustus  
Antonium debellavit profligavitque  
apud Actium. De his 1. Od. 37. et  
Epod. 1. et ix.

62 *Per pueros*] Diou. lib. L. narrat  
pueros Romæ præsignificasse Antonii  
cladem. Nimirum divisi inter se  
pugnarunt; cum alii se Antonianos,  
alii Cæsarianos dicerent: biduo con-  
flixerunt, tandemque victi sunt qui  
Antoniani vocabantur.

63 *Lacus, Adria*] Lacus ruri pater-  
no vicinus, instar est Adriatici ma-  
ris. De hoc 1. Od. 16. et 11. Od. 11.

64 *Alterutrum*] Te, vel fratrem.

*Velox victoria*] Plutarchus, Florus,  
aliisque referunt celerrimam fuisse  
Actiacam victoriam: vel spectat Poë-  
ta victoriæ naturam, quæ fere *velox*  
est.

66 *Fautor utroque tuum laud.*] Au-  
gustus, cui sic velificaris : vel, poten-  
tior amicus.

*Utroque pollice*] Impensissime, val-  
de comprobabit. Pollice nimirum  
compresso favor, inverso condemna-  
tio indicabatur olim. Plin. xxviii. 2.  
Juvenal. Sat. iii. 36.

69 *Percontatorem fugito*] Insidiosum  
indagatorem rerum et secretorum  
inorum: supra monuit, res aliorum

Nec retinent patulae commissa fideliter aures ; 70  
 Et semel emissum volat irrevocabile verbum.  
 Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve,  
 Intra marmoreum venerandi limen amici :  
 Ne dominus pueri pulchri caræve puellæ  
 Munere te parvo beet, aut incommodus angat. 75  
 Qualem commendes, etiam atque etiam aspice ; ne mox  
 Incutiant aliena tibi peccata pudorem.  
 Fallimur, et quondam non dignum tradimus : ergo  
 Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri ;  
 Ut penitus notum, si tentent crima, serves, 80  
 Tuterisque tuo fidem præsidio : qui

*apertæ fideliter serrant credita : atqui vox prolata celeriter abit, nec potest revocari. Ne in ædibus amici potentis depereas ancillam aut puerum, ne herus pulchri pueri vel puellæ adamatæ remuneret te exiguo dono, vel parum benignus cruciet. Sedulo expende quem commendabis ; ne paulo post alterius delicta probrum tibi faciant. Decipimur, et nonnunquam indignum commendamus. Quem igitur maculabit suum vitium, cave ne illusus defendas relut plane cognitum. Si vero quispiam columniis impetratur, propugna et protege auxilio tuo confisum : qui cum*

---

*que Schoenborn. 2. 4.—70 Nec retine Schoenborn. 4. ‘commissa Exc. Sax.’ Gesn. aliam tamen lectionem non reperi.—71 *Et volat emissum semel* Hildeb. Mor. Phil. cap. 984.—72 Schoenborn. 2. *una puerve.*—73 *Inter Vat. Rom. 3.* Venett. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Florent. 1482. Lips. 1499. Junt. 1503.—74 *Ne pueri dominus* Vatt. 4. 5. Vat. Rom. 8. Vat. Palat. 1. et Vallicel. 1. *pueri cari pulchræque puellæ codex unus ap. Pulm. cari pueri pulchræque puellæ* Schoenborn. 2.—75 *Idem codex, aut incommodus anget.*—76 Venet. 1552. *Qualem commendas.*—77 Cuning. more suo, *ruborem*; et sic Exc. Sax. ap. Gesn.—78 *Fallimur et quendam* Florent. 1482. Venett. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509.—79 Vatt. quatuor, Vatt. Palat. duo, Chisian. 5. Angelic. 2. *premit.* Vatt. 1. a m. pr. *premat.*—80 *At penitus Bentleins ex conj.* *Ac penitus Cuning.* Vid. 1. Epist. 19. 3. ‘Bentleius conjectit At reponendum esse pro *Ut*, contra quod ego sentio.’ Baxt. ‘*Ut possis tanto majori cum fiducia tueri innocentem, omitte tueri eum qui peccavit, eaque re integrum et dignum fide patrono te proba.*’ Gesn.—81 Vat. Rom.*

#### NOTÆ

non esse indagandas ; hic monet, ab indagatore curioso et subdolo cavidum.

75 *Angat]* Adamatum puerum aut puellam tibi denegando.

80 *Ut penitus notum]* Hoc alii jungunt cum præcedentibus hoc sensu : Cave ne quenquam temere commendes, neve quem vitiis aut criminibus occultis inquinatum pertinaciter tu-

earis, velut penitus tibi nota et perspecta sit ejus innocentia. Nam saepius decipimur. Alii sic : Si quem deceptus improbum commendasti, desere nec tuearis ; ut defendas aliquum quenpiam tibi penitus notum, si erminationibus incessatur ; servesque et tuteris innocentem ope tua fidem et nixum.

Dente Theonino cum circumroditur, ecquid  
 Ad te post paulo ventura pericula sentis ?  
 Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet ;  
 Et neglecta solent incendia sumere vires.  
 Dulcis inexpertis cultura potentis amici ;  
 Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est,  
 Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.  
 Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi,

85

*impugnatur morsibus invidorum, an non sentis imminentem tibi simile discrimen ? Etenim tu periclitaris, quando flagrant vicina ades : neglecta vero incendia gliscere consuererunt. Imperito jucunda est obseruant diritis amici, at peritus formidat. Tu, dum tua navis in alto est, ad hoc labora, ne te ventus contrarius retro abripiat. Mæsti lætum, mæstum festivi, turqum citi, lenti promtum et alacrem*

3. a m. sec. et Schoenborn. 2. *fidens est præsidio*; ita aliud codex ap. Oberlin. et notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1501. in Biblioth. Vatic. ‘*Fidenter extabat in vetustissimo codice Barthii; quem vide Advers. xxxvii. 22. Amat autem hujusmodi adverbia Noster, ‘pudenter,’ ‘potenter,’ ‘sapienter.’ Si falsus es, inquit, in commendatione hominis indigni, sine hunc sue culpæ poenas luere: at si quis a te traditus, quem intus et in ente novisti purum et insontem, criminacionibus falsis per æmulos petatur, tutare hunc tuo præsidio fidenter; non timide et dubitanter, ne ipse forte ut ejusdem criminis conscientia arguaris. Tuteris, inquit, tuo præsidio.’* Bentl. ‘Bentleium sequuntur anonymus Traj. ad Rhenum 1713. Cun. San. Mervill. Wakef. et Kidd. refutant Gesn. et Wetz. Egregia est sententia in lectione vulgata; ut Lollius tueatur illum, qui in ejus patrocinio confidit, si tanto patrocinio dignus reperitus fuerit. Ad quid enim tot verba, ut ipse defendat *omni fidentia præsidio suo* hominem, qui ejus patrocinium non imploret, etsi ut vir probus ei notus sit?’ Feu.—82 Codd. Feæ, *en quid*, vel, *et quid*. Schoenborn. 3. *etiam, et quid*. Schoenborn. 4. *enquid*. Schoenborn. 2. *et qui*.—86 Harl. 4. *amici est*.—87 *Expertus metuat* Vat. 1. a m. pr. E. *metuet* Vat. mns, Vat. Rom. 4. a m. sec. Chisian. 1. a m. pr. Chisian. 5. Bamberg. Schoenborn. 4. *aliisque codd. ap. Pulf.* *Dum tu* Schoenborn. 2. *in alta* Schoenborn. 3.—88 *Hæc age* Vet.

## NOTÆ

82 *Dente Theonino*] Theon fuit malecentissimus; ut aiunt, post Acronem.

84 *Paries cum proximus ardet*] Æn. II. 311. ‘Jam proximus ardet Ucalegon.’

86 *Dulcis inexpertis, &c.*] Qui non est expertus clientelam vel obsequium amici potentis, credit facilia et dulcia esse omnia: at qui expertus est quanta sint in ea re incommoda, longe aliter sentit.

87 *Tu, dum tua navis, &c.*] Allegoria est aptissima. Tu dum gaudes benevolentia Principis, vide ne ab ea excidas. Nam ob levem offensionem hoc sæpe accidit: et mutabilis omnino est potentium favor. Plaut. Pœn. III. 6. ‘Verum ita sunt isti nostri divites: Si quid benefacias, levior pluma est gratia: Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.’

89 *Oderunt hilarem tristes, &c.*] Indolis, morum, et studiorum similitu-

Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi ;  
 Potores bibuli media de nocte Falerni  
 Oderunt porrecta negantem pocula ; quamvis  
 Nocturnos jures te formidare vapores.  
 Deme supercilio nubem : plerumque modestus  
 Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.  
 Inter cuncta leges et percontabere doctos,

90

95

*non amant. Qui Falernum usque ad medianam noctem compotare solent, odio prosequuntur eum qui propinatos calices recusat, etsi affirmes te metuere vapores nocturnos. Excute fronte tristitiam : saepe moderatus severi speciem habet, et taciturnus inhumani. In omnibus consule peritos, et perquire quo pacto suaciter possis*

Comb.—89 Cuning. *Oderunt hilarum.*—90 Bamberg. et Schoenborn. 3. 4. *navumque.*—91 Hic versus codicis Bamberg. serius insertus fuit. ‘*Potores liquidi aliquot* MSS. apud Georg. Fabrie. qui damnat ; et *potores bibuli retinendum* affirmat ; exponens, ‘*vchementiaæ causa, id est, temulentiaæ assneti;*’ quos vulgo nos dicimus *sponginiis* ; bibuli ut *spongiae.* *Potores liquidi* etiam habet Hildebert. Mor. Phil. c. 989. Sed plane amore novitatis lectionem *liquidi* tuerit Bentleius ; et aliam insuper *de luce*, nnins Ms. (cui concinunt duo alii apud Combé), pro *de nocte*: vere in media luce cœactiūs ; et elegantiam sententiæ perdens, quae recta, et planissima est ; ut exponit Gesnerus. *Potores* acries, vinosi, oderunt te, recusantem bibere pocula Falerni post medianam noctem tibi porrecta ; quamvis jures, te reensare ob metum æstus nocturni a vino intempestive orituri. Vid. 1. Epist. 14. 34. Rosellus *bibuli* interpretatur ‘*Bibuli consulis,*’ de quo III. Od. 28.’ Fea.—92 Vat. 4. a m. pr. *negantes pocula.*—93 ‘*Plurimi* MSS. pro *vapores* legerunt *teores*, verum interpretamentum est. ‘*Vapor*’ Lucretio calor est, ut alias diximus. Bentleius utcumque vult retinere *teores*, etsi sit minnus poëticum et minnus Lucilianum.’ Baxt. *vapores* Angelic. 2. Barberin. 2. alii codd. ap. Valart. Harl. 4. 6. Aldd. 1501. 1509. 1519. et inde vulgg. fere omnes usque ad Talbot. item Baxt. Gesu. Bipont. Wetzel. Wakef. Zenn. Comb. Fea, Bothe, Jaeck, et Döring. *teores* plurimi codd. Fea, Harl. 2. 3. 7. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. Gott. Exc. Sax. edd. antiq. ante Aldum, Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Francis. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh, et Kidd.—

## NOTÆ

do parit amicitiam ac necessitudinem; contra dissimilitudo alienationem et odium.

93 *Nocturnos vapores*] Al. *teores*, id est, calores vini, vel febres. Melius alii *vapores* vini caput petentes afflidentesque, noctu præsertim, atque somnum et quietem impedites.

94 *Deme supercilio nubem*] Euripid. Hippolyt. ὄφρῶν νέφος. Cic. in Pis. ‘frontis imbeculam,’ id est, fastum, severitatem, ægritudinem mentis, &c.

Plin. xi. 37. Frons ‘homini tantum tristitia, hilaritatis, clementia, severitatis index. In ascensiū ejus supercilia homini, et pariter et alterne mobilia : et in iis pars animi. Negamus, anniuimus. Haec maxime indicant fastum. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet. In corde nascitur ; huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiusque inventit in corpore, ubi solitaria esset.’

Qua ratione queas traducere leniter ævum;  
Ne te semper inops agitat vexetque cupido,  
Ne pavor, et rerum mediocriter utilium spes:

Virtutem doctrina paret, naturane donet: 100

Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum:

Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum,

*vivere; ne te perturbet aut cruciet cupiditas semper egens, vel metus, vel desiderium rerum non omnino necessariarum: utrum cruditio an natura virtutem conferat: quid diminuat solicitudines; quid te tibi amicum efficiat: quid veram tranquillitatem tribuat, an dignitates, an suave lucrum, an ritæ genus et ratio latens et*

96 Lamb. et Bentl. percunctabere.—97 Codd. nonnulli ap. Lamb. *transducere*.—98 *Num te* Bamberg. plurimi codd. ap. Feam, alii MSS. apud Lamb. Pult. Cruq. Torr. Val. Oberl. Commentator Cruquianus, notatum ex MS. in ora editionis Aldi 1519. in Bibl. Ang. Al. Nec te, Non te, Neu te, vel Ne te, præsertim apud recentiores editores inde ab Aldo 1501. ‘Hand interrogative scribendum puto, magis ex toto contextu: ita in versu sequenti. Eadem varietas apud Plin. in Paneg. 49. atque apud alios auctores passim.’ Fea. *Ne te* Harl. 3. *Non te* Harl. 4. Schoenborn. 3. 4. et Vet. Comb. *Ne te* Harl. 2. 6. 7. Baxt. Gesn. Zeun. Bipont. Bentl. Cuning. Sanad. Francis. Wetzel. Wakef. Comb. Kidd. Jaeck, et Dæring.—99 *Num pavor* Bamberg. plurimi codd. ap. Feam, quod ille recepit. Vide ad vs. præcedentem. *Neu pavor* Harl. 3. *Non pavor* Schoenborn. 3. 4. Harl. 2. 4. et Vet. Comb.—100 Harl. 2. 6. et quidam ap. Feam, *naturuve*. Alii codd. ap. cundem, *natu-*

#### NOTÆ

98 *Inops cupido*] Avarus enim semper eget, dum tam ei deest quod habet quam quod non habet.

100 *Virtutem doctrina paret, &c.*] Quæstio est a veteribus agitata plurimum. Tullius in Partit. Orat. ‘Quoniam pacto virtus pariatur, natrane, an ratione, an usu.’ Pro Archia Poëta, sic censet: ‘Sæpius ad virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam.’ At optime Aristoteles in lib. Ethic. ad Nicomach. ait: Virtutes morales a natura inchoatas doctrina et usu perfici.

101 *Quid minuat curas*] Nempe si paucis contentus vivas, si nihil enipdins appetas, si nihil humani a te alienum putes.

*Quid te tibi reddit amicum*] Tibi si vera bona compares, virtutes scilicet, vere amicus tibi eris.

102 *Quid pure tranquillet*] Non certe *honos*, aut *lucrum*: nam hæc ‘famem importunam’ et novam in dies ‘sitim’ afferunt secum; ut est supra versu 24. Quid ergo? horum contemtus; ‘nil concire sibi;’ &c. quæ alibi Poëta noster haud semel assernit. Præclare Cic. de Finib. I. n. 50. ‘Sapientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas esse docni cum voluptate, ut ab ea nec divelli nec distrahi possint. Sic de Justitia judicandum est, quæ non modo nunquam nocet cuiquam, sed contra semper alit aliquid tum vi sua atque natura, quod tranquillet animos, tum spe, nihil earum rerum defuturum, quas natura depravata desiderat: quemadmodum temeritas, libido, ignavia semper animum exercuant ac sollicitant, turbuleatæque sunt,’ &c.

An secretum iter et fallentis semita vitæ.  
 Me quoties reficit gelidus Digentia rivos,  
 Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus, 105  
 Quid sentire putas? quid credis, amice, precari?  
 Sit mihi quod nunc est; etiam minus: et mihi vivam  
 Quod superest ævi, si quid superesse volunt Di:  
 Sit bona librorum et provisæ frugis in annum  
 Copia; neu fluitem dubiae spe pendulus horæ. 110  
 Sed satis est orare Jovem quæ donat et aufert:

*occulta. Quoties vero cumque recreat me Digentia frigidius rivos, potum suppedans Mandelæ vico valde algenti, quid sentire, quid exoptare me putas, o amice? Nempe ut maneat mihi quod habeo, vel cùm minus; ut mihi impendam quod ritæ restat, si quid amplius Dii largiantur. Sit librorum copia, et annona ad annum parata; ne anceps hæream expectatione temporis incerti. Sufficit ista a Jove pos-*

raue.—101 Chisian. 6. *Quid minuit.*—104 Duo codd. ap. Valart. *gelidis D. rivos.*—105 *Quem Mandela* Schoenborn. 4.—107 Schoenborn. 2. 3. alii ap. Feam, Harl. 3. et edd. vett. *ut mihi.* Vat. Palat. 1. *at mihi.* Plurimi codd. ap. Feam, alii ap. Pulm. et Torrent. et Harl. 2. 4. 6. 7. *et mihi,* quod restituerunt Lamb. Cruq. Baxt. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Francis. Mervill. Phil. Sandby. Gesn. Dorigh. Oberlin. Bipont. Comb. Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Döring.—108 Vat. Palat. 2. *sit quid.* Schoenborn. 3. *velint.*—109 Schoenborn. 3. 4. *Si bona.*—110 Multi codd. et edd. vett. ante Bentl. *ne fluitem;* et sic Fea et Bothe. *neu fluitem* Bentl. ex codd. ita etiam Harl. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. et edd. recenti. *splendulus hora* Schoenborn. 2. *spe pendulus auræ* Martin. ap. Cruq.—111 *Hoc satis* Schoenborn. 2. et Vatt. 15. 19. *Hac satis* Vat. 1. a m. sec. alii codd. ap. Lamb. et edd. quædam vett. *orasse Jovem* Schoenborn. 4. *quæ tres* codd. Fea, tres item Torrentii, qui landat in nota, et ex Acrone et Porphyrione restituit Talbot; sequuntur Baxt. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cnn. San. Mervill. Sandby, Dorigh. Oberl. Zeun. Combe, Wakef. Wetz. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Döring. ‘Rectius; et ita requi-

## NOTÆ

103 *An secretum iter, &c.]* Vita privata. Vide Epist. præced. vs. 10. ibique Not.

*Fallentis semita ritæ]* Allegoriam pete, si vis, Lector, cum quibusdam, a viatoribus callidis, qui puncis cognitas ineunt semitas, vel compendiosores, vel minime latronibus infestas. Sic qui vitam agunt privatam tui sunt a curis, incommodis periculis, quibus conflicantur quotquot Rempub. capessunt.

104 *Me quoties reficit, &c.]* Cum

secessu et quiete meque ipso fruor, in villa mea Sabina, quam rigat Digentia ammis, aquas præbens oppidanis Mandelæ pagi. De his jam 1. Epist. 16.

105 *Rugosus frigore pagus]* Ubi pagani præ frigore rugis contrahuntur. Vide 1. Epist. 16.

107 *Mihi vivam]* Tandem liber a tumultu, a negotiis officiisque urbanis. Vide 1. Epist. 7.

111 *Hac satis, &c.]* Bona externa.

**Det vitam, det opes: æquum mi animum ipse parabo.**

*tulare, qui dat et adimit, tribuat vitam et facultates: at mihi met ipse animum æquabilem prestatbo.*

rit sententia: nempe ea, quæ Jupiter solet dare, bona temporalia; non quæ animum, animi dotes, virtutes respiciunt; ex Ethnicorum philosophorum opinione, damnata etiam communi sensu.' Fea. Ceteri qui, vel quo. Non nulli codd. Feæ ponit; et sic alii codd. apud Cruq. Bentl. Val. Combe, prætulit Bentleius; sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cnn. San. Merv. Sandby, Gesn. Dorigh. ' Sed retinenda alia lectio vulgata donat, quam habent ceteri MSS. nostri, et aliorum, et Joannes Sarisberiensis Polycr. III. 9. quippe cui favet proprietatis verbis, quod hic Deorum beneficentiam, liberalitatem includit ad hominum utilitatem; ut III. Od. 8. 27. et eodem sensu generali passim alibi. Contra 'ponere,' est simpliciter 'deponere,' vel 'collocare,' ut in loco ab ipso Bentleio adducto, I. Od. 34. 16. et alibi saepe. Errorem inde puto ortum, quod in aliquibus codd. lectum sit *ponat*; unde postea a m. sec. emendatum *ponit*; cum restituimus debuisse *donat*. Sic in Vat. 5. habetur *ponat*; in Vat. Rom. 1. *ponat*, et a m. sec. *ponit*' Fea.— 112 Schoenborn. 2. *animum mi æquum*. Codd. ap. Bentl. *animum mihi ego ipse parabo*; ita Joannes Sarisber. Pol. III. 9. et ed. Sanad.

#### NOTÆ

112 *Æquum mi animum ipse parabo*] esse sapientiam.' Juvenal. Sat. x. Cie. III. de Nat. Deor. ' Judicium sub finem: ' Monstro quod ipse tibi hoc omnium mortaliū est, fortunam possis dare. Semita certe Tranquillæ a Deo petendam; a seipso sumendam per virtutem patet unica vitæ.

### EPISTOLA XIX.

#### AD MÆCENATEM.

Poëtae judicium de suis et poëtariorum sui sæculi scriptis. Baxt. Primum reprehendit servum imitatorum pecus, qui, virtutibus optimorum poëtarum neglectis, temere et stolide vitia imitantur. Se quidem Archilochi Iambos et Alcæi numeros imitatum esse, et primum Latine vulgasse: sed non item res et verba. Cur vero carmina sua vulgo legant domi, foris autem reprehendant, causam esse hanc, quod non multitudinis cum poëtaris suffragia venetur, nec aliorum carmina audiat, nec sua recitet publice.

**PRISCO si credis, Mæcenas doce, Cratino,**

*O Mæcenas eruditæ, si fidem habes veteri Cratino, nulla poëmata diu placere vel*

Epistola secunda Libri secundi in Ed. Sanad.—3 Schoenborn. 2. *aquaæ pe-*

#### NOTÆ

1 *Prisco si credis*] Poëtarum qui-dam vino indulgebant plusculum: idque jactabant facere se exemplo veterum poëtarum, Cratini, Homeri, Eonii: quasi bonum carmen pangere nequirent nisi qui Baccho pleni es-sent. Adversus hanc sententiam pugnat solerter hic noster vates, et Eubulus apud Athen. II. 6.

*Cratino*] Is a Suida valde bibax et

Nulla placere diu nec vivere carmina possunt,  
 Quæ scribuntur aquæ potoribus: ut male sanos  
 Ascripsit Liber Satyris Faunisque poëtas,  
 Vina fere dulces oluerunt mane Camoenæ.  
 Laudibus arguitur vini vinosus Homerus :  
 Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma  
 Prosiluit dicenda. ‘ Forum putealque Libonis

5

*celebrari queunt ab aquæ potoribus condita.* Postquam furentes poëtas Bacchus annumeravit Satyris et Faunis, Musæ suaves vinum sapienter matutino tempore. Homerus vinum laudans ebrios extitisse notatur. Antiquus ipse Ennius nunquam nisi temulentus prorupit ad canenda bella. Sobriis committam forum et

\*\*\*\*\*

*toribus.* Schoenborn. 4. *sanus.*—4 *Adscripsit Bacchus* Schoenborn. 4. *Adscribit* tres Vatt. ap. Feam, alii codd. ap. Pulf. ita etiam in editis inde ab Aldo 1501. 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. R. Steph. 1544. Ascens. 1544. et G. Fabric. 1555. ‘ *Ascripsit* habent duo cod. Vatic. Jann. Faer. Torn. et alii manuscr. quinque, quos hic nuper in Gallia inspexi, duo Russard. Cleric. Nicot. unus meus, quos secutus sum. Postremo ita legit Servius in Commentar. in Melibœum Virg. Ecl. vii. 25. ibi, ‘ *Pastores hedera cresc. orn. p.*’ vulgati *Ascribit.* Satyrorum autem nomen referendum est ad poëtas Græcos, Fannorum ad Latinos, ut recte putat Bosius. Itaque Homerum, poëtam Græcum et eum quidem principem, primo loco posuit: et sic respondet Satyris: Ennium, poëtarum Latinorum patrem, secundo: atque hic respondet Faunis.’ Lamb.—8 *Prosiluit* codd. ap. Feam.—10 Vatt. Rom. 1. a m.

### NOTÆ

vinosus extitisse traditur: a veteri antem Schol. tanta fuisse ebriositas, ut soleret immeiere in pelles supra quas recumbebat. Aristophanes eum pariter deridet velut ebriolum et submeulum. Athen. II. 3. ‘ *Vinum lerido poëte est equus velocissimus.* Si potantur aquæ, nihil egregium producis. Cratinus hoc dixit, cum non utrem unum redoleret, sed potius dolium integrum.’ Epigramma est Nicerato attributum. Vide Not. I. Sat. 4.

3 *Ut male sanos Ascripsit Liber Satyris]* Hæc Cratinus, et quæ sequuntur. Ex quo Bacchus poëtas vini calore concitatos, velut suo numine plenos, ascripsit Satyris ac Faunis.

4 *Satyris Faunisque]* Diis agresti-

bus, bibacibus quidem et vinosis. De Satyris I. Od. I. II. Od. 19. De Faunis I. Od. 4. II. Od. 17. III. Od. 18.

5 *Vina fere dulces oluerunt]* Ipsæ Musæ sobriæ non fuerunt. Vide Plutarch. Sympos. VII. 8. 9. 10.

6 *Laudibus arguitur vini vinosus Homerus]* Iliad. Z. &c.

7 *Ennius]* De eo I. Sat. 10. *pater ob antiquitatem.* Æschylus pariter inter Græcos nunquam nisi ebrius ascribendum se accingebat. Alcæns etiam φίλωνος notatur, Athen. lib. x.

8 *Forum]* Res forenses.

9 *Puteul Libonis]* Locum seu tribunal, ubi jus dicebat Prætor in Rom. foro constitutum a Libone. Vide II. Sat. 6. 35.

Mandabo siccis; adimam cantare severis.'

Hoc simul edixit, non cessavere poëtæ

10

Nocturno certare mero, putere diurno.

*Puteal Libonis: abstemiis auferam condendi versus facultatem. Statis atque id pronuntiavit, cœperunt rales noctu vinum certatim bibere, ac diurno fætre. Ve-*

\*\*\*\*\*

pr. 3. a m. pr. Angelic. 1. a m. pr. alius ap. Lamb. a m. sec. unus Torrentii, duo Bersmanni, et septem ap. Valart. *edixi*; ita in nota legit Torr. laudat in nota Talbot. restituit in textum Bentl. sequuntur anonymous 1713. Cnn. San. Merv. Phil. Sandby, Batt. Gesn. Val. Dorigh. Wakef. Comb. Kidd. Fea, Both. et Dæring. 'Indocte rejicinnt Baxt. Wetz. Zeun. Ex contextu toto, et ex locis Romanis, Foro, et Puteali Libonis, quis scite dubitare poterit, hic, post alios, Horatium ipsum loqui edictali more Prætoris; et queri, quod Poëtæ sui temporis illum imitentur in laudibus vini, atque in potando; non in veris ingenii dottibus, et carminis arte? Apertissime id suadent, quæ sequuntur de imitatione, quæ neque ad Bacchum, neque ad Cratinum, neque ad Ennium referri possunt; sed ad Horatium, qui itidem sui exemplum finit in vs. 18. quod si proponere velit, sequituros anguratur ineptos illos poëtas. Attente legas contextum omnem ad finem, in quo veluti tabellam vitæ suæ pictam Mæcenati appendit, ut ipse de Lucilio dixit 11. Sat. 1. 33. Confer 11. Sat. 2. 3. 1. Epist. 5. 19. de Arte Poët. 297. *edixi* (o Mæcenas) D. Heins. in nota ex conjectura; et ita lego in Angelic. 1. a m. sec.' *fea*. Ceteri codd. et edd. *edixit*. 'Revocavi antiquam lectionem *edixit*, ut intelligatur Ennius, quemadmodum series orationis ostendit. Nam salva modestia Horatius non sic de se loqui potest. At puteal Libonis est recentius Ennio. Recte: sed Poëta usus est prolepsi historica.' *zeun.* nec cessavere Venett. 1479. 1481. et Lips. 1499.—11 Schoenborn. 2. *cœnare vino*. Schoenborn. 3.

## NOTÆ

9 *Adimam cantare sereris]* Carmina præclare scribere interdictum sit iis omnibus qui Bacchi munere facti non erunt enthei et furentes. Non videtur hic aprosditionyon quod canit Tibullus III. 6. 'poscite Bacchi Munera... Nam venit iratus nimium nimiumque severis. Qui timet irati nimina magna, bibat:' ubi legunt vulgo, 'severus.' Attamen credam ego reponendum, 'severis,' id est sobrios; multo sensu meliori: quo nontantur non qui convivia fugerent, sed potius qui inter aliorum compotationes et crebras invitationes, ebrietatem astute et callide vitarent. Vide Epist. præced. vs. 91. 'Potores bibuli media de nocte Falerni Oderunt porrecta negantem pocula,' &c.

10 *Hoc simul edixit]* Magna con-

troversia, quis *edixit?* an Liber, an Ennius, an Cratinus? pro Cratino facit quod de eo ante annotatum est. Torrentius, ex vet. cod. legit *edixi*; ut ipsi Horatio tribuatur velut Prætorianum hoc edictum. Placet quibusdam conjectura Heinsii transposita una literula legentis, *ediati*, pro *edixisti*; ut ad Mæcenatem referatur. Sed optima est lectio *edixit*: solusque optime Liber edixisse intellegitur, utpote Deus poëeos et poëtarum.

*Non cessarere poëtæ Nocturno, &c.]* Diu noctuque vino se ingurgitarunt, ut egregia moliri poëmata viderentur.

11 *Nocturno certare mero]* Romæ frequens hoc erat bibionum certamen vigilenti pergræcando noctem ducen-

Quid? si quis vultu torvo ferus, et pede nudo,  
Exiguæque togæ simulet textore Catonem,  
Virtutemne repræsentet moresque Catonis?  
Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua,

*rum si quispiam severa fronte gravis, nudis pedibus, et brevis togæ usu Catonem exhibeat, num proinde Catonis referat mores ac virtutem? Hyarbitam perdidit sua*

.....

cuntare mero. Vat. 16. Angelic. 3. et Venet. 1650. potare diurno.—12 Quod si Chisian. 1. a m. sec. et Angelic. 1.—13 ‘Quidam codd. ap. Muret. tesquore pro ‘squalore,’ ut ipse interpretatur vocem novam. Refutavit Lamb. Pulmannus, Turneb. Advers. xvii. 22. sed iterum laudavit in nota Dacer. merito explosus a Baxt. aliisque. Non solum MSS. omnes ceteri, sed et Acron et Porphyrio repugnant.’ Fea. Schoenborn. 4. *simil et textore.*—14 Schoenborn. *moresue.*—15 *Iarbitam* septem codd. Feæ, alii MSS. apud Pulf. Commentator Crispianus: restituit Georgius Fabric. ut ab Iarba rege Mauritanio derivatum, quia Maurus erat ille. Sequuntur Pulf. Torr. Baxt. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Gesn. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. *Hyarbitam* ab Aldo 1501. Junta 1503. vulgo in aliis editis. In quibusdam priscis editionibus, et in MSS. mira varietas in hoc nomine, cum partim jam notaverat Torrent. *Hiarbitam*, *Iarbitam*, *Hyharbitam*, *Yarbitam*, *Hyarbitam*, *Tarbitam*, *Barbitam*, *Tharbitam*, *Tharpitam*, *Barbutam*, *Talbytam*. Eadem varietas in codd. Acro-

## NOTÆ

tium. Et qui sic pervigilassent strenue præmium accipiebant placentam. Jul. Pollux, Athen. lib. xiv. Schol. Aristoph. Equit.

*Putere diurno]* De die ‘erapulam exhalantes,’ ut ait Tull. Sic quidem luxuriosi quascumque horas compositionibus idoneas habebant: at viri graves et occupati non adibant eænam nisi vesperi et ad lucernas. Unde Alcaeus ita queritur, se ipse vinosum arguens in Epigrammate: πίνωμεν. τι τὸν λύχνον ἀμένομεν; bibamus: quid lychnum expectamus?

12 *Quid? si quis vultu, &c.*] Refellit Horatius opinionem ante allataam. Qui Cratinum imitatur in vitiosa ipsius bibacitate, non proinde poëticam ejus virtutem assequetur; sicut qui habitus squalorem aut vultus severtatem Catonis imitabitur, non continuo mores ejus optimos habebit, &c. Ergo boni exemplaris non vitia sed virtutes oportet æmulari.

*Pede nudo]* Cato Uticensis sine calceis et sine toga prodibat in publicum; immo et Prætor sic ad rostra veniebat, judicia exercebat, interdum etiam bene pransus et potus. Plutarch.

13 *Exiguæque togæ textore]* Breviori toga vilis texturæ; sicut Epist. 1. ait, ‘curtatus inæquali tonsore capillos,’ pro, inæquali tonsura. Quod e vili plebecula quempiam decinisset, non vero patricium et nobilem. Lukanus Catonem illum Utensem canit: ‘Hirtam Romani more Quiritis Induxisse togam.’ Sunt qui legant, *tesquore*, id est, squalore, inquiunt. Sic nimurum scribit J. Lipsius Elect. i. 13. vellem ego tamen, eruditus ille vir vel originem insolentis, immo barbaræ, vocis istius indagasset, vel auctoritate quapiam allata rem amplius excussisset.

15 *Rupit Iarbitam [Hyarbitam, &c.]*  
Alii scribunt *Iarbitam*, ab Iarba rege

Dum studet urbanus, tenditque disertus haberi.  
 Decipit exemplar vitiis imitabile: quod si  
 Pallerem casu, biberent exsangue cuminum.  
 O imitatores, servum pecus, ut mihi saepe  
 Bilem, saepe jocum, vestri movere tumultus! 20  
 Libera per vacuum posui vestigia princeps;

*lingua Timagenem æmulata, cum lepidus et eloquens videri cupit. Fallit exemplar vitiis imitabile. Enimvero si forte pallidus forem, potarent cuminii succum pallere facientem. O imitatores stolidi et serviles, quam saepe agitationes vestrae excita- runt mihi indignationem et risum! Ego vero primus intuli pedem in vacua spatia,*

-----  
 nis, et Porphyr. et in eisd. primis; licet in aliis *Hyarbitam* legatur. *Tcmaginis* Bamberg. *æmula linga* duo Bland. Cruquii. *æmula cena* codd. ap. *Torrent.* qui notat, id eo referri posse, quod inter pocula certamen illud initum fuisse Scholastes narrat.—16 Schoenborn. 3. *tendetque.*—17 *Decipit exemplum* unns ap. Feam. *Quid si . . . cuminum?* Vat. Rom. 4. et Vat. Palat. 3. ita etiam dedit Glarean. Frib. 1536. *Quod si . . . cuminum?* Vat. Rom. 1. a m. sec. Vatt. Rom. 3. 7. Vat. Palat. 6. ‘Tres codices prosi, quod haud dubie magis poëticum est: et alioqui quomodo cumque legas, frigidum erit; nisi edictum quod ante dixi ab Horatio proferri fateamur.’ *Torrent.* Hinc Sana- donus intulit in textum, *proh! si;* eumque secentus est Mervill. Sed in hisce omnibus nihil esse mutandum, etiam suadet Porphyrio. Mox *biberem* Schoen- born. 4.—19. 20 Talbot. ex codd. notat, *ut mihi bilem, Ut mihi saepe jocum;* admisit in textum Cuning. sequuntur Sanad. et Mervill. Eandem lectionem invenit in alio codice Bentleius; sed refutavit. Cf. i. Od. 8. 11. seq. i. Sat. 3. 9. i. Epist. 17. 55. Virg. Ecl. viii. 97. seq. *Æn.* iii. 185. ubi saepe elegan-

## NOTÆ

Africani littoris. *Hyarbita ignobilis* ac vix nomine notus quidam, volens imitari sales et dicaeitatem *Timage- nis*, semet perdidit, ut ille; petulan- tem ejus linguam *æmulatus* velut ur- banam et disertam.

*Timagenis]* Hie Rhetor fuit Alex- andrinus, ex aliis *Ægyptins:* sub Pompeio magno Romanam adductus a Gabinio captivus, redemptus a Fausta Syllæ filio; Rheticam docuit ad tempora Angusti: demum ob male- dicentiam urbe ejectus in prædio Tus- enlano diem suum obiit. Suidas.

17 *Decipit exemplar vitiis imitabile]* Praeclarum exemplar quodlibet vix omniō vitiis caret; et stultum imi- tatorē decipit, qui non quod per- fectum, sed quod forte vitiosum in- est, imitari solet.

18 *Biberent exsangue cuminum]* Poë- tastri nostri, inquit Horatius, si pal- lido essem vultu, pallorem sibi pro- curarent, nt *æmulari* me in ceteris etiam crederentur, paremque milii poëseos facultatem adipisci. Vide Dioscorid. iii. 68. Plin. xx. 14. ‘Cu- minnum pallorem bibentibus gignit. Ita certe ferunt Porcii Latronis clari inter magistros dicendi assetatores similitudinem coloris studiis contrac- ti imitatos,’ &c. Pers. Sat. v. 55. ‘Pallentis grana cuminī.’

21 *Libera per vacuum, &c.]* Ego Ly- ricam poësim Latinam primis tenta- vi, absque ullo exemplari mihi pro-posito. *Vacuum]* Locum a nemine ante occupatum. Vide iii. Od. 30. et iv. Od. 3.

Non aliena meo pressi pede: qui sibi fudit  
 Dux regit examen. Parios ego primus Iambos  
 Ostendi Latio, numeros animosque secutus  
 Archilochi, non res et agentia verba Lycamben. 25  
 Ac, ne me foliis ideo brevioribus ornes,  
 Quod timui mutare modos et carminis artem;  
 Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho,

*nec secutus sum vestigia alterius. Qui confidit sibi turmam dicit et gubernat. Ego prior Iambos protuli apud Latinos, Archilochi Parii metrum et virtutem imitatus, non autem materiam et dictiones Lycamben adgentes ad suspendium. Neque vero me propterea minoribus corones frondibus, quoniam veritus sum immutare numeros ac metri legem: nam Archilochi poësim versu mitigat Sappho virilis,*

\*\*\*\*\*

ter repetitur.—22 Harl. 2. 3. 4. 7. Vatt. 2. 12. 14. 18. 19. Vatt. Rom. 2. 6. 9. Vat. Rom. 7. a m. pr. Chisian. 1. 5. Angelic. 3. alii codd. ap. Cruq. Aeron, et Porphyrio, Aldus 1501. 1509. 1519. Venn. 1509. 1552. 1573. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dionys. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Muret. Pulm. D. Heins. Rutgers. Talbot. Dacer. Desprez. Baxt. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Gesn. Batt. Sandby. Val. Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Bipont. Jaeck, et Dæring. *fudit.* Harl. 6. Schoenborn. 3. 4. octo ap. Lambinum, alii codd. et edd. *antiq. fidet.*—23 Harl. 2. 3. 4. 7. Bamberg. Haller. Schoenborn. 2. Vatt. 2. 12. 14. 18. 19. Vatt. Rom. 2. 6. 9. Chisian. 1. 6. Alld. 1. 2. 3. Venett. 1509. 1552. 1573. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Muret. Pulm. Dan. Heins. Rutgers. Talbot. Pine, Dacer. Delph. Baxt. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Francis. Phil. Gesn. Batt. Bipont. Sandby, Valart. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dæring. *regit.* Harl. 6. Schoenborn. 3. 4. octo apud Lambinum, alii codd. et edd. *antiq. reget.*—24 Cuning. ex aure sua, *numerisque animosque.*—26. 27 *Anne me... artem?* Vat. Rom. 8. *At ne me* Alld. 1. 2. 3. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. et Talbot.—29 *Archaeus* Schoenborn. 3.—30 Schoenborn. 4. et

#### NOTÆ

23 *Regit examen]* Metaph. ab apibus. Lyricorum ego princeps aliis deinceps exemplum præbebo.

Parios ego primus Iambos Ostendi Latio] Iambicos etiam versus Latine scripsi primus, ad instar Archilochi Græcorum Iamborum inventoris, ex insula Paro oriundi. De hac 1. Od. 19.

25 *Archilochi]* De isto Poëta jam ante in Epod. vi. et postea in Epist. ad Pis. vs. 79.

*Lycamben]* Socerum, de quo eit. Epod. vi.

28 *Temperat Archilochi, &c.]* Archilochi asperitatem temperavit suavitate Aleæi et Sapphus; scilicet Iambi sati acres Epodorum temperantur Alcaicis et Sapphicis Odaram.

*Mascula Sappho]* Hæc uenipe dicitur virilem adepta virtutem, quod se præcipitarit ex eo saltu, unde viri tantum solebant se jaculari præ amoris impatientia. Hinc Auson. Idyll. vi. 25. ‘Et de nimbo saltum Leucate minatur Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.’

Temperat Alcæus ; sed rebus et ordine dispar,  
 Nec sacerum quærit quem versibus oblinat atris, 30  
 Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.  
 Hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus  
 Vulgavi fidicen : juvat immemorata ferentem  
 Ingenuis oculisque legi manibusque teneri.  
 Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector 35  
 Laudet ametque domi, premat extra limen iniquus ?  
 Non ego ventosæ plebis suffragia venor  
 Impensis cœnarum et tritæ munere vestis ;  
 Non ego nobilium scriptorum auditor et ulti,

*etiamque Alcæus : at dissimilis sententiis et dispositione, nec petit sacerum acerbo carmine proscindendum, nec sponsæ restim parat versibus contumeliosis. Hunc a nullo alio antea celebratum ego lyra canens Latinis ostendi : et gaudeo nova profrens oculis ingenuorum perlegi, et manibus contractari. Porro si nosse cupis, cur Lector iniquus mea carmina collaudet atque in pretio habeat domi quidem, foris autem improbe rituperet; nempe ego levis plebeculæ approbationem non quero sumtuosis cœnis, et donando vestes detritas. Auctorum ego illustrium auditor et*

-----  
 Bamberg. obtinet atris. Codd. Feæ, oblinet, oblimat, oblimet.—31 Schoenborn. 3. laqueis. Nonnulli codd. apud Feam, famoso crimine. Barberin. 1. nectat.—32 Latinus Harl. 2. 3. 4. 6. 7. Vatt. 1. et 2. a m. pr. Vatt. 16. 17. 19. Vat. 18. a m. pr. Vatt. Rom. 1. 2. Vat. Rom. 3. a m. sec. et 5. a m. pr. Vat. Palat. 6. Chisian. 1. a m. pr. Angelic. 1. Barberin. 2. omnes MSS. Lambini, alii apud Pulm. omnes Cruquii, nno excepto, alii apud Talb. Oberl. edit. Ven. 1479. Lamb. Crnq. Talbot. Baxt. Bentl. anonymus Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Gesn. Dorigh. Oberl. Conibæ, Wakef. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, et Dœring. Latinis ceteri codd. et edd. antiqui.—33 Volgari Bamberg. ferendo Vat. 1. a m. pr.—34 Ingeniis plures codd. ap. Feam, aliosque ; et sic in priscis edd. usque ad Juntam 1503. Ingeniis Muret. Lamb. Cruq. et recenti. omnes.—35 Bamberg. velim. Schoenborn. 4. velit.—39 Schoenborn. 4. nobilium doctorum. Unus cod. Lambini, et actor ; unde aliqui admirerunt ; quod refutant Lamb. et Marcil. adjutor et ulti. Exc. Sax. Vat. 18. Vat. Rom.

## NOTÆ

29 *Alcæus*] Vide 1. Od. 32. et 11. Od. 13. ubi etiam de Sappho.

30 *Sacerum*] Lycamben.

31 *Sponsæ*] Neobulæ Lycambes filiæ, quæ se quoque post patrem laquo peremis. Epod. vi.

32 *Hunc*] Archilochum; quem, ante Horatium, nemo Latinorum fuerat imitatus.

37 *Non ego ventosæ, &c.*] Idcirco mihi invidiam creant, quia laudes et approbatione non capto, ut alii ple-

rique, per munera et cœnas assentatoribus datas. Pers. Sat. 1. ‘ calidum scis ponere sumen : Scis comitem horridulum trita donare lacerna.’

Marzial. ‘ Quod tam grande Sophos clamat tibi turba togata : Non tu, Pomponi ; cœna diserta tua est.’ Vide postea Epist. ad Pis. vs. 419. ‘ Ut præco, ad merces turbam qui cogit emendas, Assentatores jubet ad lumen ire Poëta Dives agris,’ &c.

39 *Auditor*] Juvenal. Sat. 1. ‘ Sem-

Delph. et Var. Clas.

Horat.

4 G

Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor :  
 Hinc illæ lacrymæ. Spissis indigna theatris  
 Scripta pudet recitare, et nugis addere pondus,  
 Si dixi; Rides, ait, et Jovis auribus ista  
 Servas : fidis enim manare poëtica mella  
 Te solum, tibi pulcher. Ad hæc ego naribus uti  
 Formido : et, luctantis acuto ne secer ungui,  
 Displacet iste locus, clamo, et diludia posco.

40

45

*censor non dignor prensare Grammaticorum familius et suggesta. Inde veniunt istæ querimonie. Si dicam: Pudet recitare carmina mea frequentibus theatris indigna, et nugas ostentare ; mox aliquis inquiet : Derisor es, et Jovis auribus hæc reservas. Quippe te unum producere mellita carmina confidis, tibimet præclarus. Ad ista ego timeo exhibere sunnam: ac ne proscindar acerbo ungue contendatis, locum istum derito : vociferor, et dilationem postulo. Etenim ludus*

2. a m. pr. Angelic. 1. a m. sec. et Vallicel. 1.—41 *Spexis indigne Schoenborn. 2.—45 Solum te Vat. 19.—46 Formido luctantis Vat. 1. et Vat. Rom. 4. ungue Schoenborn. 4. Vat. Rom. 3. a m. pr. Vat. Palat. 1. a m. sec. Vallicel. 1. Venett. 1481. 1486. 1490. et Junt. 1503.—47 Displacet ille Bamberg. Vatt. 1. 2. 7. 15. 16. Vatt. Rom. 2. 4. 5. Vat. Rom. 6. a m. pr. Vat. Palat. 3. Chisan. 5. alii codd. ap. Torrent. Ald. 1501. Junt. 1503. Lamb. et Cruq. et laudat. Torrent. in nota. ac diludia Cuning. et Mervill. ac deludia unus codex*

## NOTÆ

per ego auditor tantum?

*Ultor] Optimorum anctorum errata notando et castigando ; nulli per adulationem parcendo. Quidam interpretantur : Mea scripta vicissim recitando. Juvenal. cit. ' nunquamne reponam ?' Prior interpretatio magis ad rem. Nam mox ait : ' non ambire pulpita dignor.'*

*40 Grammaticas ambire tribus] Ut scripta mea discipulis suis dictent et proponant ediscenda. Pers. Sat. 1. 29. 'Ten' cirratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo pendas ?'*

*Pulpita] E quibus recitentur carmina mea a Grammaticis, vel a me ipso. De bac Romanorum ambitiosa recitatione Persius cit. et nos ibidem non pauca.*

*41 Hinc illæ lacrymæ] Terentianus iste locus, ex Andria, in proverbium abiit : eoque utitur etiam Tullius pro*

*M. Cælio : ' Hinc illæ lacrymæ : et hæc causa est omnium scelerum.'*

*42 Nugis addere pondus] Velut eximium quiddam alte et graviter pronuntiando res leviculas.*

*43 Ait] Quispiam invidus.*

*Jovis] Augusti. Virgil. Ecl. 1. de eodem : ' Deus nobis hæc otia fecit.'*

*44 Fidis enim manare, &c.] Unum te credis edere suavia poëmata.*

*45 Tibi pulcher] Ipse tibi videris præstare ceteris omnibus : nullumque tibi parem existimas.*

*Naribus uti] Naribus corrugatis indignationem vel derisionem significare timeo, ne ejusmodi hominis iram in me concitem. Pers. Sat. 1. ' Rides, et nimis uncis naribus indulges.' Vide supra 1. Sat. 6. et 11. Sat. 8.*

*47 Iste locus] Theatrum, pulpita.*

*Diludia] Ludorum dilationem : id est, spatium intermissionemque, ad*

Ludus enim genuit trepidum certamen et iram;  
Ira truces inimicitias et funebre bellum.

*gignit trepidationes, pugnas, indignationes: indignatio vero acerba odio, et bellum lugubre.*

ap. Valart. recepit Sanad. auctoribus, ut ait, Vossio, et Salmasio; inde Dorigh. ‘Ignorat uteque, præpositionem ‘di’ apponi verbis compositis, ut exprimant separationem, sejunctionem, divisionem in duas partes. At præpositio ‘de’ in compositis indicat derivationem. Vid. 1. Od. 35. 39. de Arte Poët. 129. 326. Hinc *ludicia* sunt divisiones ludorum in plures dies; sive, ut exponit Porphyrio, ‘intermissionem, vel dilationem ludorum.’ Vide etiam Guil. Canter. Nov. Lect. I. vi. c. 4. ‘Deludia’ nusquam extat.’ *Fca.*—48 Vat. 4. generat trepidum. Cuning. more suo, *trepidum genuit*; inde Sanad. et Mervill. *genuit trepitum* Vat. Rom. 9. unde Fea conj. *strepitum*.—49 Venet. 1481. *bellumque funebre*. Cuning. Sanad. Mervill. et Dorigh. *ac funebre*.

#### NOTÆ

accuratius emendanda quæ scripsi, antequam vulgentur: quod luculentiter admonet Epistola ad Pisones. Metaphora est a gladiatorio Indo. Nam intra dies pugnæ destinatos, spatiū concedebatur gladiatoriis, ut se ad certandum melius compararent. Malim ego tamen cum doctis-

simo Salmasio legere *deludia*, et ludendi cessationem et finem, interpretari.

48 *Ludus enim, &c.*] Climax est: Ludus certamen, certamen iras, ira inimicitias, hæ bellum generant aliquando funebre et luctuosum.

## EPISTOLA XX.

### AD LIBRUM SUUM.

Carmina sua vulgo prostitui dolet. *Baxt.* (Severe nimis conceptum lemma. Monet librum in fine ipso voluminis, quæ fata illum maneant. Jucunda apostrophe, qua sibi blanditur potius, et delatum iri in scholas et in provincias carmina sua pollicetur, quam ut iis metuat. Sub satirica et humili specie dicit hic non minora quam Carm. III. 30. Pulchre ista vidit et imitatus est Gallorum Horatius Epist. XI. qui etiam docere Sanadonum poterat, non necesse esse, ut in fronte voluminis ponatur tale opusculum. *Gesn.*) Allegoria admodum jocosa uititur, qua Epistolarum volumen, quod ad Sosios bibliopolas mittit, comparat cum filia lasciva, quæ non diutius in ædibus paternis restare vult, sed, invito patre, in publicum prodire ibique prostare cupit. Romæ quidem ait, quamdiu sit recens, amatores esse reperturum, sed tandem aut neglectum plane, aut in exilium Uticam vel Ilerdam missum iri, ant pueris ad literarum elementa inde discenda esse serviturum.

VERTUMNUM Janumque, liber, spectare videris ;  
 Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.  
 Odisti claves, et grata sigilla pudico :  
 Paucis ostendi gemis, et communia laudas ;  
 Non ita nutritus. Fuge quo descendere gestis : 5  
 Non erit emissio reditus tibi. Quid miser egi ?  
 Quid volui ? dices, ubi quid te læserit ; et scis

*O Liber, ut video, respicis Vertumnnum et Janum : nempe ut venalis fias Sosiorum pumice expolitus, claves fugis et sigilla verecundo grata: doles exhiberi paucis, et magni pendis divulgari, minime sic educatus. Perge quo ire cupis, redire non licebit tibi vulgato. Tum vero : Quid infelix egi, quid petui? inquies, quando te*

Hæc Epistola in fronte Satirarum, quasi Praefatio, ponitur in Ed. Sanad. —1 *Vertumnus* primæ edd. et Lamb. *Pertunnum Zarot. sectare videris Chisian.* 5.—2 *Sosiorum* Schoenborn. 4. sed manus rec. superscripsit z. ut sit *Sosiorum.* Vat. 1. et Vat. Rom. 4. *pumice nudus.* Vat. 4. *pumice purus.* Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. notatum habet in margine, *in pumice mundus.*—3 Vat. 4. et Vat. Rom. 9. *pudicis.*—4 Bamberg. et *communia laudes.*—5 Vat. Rom. *descendere;* et sic Florent. 1482. Venett. 1483. 1486. 1490. Lips. 1499. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. Basill. 1. 2. 3. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1541. Lamb. aliisque fere omnes usque ad Baxt. et Bentl. qui restituerunt *descendere* aliorum codd. ita Zarot. et recent. —7 Schoenborn. 3. 4. *ubi qui te deserit.* Vatt. 5. 7. 9. 10. 16. 17. 19. Vatt. Rom. 6. 7. 9. Vat. Palat. 4. Chisian. 5. alii MSS. apud Pulm. Combe, edit. Princ. ac aliae antiquæ; et inde vulgata usque ad Bentleium, qui prætulit aliam lectionem *ubi quid,* aliorum codd. Feæ, aliquot Pulm. et suorum; rectius, ut putat, ut rem, non hominem, intelligamus. ‘Sed nihil ad rem loca, qu æipse afferit ex Nostro

## NOTÆ

1 *Vertumnum*] Per prosopopœiam librum summ a publico deterret, ob imminentia pericula.

*Vertumnus Janumque*] Hi Dii præsidere vendentibus euentibusque credebantur: et ad eorum statuas ac templa erant tabernæ bibliopoliarum. De Vertumno II. Sat. 7. De Jano II. Sat. 3. et 6.

*Spectare videris*] In lucem prodire vis, et publice vendi.

2 *Sosiorum pumice mundus*] Pellibus integebantur libri: pelles autem pumice lævigari, exæquari, expoliri solebant. Pumex, lapis cavernosus, quo rindia et aspera complanantur. Vide Plin. xxxvi. 21. Sosii fratres erant bibliopole insignes: unde hic anto-

nomastice nominantur.

3 *Odisti claves, &c.*] Tædet inclusum residere; amplius in arca domi contineri non vis.

5 *Non ita nutritus*] Non eo consilio tamen scriptus ut prodires in publicum.

*Descendere [descidere]*] Al. *descendere,* scil. e collibus in Thuscum vicum ad iunum Cæli nontis, apud Velabrum; ubi Vertumnus ædem habebat; et plures erant tabernæ, librariorum præsertim.

6 *Non erit emissio reditus*] Cum semel emissus et vulgatus fueris, non poteris ad me redire, ut expurgeris erratis quæ in te forte notabuntur.

In breve te cogi, plenus cum languet amator.  
 Quod si non odio peccantis desipit augur,  
 Carus eris Romæ, donec te deserat ætas. 10  
 Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi  
 Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,  
 Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.

*non nemo proscindet. Nostri vero te in arctum compingi, cum lector primo aridus, mox fastidiosus, negligit. Quod si non insanit augur odio delinquentis, Romæ in pretio eris usquequo te juventus deficiat. Cum autem vulgi manibus tritus negligi incipes, vel clam nutries blattas inutiles, vel ablegaberis Uticam, vel obligatus*

-----

de Arte Poët. 103. 1. Epist. 17. 8. 11. Epist. 2. 16. Potius conferre debebat 11. Epist. 1. 221. seq.<sup>7</sup> Feu. In ejus sententiam pedibns iverunt anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Sanad. Merv. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Bipont. et Jaeck. *ubi quis etiam Fea et Dœring. ubi te quid Cuning.*—8 Chisian. 5. *cogi te.* Chisian. 6. unus Bentleii, edd. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Valart. Bipont. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Doering. *plenus cum languet.* Barberin. Schoenborn. 2. 3. 4. Harl. 3. 7. alii codd. quamplurimi, et edd. antiq. *cum plenus languet.*—9 Schoenborn. 2. 4. *desipit.* Vat. 19. *dissipit.* Angelic. 3. *despicit.* Vatt. 15. 17. et Angelic. 2. *deserit;* ita alii MSS. apud Valart. edit. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. 1495. Flor. 1482. Bentl. *deseret* Vatt. 9. 10. 18. Chisian. 5. alii MSS. apud Val. ita edit. Med. 1477. Cun. Sanad. Merv. Sandby. Val.—11 *Contractatus nonnulli codd. ap. Feam, Gott. Exc. Sax. Zarot. et Schoenborn. 2.*—12 Bamberg. *inertis.* Schoenborn. 4. *pascet,* et supraser. s, ut sit *pasces.*—13 Vat. 17. et Barberin. 2. *aut unctus;* ita alii codd. apud Valart. edit. Princ. Med. 1476. Ven. 1478. *ita aliae multæ ex primis, Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. inde apud alias usque ad Lamb. qui restituit *vinctus;* iterum refutat, late præter necessitatem, Bentleius.* Sed nemo rem acu testigat. *Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.* Sensus ex juris civilis notione pendet. Exulabis, inquit Horatius libro suo, in longinquas terras. Ex tribus speciebus exilii duæ erant, ‘lata fuga,’ et ‘relegatio’ in locum determinatum; ut exponit Marcianus in l. Exilium 5. ff. de Interd. et Releg. Ad primam alludit Horatius, cum ait, *fugies, quocumque volueris; puta in Africam, Uticam;* ad secundam spectat *mitteris Ilerdam.* Fea. Ilardam Vat. 7. Vat. Rom. 9. Hilerdam Vat. Rom. 7. et Angelic. 3. ilerdas Schoen-

#### NOTÆ

7 *Scis In breve te cogi, &c.]* Scis in angustum et discriminem redigi te, cum jam aspernari incipit qui prius diligebat. Alii sic: *Scis te contrahi et complicari;* vel, non integrum te legi, sed quædam pervolvi duntaxat, et pleraque præteriri a lectore jam defesso et languente.

9 *Quod si non odio, &c.]* Si non omnino fallor, si bene auguror, primo quidem novitate celebraberis, at sen-

sim in fastidium incurres. Sic enim fere fit.

12 *Tineas pasces]* Neglectum et projectum exedent tineæ et blattæ. *Taciturnus]* Obscurus, et respectui habitus; jam tacentibus de te homini-bus.

13 *Fugies Uticam]* Tanquam exilio multatus, sermone Romanorum haud amplius celebris.

*Uticam]* Urbs est Africæ Catone

Ridebit monitor non exauditus ; ut ille  
 Qui male parentem in rupes protrusit asellum  
 Iratus : quis enim invitum servare laboret ?  
 Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem  
 Occupet extremis in vicis balba senectus.  
 Cum tibi sol tepidus plures admoverit aures,

15

*deportaberis Ilerdam.* *Tunc ridebit castigator non auditus : velut iste qui asinum non obedientem iratus impulit in præcipitum.* *Ecquis enim conetur incitum servare ? Illud etiam tibi continget, ut senex balbutiens te adhibeat docendis pueris primas literas ultimis in vicis.* *Cumque Sol tepescens plures auditores tibi præbu-*

horn. 4.—15 Vat. 19. Vallicel. 1. et unus ap. Cruq. protrudit. Vat. 5. *promisit.* Giar. et Venet. ap. Zeun. *detrusit.* Triginta eodd. Feæ, alii ap. Lamb. Pulm. et Crnq. *protrusit* : ita notatum ex eod. in marg. Ald. 1501. in Biblioth. Vatic. et Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. restituit Lamb. inde G. Fabric. Chabot. Bond. Talbot. Dacer. Baxt. Bentl. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaech, et Dœring. *pertruxit* Schoenborn. 2.—16 Chisian. 5. *laborat.*—19 Vat. 15. Vat. Rom. 9. et Angelic. 2. *sol tepidus.* Bamberg. *pluris.* Vat. 10. a m.

## NOTÆ

minori nobilitata : in qua nimurum sibi mortem ille conscivit; et ab ea dictus Uticensis. Vide 1. Od. 12. et 11. Od. 1.

*Vinctus mitteris Il.]* Veluti captivus. Ex te fient mercium aut literarum involuera Ilerdam mittendarum. Olim Epistolas chartis intectas obligari obsignarique mos erat. Alii legunt *unctus*, optimo sensu. Nam salsa menta, garum, piper, thus, aliqua ejusmodi bene multa involvi solent chartis inntilibus. Vide 11. Epist. 1. in fine. Catul. ‘Et laxas scombros saepè dabunt tunicas.’ Pers. Sat. 1. 43. ‘Nee scombros metuentia carmina nee thus.’

*Ilerdam]* Hæc urbs v. *Lerida*, Hispaniæ Tarragonensis, sive Cataloniæ, ad Secorim fluvium. Ejus ita meminit Lucanus lib. iv. ‘fundata vetusta Surgit Ilerda manu ; placidis prælabitur undis.’

15 *Qui male parentem]* Quidam rusticus asinum eernens ad præcipitem

rupem obstinate contendere, retrahebat pro viribus : at pertinax bestia renitebatnr: tum iratus ille asinum impulit quo tendebat, detrusitque in præcipitum.

17 *Ut pueros elementa docentem Occupet, &c.]* Ut atteraris vili manu senis enjuspiam balbi, pueros docentis elementa. Juvenalis pariter notat miseram hanc sortem cum Virgilii tum nostri Horatii. Sat. vii. 226. ‘cum totus decolor esset Flaccus, et hæreret nigro fuligo Maroni : Rara tamen merees,’ &c. Vide, si vacat, quæ ibi pridem annotavi.

18 *Extremis in vicis]* Ludimagistri scholam habere amant in triviis, in quæ incident ac desinunt plures vici, loco nempe maxime frequentato. Vel Horatius designat vilem magistrum in remotissima urbis regione habitantem.

19 *Cum tibi sol tepidus, &c.]* Cum vero non pueri tantum, sed et alii plures ad te audiendum confluxerint,

Me libertino natum patre, et in tenui re, 20  
 Majores pennas nido extendisse loqueris ;  
 Ut, quantum generi demas, virtutibus addas :  
 Me primis Urbis belli placuisse domique,  
 Corporis exigui, præcanum, solibus aptum,  
 Irasci celerem, tamen ut placabilis essem. 25  
 Forte meum si quis te percontabitur ævum,  
 Me quater undenos sciat implevisse Decembres,  
 Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

*crit, dices me libertini patris filium, quamvis non opulentum, extendisse alas ultra nidulum : scilicet ut tantum addas virtuti, quantum detraxeris origini. Narrabis gratiosum fuisse me Romæ optimutibus tan in bello quam in pace ; statura brevi, canum ante tempus, aprico gavism, iracundum, sed mitigari facilem. Quod si quispiam a te inquirat meam ætatem, discat me quater undecim hyemes decurrisse quo anno Lollius Lepidum collegam sortitus est.*

pr. Vat. Rom. 2. a m. sec. et Harl. 2. 7. *admovebat annos.* — 20 Vat. 5. a m. pr. Vat. 19. et Vallicel. 1. *patre natum.* Vid. 1. Sat. 6. 6. et 46. — 21 Vat. Rom. 3. aliusque codex ap. Pulm. — 22 *Ul generi quantum demas* Vat. Rom. 9. *demas generi Schoenborn. 4.* aliusque codex ap. Pulm. — 23 Chisian. 6. et duo codi. Pulmanni, *bello.* Schoenborn. 3. *domoque.* — 26 Schoenborn. 4. *percunctabitur.* — 27 Vat. Rom. 2. a m. pr. *undenum.* — 28 Schoenborn. 4. *Collegam.* Cuning. ex aure sua, *duxit quo.*

## NOTÆ

dum fervet æstus : vel sub vesperam et sole jam defervescente, cum dictata discipulis traduntur.

20 *Me libertino natum patre, &c.]* Multa de me tum narrabis, ex obscura origine evasisse in præclarum nomen ac splendorem, &c.

*Libertino nat. patre]* Vide 1. Sat. 6.

21 *Majores pennas nido extendisse]* Natalium ac generis ignobilitatem illustrasse me nobilibus scriptis.

23 *Primis Urbis]* Mæcenati, Augusto, Polioni, &c.

24 *Corporis exigui]* Noster 1. Sat. 3. ‘ longos imitaris ab imo Ad summum totus moduli bipedalis.’

25 *Irasci celerem, tamen ut, &c.]* Cic. ad Attic. 1. 14. scribit, ‘ irritabiles

esse animos optimorum sœpe viorum, eosdemque placabiles : et esse hanc agilitatem mollitiemque naturæ plerumque bonitati.’

27 *Quater undenos, &c.]* Annos ætatis quatuor et quadraginta complevisse, cum consulatum inirent Lollius ac Lepidus : anno scil. U. C. 732. Nam Horatius natus erat L. Manlio Torquato et L. Aurelio Cotta Coss. an. U. C. 688. ut dictum est iiii. Od. 21.

28 *Collegam Lepidum quo, &c.]* M. Lollius virtute singulari et Cæsaris gratia adeptus consulatum, gessit laudabiliter cum Q. Æmilio Lepido. Dio lib. liv. Ad eum sunt 1. Epist. 2. et 18. et iv. Od. 9.

# Q. HORATII FLACCI

## EPISTOLARUM

### LIBER II.

---

### EPISTOLA I.

#### AD AUGUSTUM.

Post splendidum et numerosum principium, quo landes Augusti egregie canit, subtiliter Augustum movet in favorem sui temporis poëtarum. *Buxt.* Cum Augustus, quemadmodum Suetonius in Vita Horatii tradit, questus esset, quod nihil ad se et de se scriberet; ne talem tantumque virum negligere videretur, scripsit, opinor, hanc Epistolam, qua in primis hoc egit, ut causam afferret, cur ad res Augnsti scribendas non accederet, præmissa historia quadam critica de poësi ejusque pretio apud Romanos. Ordo autem sententiarum, quem sequitur, hic est: Ne te, Auguste, occupationibus pro Reip. salute distentum morer, hæc pauca a me accipe. Romulus, Bacchus, Castor et Pollux, demum post mortem inter Deos sunt relati; verum populus tuus tibi vivo divinos tribuit honores; atque in hoc uno genere recte sentit, in poëtis æstimandis autem a vero et æquo recedit longe. Nam, spretis recentioribus, non nisi antiquissimos, velut Ennium, Nævium, Pacuvium, Accium, Afranium, Plantum, Cæcilium, laudat et legit. Interdum quidem recte judicat; sed ferri non potest, si negat vitia plane illis inesse, aut ob solam antiquitatem vel ob unum alterumve eleganter dictum poëmata ex toto magnifacit ac præfert, atque ita recentiora odit. Græci secus fecerunt, quibus novitas placuit ita, ut semper novi aliquid molirentur. Apud Romanos, qui olim juri, rei familiari operam dederunt, nunc mntato studio, pueri et patres, docti et indocti versus scribunt. Hoc studium insanum tamen habet hæc commoda: poëtæ, alieni ab avaritia et frandandi libidine, paucis sunt contenti; sermonem formant puerorum, fingunt mores, exemplis instruunt, hymnis celebrant Deos. Prisci agricolæ olim quotannis tempore festo cantabant Fescenina carmina; quæ cum nimis essent mordacia, postea pœna lata ad benedicendum sunt redacta. Postquam tandem Romani Græcorum literas cognoverunt, poësis quidem cultior est facta, et in primis Tragœdias, ad quas Rom. ingenium est aptius, scribere cœperunt, sed minus emendatas,

Multo minus res cessit in Comediis, præsertim cum populus magis spectaculis, rebusque quæ oculos ferunt, quam ludis scenicis delectaretur, et adeo poëtæ ab hoc genere poëseos deterrerentur. Verum ne quis forte putet, me reprehendere quæ ipse facere non audeam; confirmo, me poëtam comicum tragicumque bonum maximi facere. Ut vero et aliorum carminum existant idonei auctores, horum aliquam habeas velim rationem. Sed, fateor, nos poëtæ sæpe nobis nocemus, cum carmina tibi importune tradimus, reprehensione unius versus offendimur, nostris carminibus plus tribuimus quam par est, et statim præmia expectamus. Verumtamen probe videndum est, ut non indigno poëtæ res gestæ committantur et munera dentur, quemadmodum Chœriolo Alexander M. a cuius stultitia longe distat prudentia tua de Virgilio Varioque poëtis, quos et dilexisti et ornasti. Nam non magis per statuas apparent vultus virorum clarorum, quam mores animique eorum per carmen. Evidenter mallem tuas res carmine celebrare ac virtutes, quam Satiras scribere aut Epistolas, si modo pudor meus et ingenii tenuitas rerum tuarum caperet magnitudinem. Verum ut imago male expressa est dedecori, ita carmen malum magis est turpitudini quam honori.

CUM tot sustineas et tanta negotia solus,  
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,  
Legibus emedes; in publica commoda peccem,

*Quandoquidem, o Auguste, portas unus molem tot tantarumque rerum, Itiam armis defendis, institutis exornas, legibus corrigis, ego sane peccarem adversus uti-*

Epistola septima Libri secundi in Ed. Sanad.—1 *Dum tot Barberin.* 1. sustentes Cuning. ut supra 1. Epist. 18. 54.—2 Bamberg. Vatt. 1. 9. 19. Vat. Rom. 3. Chisian. 5. aliij ap. Lamb. *tuearis.* Bentl. conj. *mænibus ornes,* improbante Chishul. Inscript. Sig. p. 185.—3 Vat. 1. Florent. 1482. Venett.

## NOTÆ

1 *Cum tot]* Epistolam hanc sane eximiam expressit Augustus ab Horatio, cum ad eum scripsisset his verbis: ‘Iratum me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?’ Nempe legerat sermones Horatii Cæsar, suique nullam in eis factam mentionem ægre ferebat. Antea vero jam Sæculare Carmen imperaverat scribere, item Vindelicam victoriam privignorum suorum Tiberrii ac Drusi Neronum: Odarumque librum iv. Sueton. in Vita Horatii.

*Sustineas]* Summus Princeps alios quidem adhibet in consilium, at solus imperii molem sustinet. Talis est orbis judicio LUDOVICUS MAGNUS.

*Solus]* Discussis jam factionibus, victo Lepido, Antonio profligato.

2 *Res Italas]* Rom. Imperii splendorem.

*Moribus]* Optimis institutis, rectaque disciplina, quibus mores optimi formantur.

3 *Legibus emedes]* Cic. Philip. 1. ‘Lex est recta et a numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria.’ Suetonius Octav. 32. 34. &c. utiliter ab eo sancita ple-

Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.  
 Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux, 5  
 Post ingentia facta Deorum in templa recepti,  
 Dum terras hominumque colunt genus, aspera bella  
 Componunt, agros assignant, oppida condunt;  
 Ploravere suis non respondere favorem  
 Speratum meritis: diram qui contudit Hydram, 10  
 Notaque fatali portenta labore subegit,  
 Comperit invidiam supremo fine domari.  
 Urit enim fulgore suo, qui prægravat artes

*litatem publicam, si prolixa epistola interpellem occupationes tuas graviores. Romulus, et Bacchus, Castor atque Pollux, post magna facinora admissi in Deorum fana, dum in terris versantur cum hominibus, difficultia bella conficiunt, agros distribuunt, urbes adificant; doluerunt gratum animum non exhiberi meritis suis parenti. Qui savam hydram perenit, famosaque monstra sustulit labore fatali, cognovit invidiam sola morte vinci. Nam splendore suo accedit qui inferiorem industria-*

1483. 1486. 1490. 1514. et Lips. 1499. *in commoda publica.*—6 Exc. Sax. *ingentia fata, ut conj. Bentl. in templa reverti Vat. Palat. 4. in templa recipi Schoenborn. 2.—8 Cuning. *oppida formant.*—10 Vat. Palat. 5. *Spectatum.* Vat. I. *duram qui.* Vid. 111. Od. 6. 36. *contulit* Vat. 14. a m. sec. et Angelic. 1. *Ydram* Bamberg.—13 Unus Vat. et Schoenborn. 2. *splendore.* Zarot. Venett. 1481. 1483. 1486. 1495. Florent. 1482. et Lips. 1499. *pergravat.**

## NOTÆ

raque commemorat: et cap. 27. etiam in Triumviratu ‘recepisse morum legumque regimen perpetuum.’

5 *Romulus]* Quatuor primi versus instar Proemii sunt: jam Augustum extollit supra Heroës maximos, per comparationem. Vide 1. Od. 12.

*Liber pater]* Indorum victor, animum curis liberans, &c. De hoc alibi.

*Castor, Pollux]* De his 1. Ode 3. et 12.

6 *Deorum in templa recepti]* In Deorum numerum asciti.

7 *Aspera bella Componunt]* Multa in homines beneficia conferentes.

8 *Agros assignant]* Colonias deducendo vel mittendo, agrosque urbibus adjacentes iis distribuendo.

9 *Ploravere suis non respond. &c.]*

Questi sunt quod parum grati populi haud pares suis meritis honores deferrent.

10 *Diram qui contudit Hydram]* Hercules duodecim laboribus exaltatis clarus, quos celebrat Lucretius initio lib. v. Vide 1. Od. 3. et iv. Od. 4. ‘Non hydra secto corpore firmior Vinci dolentem crevit in Herculem,’ &c.

11 *Fatali]* Erat in fatis, non aliter inscrendum cœlo Herculem, quam debellatis monstris.

12 *Invidiam supremo fine domari]* Non ante mortem: et mox ratione ejus rci subdit. Quintil. Declam. ‘Res inter initia urunt: at livor mora solvitur.’

13 *Urit enim fulgore, &c.]* Qui certis præcellit horum excitat invi-

- Infra se positas: extinctus amabitur idem.  
 Praesenti tibi maturos largimur honores,  
 Jurandasque tuum per nomen ponimus aras,  
 Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.  
 Sed tuus hic populus, sapiens et justus in uno,

*triam opprimit: ipse vero mortuus diligitur. Videnti tibi cultum deferimus tempestivum, arasque erigimus, ad quas jurabunt per nomen tuum, profitentes nihil par tibi extitisse nihilque futurum unquam. Verum tuus ille populus in una re justus*



Schoenborn. 2. *prægravet*.—14 *Infra se positos Chisian.* 1. a m. sec. ‘Hanc esse veram lectionem, atque ita legisse Porphyronem, liquidum est ex ejus Commentario.’ Fea. Ita edidere Fea, Bothe, et Jaeck.—16 Vatt. 5. 7. Vatt. Rom. 5. 8. Bland. vetustissimus Cruquii, duo Bersmanni, et ed. Cadom. 1480. *per numen*: probat Bentl. receperunt inde Cuning. Sanad. Traj. ad Rhen. Mervill. Francis. Phil. Sandby, Dorigh. Wakef. Kidd. Fea, et Bothe.—17 Vallicel. 3. a m. sec. *aliter*. Bamberg. Schoenborn. 4. Vat. Rom. 2. a m. pr. Vat. Rom. 4. Vat. Palat. 3. Chisian. 1. 6. *nihil ortum*; et ita Cuning. ex ingenio; sequuntur Sanad. et Mervill. *tale loquentes* Vat. 2. *ferentes* Vat. 9. a m. pr.—18 Bentl. ex uno cod. *tuus hoc populus*, improbante Fea. Bentleium sequuntur Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill.

#### NOTÆ

diam, quia videntur sibi ab eo deprimi. At cum fato est functus, jam virtus ejus ab invidis etiam colitur, amplius non metuentibus viventis fulgore perstringi et obrui.

15 *Presenti tibi, &c.*] Tu, Cæsar, vivus etiam in deliciis es, invidiamque vicisti: quod est prorsus singulare. Nempe tua magnitudo cuncta superreditur: invidia vero non reperitur nisi inter æmulos et fere æquales. Adeoque solus honores diuinos adeptus vel dum hic inter nos degis.

*Præsenti]* Noster III. Od. 5. ‘*Præsens Divus habebitur Augustus.*’

*Maturos]* Jam viventi debitos. Servins ad Ecl. 1. ‘Augustus templo vivus meruit,’ inquit, citatque hunc Horatii locum. Propert. III. 4. ‘*Arma Dens Cæsar dites meditatur ad Indos.*’

16 *Jurandasque]* Aram tenentes iugabant olin.

*Tuum per nomen]* Theod. Marri-

lius vult, *tuum per numen*. Sed perinde est.

*Ponimus aras]* Vide IV. Od. 5. item Dion. lib. LI. ubi refert edictum Senatus de divinis honoribus Augusto tribuendis. Ovid. Fast. 1. ‘Cæsaris arma canant alii; nos Cæsaris aras.’ Tamen constat nullas Romæ fuisse, sed tantum in provinciis, nisi forte privatas. Sueton. Octav. LII. et Dio lib. LIV. decretas sibi ex Senatusconsulto haud accepisse, immo prohibuisse, narrant. ‘In urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore: atque argenteas etiam statuas olim sibi positas conflavit omnes: et ex iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit.’ De privatis aris Augusto erectis intelligendus ergo hic Horatius, item Ovid. ante cit. et de Ponto 1. 5. et 3. Eleg. 1. et Virgil. Ecl. 1. ‘illius aram Sæpe tener nostris ab ovibus imbuet agnus.’

18 *Sed tuus hic pop. &c.]* Transit ingeniose et solerter ad eos repre-

Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo,  
Cetera nequaquam simili ratione modoque 20  
Æstimat, et, nisi quæ terris semota suisque  
Temporibus defuncta videt, fastidit et odit;  
Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,  
Quas bis quinque viri sanxerunt, fœdera regum  
Vel Gabiis vel cum rigidis æquata Sabinis,  
Pontificum libros, annosa volumina vatum, 25

*et sapiens, nempe quod te Imperatoribus Romanis Gracisque præfert, non aqne  
bene judicat de aliis rebus: scilicet negligit atque aspernatur omnia, præterquam  
quæ terris abstracta iudicium præterita compert: adeo vetusta probans, ut tabu-  
las delinquare prohibentes a Decemviris constitutas, fædera regum Romanorum seu  
apud Gabios, seu cum severis Sabinis composita, ius Pontificale antiqua rutilum*

Phil. Sandby, Dorigh. Wakef. et Kidd.—19 *Te Grais ducibus, te nostris anteferendo conj.* Zach. Pearce.—22 Vallicel. a m. pr. *vidit.*—23 *Sic factor Vat.* Rou. 4. et Schoenborn, 2.—24 Venet. 1492. *saxere et sedera.* Vallicel. 1.

## NOTE

hendendos, qui vetera sectantur, et  
quævis nova fastidiunt absque dis-  
crimine et judicio.

21 *Terris semota*] Ex hominum conspectu ablata; carmina poëtarum mortuorum.

23 *Tabulas peccare retantes*] Leges XII. Tab. quas Decemviri, ad instar legum Solonis, composuerunt, an. U. C. 302. Porro quæ in eis continentur hand comperta omnino, nisi quod pauca, quæ ad morum disciplinam et judicia spectant, intercise auctores produnt, ut ait Alex. ab Alex. vi. 10. ubi et fragmenta quædam earum pervetusta et obsoleta refert. ‘In urbe ne urito, neve sepe lito . . . si quid agro plantaveris, quinque pedes a vicino abesto,’ &c.

24 *Fædera regum, &c.*] Duplex notat fœdus: alterum a Tarquinio Superbo cum captis civibus Gabiis, in ipsa urbe: alterum a Romulo cum Tito Tatius Sabinorum rege; et hoc 'æquatum,' sive æquis factum conditionibus; non autem prius illud.

quod iniquum potius dicatur: ut bene  
observat Theod. Marcil. De priori  
fædere Dion. Halic. lib. iv. de poste-  
riori lib. ii. ubi scribit constitutum  
esse, ut 'Romæ reges essent æque  
Romulus et Tatins, paribus suffra-  
giis, et æqualiter honoribus frueren-  
tur.'

25 *Gabiis*] De his Liv. lib. 1.  
Vide Not. nostras 1. Epist. 11. et  
15.

*Sabinis]* Liv. cit. nos ad Epondon II.

26 *Pontificum libros*] Compositos a Numa, continentis ritus sacrificiorum, precatio-nes, &c. Annales etiam significari volunt. Cic. de Orat. 1. n. 193. ‘In jure civili, et in Pontificum libris, et in duodecim tabulis plurima est antiquitatis effigies: quod et verborum prisca vetustas cognoscitur, et actionum quaedam genera majorum consuetudinem vietamque declarant.’

*Annosa volumina ratum] Attii Na-*

**Dictitet Albano Musas in monte locutas.**

**Si, quia Græcorum sunt antiquissima quæque**

*prædicta, a Musis in monte Albano fuisse dictata asserat. Atqui si quoniam scripta*

.....

*scripserunt.—27 Dicat et Vat. Rom. 4. Dictitat Vat. Palat. 6.—28 Sed quia tres codd. ap. Jaeck. Graiorum codex unus Pulm. duo Torr. et Bentl. notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1501. Bibl. Vat. et 1509. Bibl. Barb. adoptavit Bentl. sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cnn. San. Dorigh. Wakef. Wetzel. Kidd. et Jaeck. Confer potius infra vs. 161. et de Arte Poët. 268.*

#### NOTÆ

Æn. v. Macrob. Sat. i. Marcii duo vaticinia satis incondita profert Li- vius xxv. 12. alterum Cannensem cladem prædicens, alterum jubens institui ludos Apollinares. Non pi- gebit ea describere. Prius sic ferme canebat: ‘Amnem Trojugena Can- nam Romane finge, Ne te alienige- næ in campo cogant Diomedis Con- seruisse manus pugnantem. Sed ne- que eredes Ante mihi, doncum com- pleris sanguine campum: Multaque millia cæsa tuorum deferat amnis In pontum magnum de terra frugife- rente: Piscib' pennigerisque feris- que colentib' terras Ut fuat esca caro tua. Nam m' ita Jupiter infit.’ Posterius carmen obscurius perplexi- usque scripturæ genere, ut ait Li- vius, ita fere habebat: ‘Romulidæ si perduelles expellere voltis, Et vo- micam gentum, quæ longe alienige- narum Venit; Apollineri voveatis censeo ludos, Qui Deo Apollineri fiunto come quotannis, Quom jam poplicitus populos dederit stipi' partem: Conferiunto privatim pro se- que suisque. Et Prætor ludis faci- undis ollu' præesto, Qui summum po- polo plebique endo urbe dabit jus. At bis quinque viri Græco sacra ritu obeunto: Hæc si faxitis, recte gau- debiti' semper: Atque adeo fiet me- lior res poplica vestra. Nam is Dius vestros perduelles stinget ad unum, Qui vestros campos placide nunc ru-

raque pascunt.’

27 *Albano Musas in monte locutas]* Quia monticolæ sunt Musæ, hinc Horatius Musarum Latinarum sedem collocat apud Albanos tumulos, in medio Latii, ubi communia sacra Latinorum celebrari solebant. Turneb. Alii mimice in Albano Musas collocari a Poëta nostro volunt; nempe ob rusticitatem Albani mon- tis, quæ tanta quidem, ut Virgilius, Albanorum regum gesta exorsus scri- bere, omiserit nominum asperitate deterritus; quod testatur Servius ad Ecl. vi. Alii cum Acrone alludi putant ad colloquia Numæ cum Ege- ria nymphæ, in monte Albano; præ- sertim cum Egeriam unam de Musis fuisse scribat Dionys. Halic. lib. ii. et Plutarch. in Numa; quanquam Tull. Leg. i. eos ut imperitos et bar- dos explodit qui Numam cum Egeria collocutum credant, item qui apicem Tarquinio ab aquila impositum.

28 *Si quia Græcorum, &c.]* Refellit Poëta vulgi opinionem. Apud Græ- cos, inquit, vetustissimi quidem pa- riter etiam optimi sunt. At non ita se habet de scriptoribus Latinis. Im- mo contrarium omnino fieri judicium debeat. Atque tam falsum est arbit- trari Latinorum antiquissimos esse præstantissimos, quam affirmare oli- vam nihil intus, nucem extra nihil duri habere; item quam contendere pictores, cantores, athletas Rōmanos

Scripta vel optima, Romani pensantur eadem  
 Scriptores trutina, non est quod multa loquamur : 30  
 Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.  
 Venimus ad summum fortunæ : pingimus, atque  
 Psallimus, et luctamur Achivis doctius unctis.  
 Si meliora dies, ut vina, poëmata reddit,  
 Scire velim, pretium chartis quotus arroget annus : 35  
 Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter  
 Perfectos veteresque referri debet, an inter  
 Viles atque novos ? excludat jurgia finis.

*Græcorum vetustissima etiam præstantissima existunt, Latini Scriptores simili ratione cœstimentur ; pluribus verbis non est opus : nihil in oliva, nihil extra nucem duri est : fortunæ apicem attigimus : pingimus et canimus et luctamur solertia quam Græci. Si tempus meliora facil carmina perinde ac vina, quero quot anni auctoritatem dent libris. Scriptor ab annis centum mortuus debetne censeri inter veteres et bonos, an inter ignobiles et recentiores ? Definitio temporis decidat con-*

\*\*\*\*\*

286.—29 Vatt. 2. 4. Chisian. 5. alii codd. ap. Lamb. et Harl. 6. pensentur.—  
 30 Vat. 12. Bentl. ex conj. *olea* ; deinde Mervill. Wetzel. et Kidd. *nihil extra* duo Vatt. et Cuning. *nihil extra in* Schoenborn. 4.—32 Tres Vatt. unus Bersmanni. Chisian. 6. et Angelic. 2. *ad summam* ; et sic legi jussit Chishull. recepit Jaeck. *pangimus* Chisian. 5. et Vallicel. 3.—33 Duo codd. ap. Valart. *fortius*. Vat. Rom. 5. a m. pr. *doctius*. Entyches ap. Putsch. c. 2179. *scitus*, quod in textum invexit Fea.—34 Schoenborn. 2. *reddat*. Schoenborn. 4. *reddunt*.—35 Vatt. tres, duo Vatt. Rom. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. Chisian. 1. 6. Vallicel. 1. et Bamberg. *chartis pretium* ; ita alii MSS. apud Cruq. Pulm. Torr. et Oberl. edit. Venn. 1481. 1486. 1490. Lips. 1499. Cruiquinus adoptavit tanquam mollius, inde Talb. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Sandby. Dorigh. Al. *pretium chartis*.—37 Schoenborn. 2. Gott. Harl. 2. 4. 7. alii ap. Feam, *veteresne*. Schoenborn. 2. *ut inter*.—38 Vat. 15.

#### NOTÆ

Græcis antecellere : quæ quidem aperie a vero et ab omnium judicio abhorrent.

31 *Nil intra est oleam, &c.*] Proverbialis sermo iste usurpari solet in eos qui negant manifeste vera, vel assertunt perspicue falsa. Enimvero quid certius quam in oliva esse os, et extra nucem esse putamen durum?

*Oleam*] Olea proprie est arbor, olivea fructus : attamen utraque vox in utraque significatione ponitur.

32 *Venimus ad summum fortunæ*]

Uno absurdo posito, multa consequuntur absurdia. Nempe dicamus deinceps, inquit Poëta, nos fama esse celebriores Græcis, et artium peritores ; quamvis hactenus ii præstare omnibus crediti sint.

33 *Unctis*] Athletæ ungebantur ante palestram, ut olei virtute membra fierent tum robustiora, tum etiam lubrica et teneri difficiliora.

34 *Si meliora dies*] Aliud argumentum a dissimili.

- ¶ Est vetus atque probus, centum qui perficit annos.  
 ¶ Quid? qui deperiit minor uno mense vel anno, 40  
 Inter quos referendus erit? veteresne poëtas,  
 An quos et præsens et postera respuet ætas?  
 ¶ Iste quidem veteres inter ponetur honeste,  
 Qui vel mense brevi vel toto est junior anno.  
 ¶ Utor permisso, caudæque pilos ut equinæ 45  
 Paulatim vello, et demo unum, demo etiam unum;  
 Dum cadat elusus ratione ruentis accervi,

*troversiam. Vetus et perfectus est qui ante annos centum obiit. Quid vero qui uno mense vel anno junior interiit, quibus annumerabitur? an antiquis, an iis quos ætas nostra et secutura negliget? Ille, inquis, inter veteres recte censetur qui mense duntaxat vel anno posterior fuerit. Ego concessum assumo, et minutatim detruho quasi pilos caudæ equinæ; atque diminuo unum itemque alterum, donec dilabentis cumuli ratione deceptus vincatur qui annos numerat,*

\*\*\*\*\*

*excludit. Vat. Palat. 3. excludet.—41 Bentl. conj. veteresque probosque. Vatt. sex Vat. Rom. 5. Vallicel. 1. Barberin. 2. Harl. 2. 3. alii codd. ap. Pulm. Cruq. Torrent. Bentl. et Valart. respuat; ita notatum in ora editionis Aldi 1501. in Bibl. Vat. revocavit in textum Bentleius, inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. dubitative; non absolute, ut aliaæ lectiones respuit, vel respuit. Harl. 4. 6. 7. respuit.—45 Utor promisso edd. primæ ante Ald. 2.—46 Vat. 9. et unus Pulm. vello. Bentl. ex codd. demo et item unum; ita octo codd. ap. Feam, alii ap. Torrent. et Oberlin. notatum ex cod. in Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. landat in nota Torrent. reeperunt anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill..Phil. Dorigh. Wakef. et Kidd. itidem unum Vat. Rom. 5. a m. sec. et in eodem a m. pr. idem unum.—47 Dun cadet Harl. 3. 6. Vet. Comb. et al. vett.—48 Viginti*

### NOTÆ

39 *Est retus atque, &c.]* Responsio est adversarii, quam mox convellit Horatius.

43 *Iste quidem veteres]* Ita loquitur adversarius.

45 *Utor permisso]* Tua responsione utor, ac te expugno, inquit Poëta.

*Caudæque pilos ut equinæ, &c.]* Ex historia Sertorii, qui ut barbaros ac ferociores militum suorum animos erendiret, duos equos adduci jussit, alterum imbecillum, alterum validum. Imbecilli apposuit virum fortis, valido infirmum. Dato signo vir fortis equi imbecillis candam ambabus captans manibus totam simul abstrahere et avellere nitebatur frus-

tra: contra vir infirmus fortis equi caudam brevi denudavit, singulos pilos evellens. Tum assurgens in concione Sertorius ait: Videtis, commilitones, industriam plus posse quam vires: sic quæ uno impetu superari nequeunt, paulatim arte et patientia vincuntur. Plutarch.

46 *Demo unum, &c.]* Singulos annos demendo paulatim, corrnet acervus ille tuus annorum centum: sensimque deducam te ad postrema tempora. Porro licebit milii semper unum annum detrahere; si quidem concessionisti, ‘inter veteres honeste ponи qui toto anno junior est.’

47 *Dum cadat elusus ratione ruentis*

**Qui** redit ad fastos, et virtutem æstimat annis,  
Miraturque nihil nisi quod Libitina sacravit.

**Ennius**, et sapiens et fortis, et alter Homerus,  
Ut critici dicunt, leviter curare videtur

**Quo** promissa cadant, et somnia Pythagorea.

**Nævius** in manibus non est, et mentibus hæret

50

*et ex vetustate bonitatem colligit; quique nihil laudat nisi quod mors conseruit.*  
*Ennius et sapiens et strenuus et Homero secundus, ut aiunt censores, parum sollicitus est quo deveniant pollicita et somnia Pythagore. Nævius haud legitur, et ani-*

\*\*\*\*\*

codd. Feæ, Gott. Harl. 2. 3. 6. 7. alii MSS. apud Torr. Bentl. et Oberl. notatum ex Ms. in editione Aldi 1509. Bibl. Barb. landat in nota Torr. restituit Bentl. inde anonymous 1713. Cun. San. Mervill. Dorigh. Wakef. *fastus* Gott. a m. pr. aliquie codd. veterimi ap. Heins. ad Ovid. Fast. 1. 11.—49 Barberin. 2. *nisi quid.*—50 Schoenborn. 3. *ut alter.* Schoenborn. 4. *Ennius est sapius*, cui etiam Zach. Pearce assentit.—51 Pearce interpungit ita: (*Ut critici dicunt;*) *leviter, &c.* Schoenborn. 4. *breviter.* Vat. 19. et Vat. Rom. 9. *leniter.*—52 Schoenborn. 2. *cadunt.* Angelic. 1. a m. pr. *cadant insomnia.*—53 Dousa ex ingenio: *nunc est.* Bentl. *non est* accipit interrogative. at

#### NOTÆ

*acervi]* Allusio est ad soriten, quæ argumentatio multarum est acervus propositionum; quas dissolvendo singulas, tota vis argumenti solvitur. Sicut autem Chrysippus sistendum in una e propositionibus nequicquam dicebat; ita hic annos non posse definiri ostendit Horatius. Chrysippum suggillat Persius ad calcem Satiræ ultimæ: ‘Depunge ubi sistam, Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.’

49 *Libitina]* De hac vide III. Od. 30. et II. Sat. 6. 19.

50 *Ennius, et sapiens, &c.]* Ennius ipse a critici agnoscitur pleraque negligenter scripsisse, adeoque parum memor esse promissorum suorum atque somniornum; quamvis ex Pythagoræ opinione et metempsychose, Homeri in se animam transmigrasse venditasset, et poëtica ejus facultate ac spiritu se informatum. De ea IV. Od. 8. 20. et I. Sat. 10.

*Sapiens]* Quia cor triplex se habere dicebat, nempe quod triplicem

lingnam calleret, Græcam, Oscam, Latinam. Gell. xvii. 17.

*Fortis]* Quia militavit. Cic. Tusc. 1. et pro Licinio Poëta. Claudian.

*Alter Homerus]* Homerica poëseos virtute imbutus.

51 *Critici]* Grammatici; vel critici ab Augnsto instituti ad recensendos libros in Palatina bibliotheca colloquendos. Vide supra I. Epistola 19. et postea Epist. seq.

52 *Somnia Pythagorea]* Ennius ipse de se, Annal. I. ‘In somnis militi vi-sus Homerus adesse poëta.’ De his vide quæ amplius annotavi pridem ad Pers. Sat. VI. 10. ‘Cor jubet hoc Enni, postquam desterruit esse Mæonides Quintus pavone ex Pythagoreo.’

53 *Nævius in manibus non est, &c.]* Nævii scripta, quippe quæ memoria tenentur, non leguntur amplius, nec egent subsidio literarum, tam hærent animis, ut etiamnum recentia videantur. Nævius Ennio antiquior. Cicero in Bruto sic Ennium alloqui-

Pæne recens? adeo sanctum est *vetus omne poëma*.

Ambigitur quoties uter utro sit prior; aufert 55

Pacuvius docti famam senis, Accius alti:

Dicitur Afranî toga convenisse Menandro;

*mo tenetur velut novus: adeo sacratum est omne carmen antiquum. At cum expeditur quis alio sit præstantior, Pacuvius docti senis, Accius excelsi existimationem obtinet: Afranii toga Menandro congruere putatur, Plautus currere ad instar Epi-*

mentibus Dacer, non mentibus Sanad. horret Schoenborn. 3.—54 *Pæne recens?* interpungit Bentl. et cum eo anonymus Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zenn. Jaeck, et Kidd. *non est? non... Pæne recens? Adeo... poëma!* Sanad. et Dorigh. Alii delent interrogandi notam.—56 Codd. ap. Fea et Jaeck, *Actius*, vel *Attius*. ‘*Accius fere accuratiores: sic etiam Steph. in Fragm. Manut. Orthogr.*’ Gesn.

#### NOTÆ

tur: ‘A Nævio sumisti multa, si fateris; vel si negas, surripiuisti.’ Campanus fuit, stipendia meruit bellis Punicis; de quibus et carmen condidit: scripsit Comœdias et Tragœdias stylo in primis eruditio et gravi. Romæ primates probris insectatus, a Triumviris in vincula conjectus; inde palinodia cantata exemptus est. Epigramma superbiæ Campanæ plenum hoc ab eo factum traditur: ‘Immortales mortales si foret fas flere, Flerent divæ Camœnæ Nævium poëtam. Itaque postquam est Orci traditus thesauro, Obliti sunt Romæ Latina loquier lingua.’ Nævium laudant Varro, Tullius, Festus, Nonius, Gellius, &c.

55 Aufert *Pacuvius docti famam senis*] Pacuvius Q. Eunii nepos, ut aiunt Eusebius et Plinius, Brundusio oriundus, Romæ claruit ingenii et bonarum disciplinarum luminibus. Tragœdias bene multas egregie scripsit: Hermionam, Atalantam, Antio pam, Illionam, Medeam, Teucrum, &c. L. Accio paulo antiquior ad annos nonaginta consenuit. Hinc *senex* ab Horatio dicitur. Tullius eum præfert omnibus in Tragœdia. ‘Omnes apud hanc ornatos elaboratos esse versus,’ ait lib. de Orat.

*Delph. et Var. Clas.*

*Horat.*

56 *Accius alti*] Quintil. x. 1. ‘Accius atque Pacuvius clarissimi gravitate sententiarum, verborumque pondere, et auctoritate personarum. Ceterum nitor et summa in exercitendis operibus manus magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse. Virium tamen plus Accio tribuitur. Pacuvium videri doctiorem qui esse docti affectant volunt.’ Cicero plerisque locis Accium laudat, ejusque versus affert, maxime vero de Nat. Deor. II. Vide quæ de eo jam annotavi I. Sat. 10.

57 *Dicitur Afranî toga convenisse Menandro*] Afranius Menandrum prope adæquasse fertur. Afranius poëta comicus Romæ celebratus est togatis fabulis, a toga Rom. dictis; quia de rebus Romanis tractant. Menandrum imitatus est præcipue, et ab eo non pauca sumvit. Ingenio et salibus excelluit, necnon summa elegantia et venustate dictionum. Eum laudat Tullius in Bruto. Quintil. ‘In togatis excellit Afranius,’ inquit. Gell. XIII. 8. Afranii carmen commendat, in quo sic loquitur de Sapientia: ‘Usus me genuit; mater peperit memoria. Sopham vocant me Graii, vos Sapientiam.’

*Menandro*] De eo Poëta comicus

4 H

Plantus ad exemplar Sieuli properare Epicharmi;  
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

*charmi Siculi; Cæcilius gravitate, Terentius artificio præstare. Hos ediscunt ac*

*Attius Lamb.—59 Pearce ad finem hujus versus interrogandi notam ponit.—*

#### NOTÆ

Atheniensis dictum est II. Sat. 3. 11.

pientiae, non temere credere.'

58 *Plautus ad exemplar, &c.] Egregie Epicharmum imitari in fabulis constituendis et ornandis, atque ad exitum scite perducendis. Plantus, ex Umbria oriundus, ingenio fuit perurbano et maxime festivo. In urbe floruit iisdem temporibus quibus Pub. Scipio et M. Cato. Comœdias scripsit viginti quinque, ex Lælio. Latinæ parens et princeps elegantiae dicitur Gellio: et Musas, si Latine loqui vellent, Plautino sermone locuturas, ait Varr. Stolone. Quintil. cit. Mortuus est P. Claudio et L. Portio Coss. Catene Censore, ex Cicer. de Clar. Orat. n. 60. Hoc sibi Epitaphium fecisse dicitur: ' Postquam morte est captus Plantus, Comœdia luget, scena est deserta: Deinde risus, ludusque, jocusque, et numeri innumeris simul omnes collacrymarunt.'*

59 *Cæcilius] Statius Cæcilius, Mediolanensis, ut volunt quidam: scribendis Comœdiis in urbe excelluit. Ennii familiaritate ac Terentii usus, hujus etiam scriptorum censor. Fabulae Cæcilius plus triginta a veteribus celebrantur: Nauclerus, Plocius, Ephestion, Syraensæ, Pausimachus, Epiclerus, Fallacia, Fœnator, &c. Quintil. 'Cæcilium veteres laudibus ferunt,' inquit.*

*Terentius] Pub. Terentius Poëta comicus, Carthagine oriundus, puer adductus Romam, Terentii Lucani patroni diligentia institutus ac brevi manumissus, ob egregiam iudelem, ingenique facilitatem et elegantiam. Pub. Scipione et C. Lælio usus est familiariter, aliisque primoribus civitatis. Statium Cæcilium maxime observavit, eumque censore adhibebat. Sex fabulas scripsit ab Apollodoro et Menandro Græcis Poëtis translatas tanta Latini sermonis proprietate et venustate, ut ab eruditis quibusque mire landetur. Cicero ad Attic. 'optimum Latinitatis auctorrem' dicit. Quintil. jam cit. 'Terentii scripta ad Scipionem Africanum referuntur,' nempe ob singularem elegantiam. Ansonius: 'Tu quoque qui Latium lecto sermone, Terenti, Comis et astricto percurris pulpita socco.'*

*Properare] Hæc vox indicat officium gnari Poëtæ, de quo in Epist. ad Pis. vs. 148. 'Semper ad eventum festinat.'*

*Siculi Epicharmi] Hic Pythagoræ auditor, quædam de natura rerum et medicina, complures autem Comœdias præclare scripsit: quin et ei Comœdia inventum aliqui tribunnt. Ab eo multa certe Plato delibavit. Tull. ad Atticum I. 19. 'Vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam: Νῦφε, καὶ μέμναστι πιστεῖν ἄρθρα ταῦτα τῶν φρεῶν.' Et de Petit. Consul. n. 30. 'Quamobrem,' inquit, 'Ἐπιχαρμέων illud tenetο: 'Nervos atque artus esse sa-*

*Arte] Terentii solertia præcipua fuit in exprimendis moribus; quam satis nemo laudare queat. Vide Donat. in Terent. Julius Scaliger Poët. III. 97. 'Lectissimam orationem et*

Hos ediscit, et hos arcto stipata theatro	60
Spectat Roma potens; habet hos numeratque poëtas	
Ad nostrum tempus, Livî scriptoris ab ævo.	
Interdum vulgus rectum videt; est ubi peccat.	
Si veteres ita miratur laudatque poëtas,	
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat:	65
Si quædam nimis antique, si pleraque dure	

venerantur Romani angustiore theatro courcati: hos cestimant ac censem poëtas ab ætate Lirii Andronici usque ad nostram. Vulgus aliquando recte judicat, alias aberrat. Si veteres poëtas adeo extollit et amat, ut nihil magis, nihil par credat, hallucinatur. Si vero quædam obsolete, nonnulla incondite, plurima negligenter eos



60 *Hos edicit* Vat. Rom. 9. *Hos edixit* Schoenborn. 3. *et hos arto* Bamberg.—62 Vat. Palat. 1. et Clusian. 5. *ad vestrum*. Vid. Art. Poët. 270.—63 *Interdum vulgus vidit est rectum ubi peccat* Schoenborn. 2.—65 *Ut nil* Cuning. *Ut nil...nil* Vat. 14. et Vallicel. 3. *comparat* Schoenborn. 3.—66 Schoenborn. 4.

#### NOTE

artem summam Terentii' dicit.

60 *Arcto*] Præ multitudine afflu-  
entium spectatorum.

62 *Liri*] Livius Andronicus Poëta Epicus Romæ floruit eo tempore quo S. P. Q. R. pacem fecit cum Poenis. Utraque lingua primo docuit, non sine magna commendatione sui nominis. Epos apud Latinos primus digne scripsit, gesta populi Rom. duodevigineti complexus libris, qui Annales Liviani dicti sunt. Hymnos etiam Deorum composuit, inquit Diomedes. Vide T. Liv. init. lib. VII. et Cic. Tusc. I. initio, &c.

*Liri scriptoris ab ævo*] Cum Poenis pace facta, Claudio Centone Appii Cæci filio et M. Sempronio Tuditanu Consulibus, anno post urbem conditam 514. primus omnium L. Livius Poëta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus fere 160. post Menandri annis circiter 52. Anno dehinc ab U. C. 519. C. Nævius Poëta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro ait bello Punico primo stipendia fe-

cisse: idque ipsum Nævium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Annis deinde fere post 15. M. Cato Orator in civitate, et Plantus in scena floruerunt. Neque magno intervallo postea Q. Ennius, et juxta Cæcilius, et Terentius, ac subinde Pacuvius, et Pacuvio jam sene Accius, clariusque tunc in poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit. Hæc fere ex Gellio XVII. ult. Quintilianus I. x. cap. 2. scribit: 'Nihil in Poëtis supra Livinm Andronicum, nihil in Historiis supra Pontificum Annales.'

66 *Nimis antique*] Ἀρχαῖκῶς, Gall. à la vieille mode. Videtur Horatius loqui ex Augusti sententia. Sueton. Octav. cap. 86. 'Cacozelos et antiquarios ut diverso genere vitiosos pari fastidio sprevit.' Ipse nimirum 'genus eloquendi securus elegans et temperatnm, vitatis sententiarn in epiis, atque inconcinnitate et re conditorum verborum, ut ipse dicit, fœtoribus.'

Dicere cedit eos, ignave multa fatetur,  
 Et sapit, et mecum facit, et Jove judicat æquo.  
 Non equidem insector, delendave carmina Livî  
 Esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo      70  
 Orbilium dictare; sed emendata videri  
 Pulchraque, et exactis minimum distantia, miror:  
 Inter quæ verbum emicuit si forte decorum, et

*scripsisse existimat et agnoscit; recte censem, mihi astipulatur, et propitio Jove fert judicium. Haud ego certe despicio nec proscribo poëmata Andronici, quæ recordor mihi puerō dictata ab immitti Orbilio. Sed accurata, eximia, et fere perfecta censerī, indignor: inter quæ si forte dictio quæpiam elegantior, siue versicu-*

pluraque. Chisian. 5. a m. pr. si pleraque dura.—67 *Dicere credit* Schoenborn. 2. 3. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. ap. Lamb. omnes ap. Feam, et edd. antiqu. credat Venet. et Glarean. ap. Zeun. *cedit* Bentl. ex uno codd. inde Baxt. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Gesn. Dorigh. Bipont. Oberlin. Comb. Wakef. Zeun. Kidd. Jaeck, et Döring. *fatemur* Schoenborn. 2. 3.—69 Harl. 4. 6. 7. aliquie codd. quamplurimi, eum edd. antiqu. *delendaque*. Sed *delendave* Vat. 1. a m. pr. Vatt. 7. 15. 24. Vallicell. 3. alii MSS. apud Cruq. et Torr. qui laudant in nota, alii apud Val. ita notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. revocavit in textum Baxt. inde Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Gesn. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zenn. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Döring. *Læri* ex uno cod. Bentleius; et sic Exc. Sax. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. et Kidd. refutat Wetzel.—70 Ald. 1519. in Biblioth. Angelic. notatum habet in marg. *memini quem.*—72 Chisian. 5. *parum distantia.* Vatt. 7. 24. Angelic. 1. aliquique codd. ap. Cruq. *nimum.*—73 Vat. 19. a m. pr. *enituit.* Cuning. ex aere sua, *emicuit verbum si.* In fine versus et non habetur in Harl. 4. Vat. Rom. 8. uno Pulmanni, duobus Bentl. totidem Torrent. item in edd. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Dorigh. Wetzel. Kidd. Fea, Bothe,

## NOTÆ

68 *Jove judicat æquo]* Reete sentit et judicat. Iupiter omnis æquitatis fons, ut et scientiæ ac sapientiæ. Unde Minervam ex ejus cerebro procreatam dixerunt.

71 *Plagosum Orbilium]* Magistrum meum, frequentes plagas infligere solitum. Sueton. de Illustr. Gramm. cap. 9. sic habet: ‘Orbilius Pupillus Beneventanus, anno quinquagesimo Romanam migravit, Consule Cicero: docuit majore fama quam emolumento. Naturæ fuit acerbæ, non modo in antisophistas, quos omni sermone laceravit, sed etiam in discipulos.’ De eo Domitius Marsus: ‘Si

quos Orbilius ferula scuticaque cecidit.’ Vixit ad annum ætatis prope centesimum, amissa jam pridem memoria: unde est Bibacnli versiculus: ‘Orbilius ubinam est, literarum oblio-  
vio?’

*Videri exactis minimum distantia, miror]* Pariter de Livii Andronici scriptis censem Tullius. Quippe ejus fabulas non satis dignas legi asserit, in Bruto, de Senectute, &c.

73 *Verbum emicuit si forte decorum, &c.]* Atqui assutum crassæ ac vili togæ frustum pauni fulgentis præclaram vestem haud facit, ut est in Epist. ad Pis. vs. 15. Nec laudatur cælator

Si versus paulo concinnior unus et alter,  
Injuste totum dicit venditque poëma. 75  
Indignor quicquam reprehendi, non quia crasse  
Compositum illepideve putetur, sed quia nuper;  
Nec veniam antiquis, sed honorem et præmia posci.  
Recte necne crocum floresque perambulet Attæ

*lus unus aut duo renustiores apparent, inique profecto carmen integrum ostentat et venditat. Ægre fero quidvis culpari, non quod rustice vel imperite scriptum, sed quod reens; ac veteribus non indulgentiam, sed dignitatem et palmarum exigi. Si expendam utrum apte an nou Attæ fabula incedat per crocum et flores, universi*

Jaeck, et Dæring.—75 Harl. 7. et Vet. Comb. *Injuste.* Vat. Palat. 1. *ducit totum.* Bentl. *renitque,* ex uno codd. Pearce nihil mutandum esse putat.—76 Cuning. *reprendi.*—77 Harl. 2. 7. Chisian. 1. et Angelic. 3. *illepideque.*—78 Cuning. ex aure sna, ac *præmia;* et ita notatum ex cod. in marg. Ald. 1509. in Biblioth. Barberin.—79 Codd. quidam ap. Feam, *perumbulat Atæ,*

## NOTÆ

sat feliciter ære exprimens quidem ungues et capillos; at infelix operis summa, quia totum bene effingere nesciet. Ibid. vs. 32. Vide ibi Not.

75 *Dicit]* Producit in publicum et in scenam, velut opus numeris omnibus absolutum. Metaphoram volunt esse a mangonibus ac negotiatoribus servos venales producentibus. Quintil. Declam. 340. ‘Mango novitum puerum per publica rostra dicit prætextatum.’

76 *Venditque]* Ædiles a poëtis emanabant poëmata.

76 *Crasse]* Crassa et pingui Mi-  
nerva, ut aiunt.

77 *Illepide]* Sine lepore.

78 *Nee veniam antiquis, &c.]* Exca-  
sandos quidem fateor veteres, si ru-  
dia, crassa, incondita pleraque ha-  
beant: nec enim ars ulla statim per-  
fecta fuit: at indignor eos absolute  
laudari et venditari quasi nihil non  
accuratum et prorsus elaboratum  
scripserint. Vide Tull. de Orat. ubi  
de veteribus sentit ac dicit idem cum  
Horatio.

*Honorem et præmia]* Imagines poë-

tis erectas in bibliotheca Palatina:  
de quibus Persins in prologo, &c.  
Item applansum in theatro. *Præmia*  
etiam, quod pretium carminis ad lu-  
dos poëtæ solveret Ædilis vel Præ-  
tor. Hinc sequitur: ‘Gestit etiam  
numnum in loculos demittere.’

79 *Recte necne crocum, &c.]* Si du-  
bitem an Attæ fabula mereatur in  
scenam produci floribus conspersam  
et odoribus perfusam de more. Nam  
ea fuit olim consuetudo. Lucret. lib.  
II. ‘Et cum scena croco Cilici per-  
fusa recens est.’ Propert. iv. 1. ‘Pul-  
pita solennes non oluere crocos.’ Plin.  
1.6. ‘Crocum vino mire congruit præ-  
cipue dulci, tritum ad theatra replen-  
da.’ Spartianus in Hadriano: ‘In  
honorem Trajani balsama et crocum  
per gradus theatri fluere jussit.’ Vide  
Senec. Epist. 91.

Attæ] T. ille Quintins Togatarum  
scriptor a quibusdam magnopere com-  
mendatur. Attæ cognominatus ob  
pedes aut crura vitiosa. Nam attæ  
dicuntur qui eo pedum vitio laborant,  
ut videantur magis inniti plantis, quam  
libere ambulare, ut observat Crinitus.

Fabula si dubitem, clament periisse pudorem 80  
Cuncti pæne patres; ea cum reprehendere coner  
Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit:  
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt;  
Vel quia turpe putant parere minoribus, et quæ  
Imberbi didicere, senes perdenda fateri. 85

*prope seniores exclamabunt rereundiam nullam esse, quoniam haud dubitem ea redarguere quæ acta sunt ab Esopo gravi et a solerte Roscio: seu quod nihil bonum aestimant nisi quod ipsis placuit; seu quod indignum arbitrantur cedere junioribus, et senes confiteri abiicienda quæ pueri didicерunt. Nunc qui Salvorum carmen a*

vel *Actæ*. Gott. in marg. *Acci*. Schoenborn. 2. *Apte*.—80 Schoenborn. 2. *duodecim ap.* Feam, *tres Torrentii*, et *duo Bersmanni*, *clamant*. Ceteri codd. et edd. *omnes clament*.—81 Cuning. *reprendere*. Vat. Rom. 2. *conor*.—82 Schoenborn. 2. *eget*.—83 Schoenborn. 4. *ni quod*. Harl. 2. 4. 6. 7. alii codd. ap. Feam, et Jaeck, Vet. Comb. et quædam alia edd. vett. *dicunt*. Schoenborn. 2. *dictum*.—85 *Imberbi* Comm. Crnquiarius, et inde fortasse Crnquiins; non ex vetustissimiis suis, ut pro eo male asserit Bentl. qui ita legit etiam ex suis innominatis, et ex Nonii, et Charisii grammaticalibus non firmis præceptis; inde Baxt. *anonymus* 1713. Cun. San. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. Gesn. Combe, Wakef. Zenn. Kidd. Bi-

## NOTÆ

atque hoc Satyrice alludere Poëtam  
nostrum volunt, cum ait, *perambulet*  
*Attæ Fabula.* Illius meminerunt Cic.  
pro Sextio, Isidorus, &c.

*Atta Fabula]* Hæc inscripta fu-  
isse dicitur Materteræ: at præterea  
citatur Atta in Satiris, ab Isidoro; in  
Conciliatore, in Ædilibus, in Tirone  
proficiscente, a Gellio et aliis. Cri-  
nit. de Poët. Lat. lib. II.

*Clament periisse pudorem]* Persius  
Sat. v. ‘exclamet Melicerta periisse  
Frontem de rebus.’

81 *Ea cum reprehendere coner Qua  
gravis Aesop. &c.] Quasi vero Histrio-  
nis fama et solertia pretium nomen-  
que dare fabulæ queant.*

82 *Gravis Æsopus*] *Tragœdiarum actor, gravitate tragica et actione vehementi celebris.* Hunc landat Cicero pluribus locis: ac per ipsum actionem in dicendo emendasse fertur. Quintil. xi. 3. ‘*Roscinius citior, Æsopus gravior,*’ inquit, ‘*quod ille Comœdias, hic Tragœdias egit.*’ Ejus

divitias et luxum refert Plinius x. 51.  
et xxxv. 12. Vide et ii. Sat. 3. 239.

*Doctus Roscius]* Hic præsertim Co-  
mœdiarum actor insignis arte gestum  
agendi excelluit. De eo Tullius ad  
Quintum fratrem. ‘Videtisne quam  
nihil ab eo Histrione nisi perfecte,  
nihil nisi cum summa venustate fiat,  
nisi ita ut deceat, et ut omnes mo-  
veat ac delectet? Itaque hoc jam diu  
est consecutus, ut in suo quisquis ar-  
tificio excelleret, is in suo genere  
Roscius diceretur.’ Et pro Archia  
Poëta, Roscii ‘excellentem artem ac  
venustatem’ dicit eam fuisse, ut mori  
omnino non debuisse videretur. Ma-  
crobius Saturnal. III. 14. ‘Nullus,’  
inquit, ‘ignorat Ciceronem Roscio et  
Æsopo histrionibus tam familiariter  
usum, ut res rationesque eorum sua  
solertia tueretur, &c. . . . Is est Ros-  
cins, qui etiam L. Syllæ carissimus  
fuit, et annulo aureo ab eodem dicta-  
tore donatus est,’ &c.

- Jam Saliare Numæ carmen qui laudat, et illud  
 Quod mecum ignorat, solus vult scire videri ;  
 Ingeniis non ille favet plauditque sepultis,  
 Nostra sed impugnat, nos nostraque lividus odit.  
 Quod si tam Graiis novitas invisa fuissest                   90  
 Quam nobis, quid nunc esset vetus ? aut quid haberet  
 Quod legeret tereretque viritim publicus usus ?  
 Ut primum positis nugari Græcia bellis  
 Cœpit, et in vitium fortuna labier æqua,  
 Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum ;               95

*Numa conditum extollit, vultque credi solus intelligere id quod, ut ego, non capit; is non facet industrie, nec mortuos laudat; sed nostra impedit, nos et nostra in invidiam adducit per livorem. Atqui si Græci tam recentia odissent quam nos, quid jam antiquum extaret? vel quid esset quod quisque in manibus haberet et evolveret quasi omnibus commune? Age vero, postquam Græci finitis bellis nugas amare incepérunt, et secundis rebus vitia sectari; modo pugilum modo equorum amore*

.....  
 pont. Jaeck, et Dœring. Præter MSS. etiam Porphyrio Ms. et editus legit *Imberbes*. Confer Art. Poët. 161. *Imberbes* etiam Schoenborn. 2. 3. 4. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. edd. ante Cruq. Fea, et Bothe. *Inberbes* Bamberg.—86 Angelic. 3. *laudet*.—88 Vallicel. 1. et Angelic. 3. *plaudetque*.—89 Vat. 19. *lividus edit*. Schoenborn. 2. *invividus odit*.—90 *Græcis* Harl. 3. 6. 7. et Vet. Comb.—92 *Quiritum* notat Fulvius Ursinus ex cod. in marg. Ald. 1519. in Biblioth. Angelin. quod receperunt Fea, Bothe, et Jaeck, *viritim* in

## NOTÆ


86 *Saliare Numæ carmen*] Institutum a Numa rege solenne carmen, quod Salii Martis sacerdotes Ancilia gestantes saliendo canebant. Dionys. Halic. lib. II. Vide et Not. I. Od. 36.

87 *Quod mecum ignorat*] Illud enim obseurissimum, atque initium fuit poëtices apud Romanos teste Varrone, de L. L. vi. Quintil. I. 6. ‘Saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta’ dicit; quod vel ex isto versiculo Lucilii patet: ‘Præsul ut amtruat, inde et volgu’ redamtruat olli.’ Festus sic rem explicat: ‘In Saliorum exultationibns,’ inquit, ‘quando præsul amtrauit, id est, motus edidit; redamtruare dicuntur

qui eosdem motus invicem referunt.’ De istis Dionys. Halic. cit. scribit: Ad tibiam moveri numerose, motu armis accommodato, nunc simul, nunc vicissim, patrios Hymnos cum choreis canentes.

88 *Nugari*] Levioribus studiis operam dare: alibi: ‘Nugari solitos Græce.’

94 *In vitium fortuna labier æqua*] Egregie dixit quidam: ‘Quem nimium fovet Fortuna, stultum facit.’ Ita nimirum sunt homines comparati: inter adversa et dura virtutem colunt; secundis rebus enervantur. Hannibal exemplum esto, totque alii, immo integra Imperia eam sortem experta sunt.



Marmoris aut eboris fabros aut æris amavit ;  
 Suspendit picta vultum, mentemque tabella ;  
 Nunc tibicinibus, nunc est gavisa tragœdis :  
 Sub nutrice puella velut si luderet infans,  
 Quod cupide petiit, mature plena reliquit.

100

Quid placet aut odio est, quod non mutabile credas ?  
 Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi.  
 Romæ dulce diu fuit et solenne reclusa  
 Mane domo vigilare, clienti promere jura,  
 Cautos nominibus rectis expendere nummos,

105

*flagrarunt ; artifices marmoris vel eboris relæris coluerunt ; oculos animumque tabulis pictis detinuerunt ; modo tibia canentibus, modo tragœdiis gavisi sunt ; non securus ac infans puella cum sub nutrice ludit, quod studiose quæsierunt, cito fastidiosi abjacerunt. Enimvero quid placet vel displicet, quod non contra fiat ? Ista per pacem et res prosperus extitere. Jam vero apud Romanos diu fuit usitatum et gratum, vigilare mane putente domo, ibique jus interpretari clientibus ; certis cau-*

omnibus aliis codd. et edd.—96 Angelic. 2. *atque eboris*. Bamberg. *aut eburis*.—97 Cuning. *vultumque animumque*. Schoenborn. 2. *victum mentemque*. Vat. 19. *mentem picta vultumque*. Vat. Rom. 9. *vultum picta mentemque*. Angelic. 3. *mentem vultumque*.—100 Barberin. 1. Veneti. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Florent. 1482. et Lips. 1499. *relinquit*.—101 Vat. Rom. 4. *quid non*.—103 Chisian. 5. *Dulce diu Roma*. Bamberg. *solleme*.—104 Angelic. 3. *clienti et promere*. Vat. Rom. 9. *clienti ponere*.—105 *Cuptos nominibus rectis Vallicel.* 1. Schoenborn. 2. 4. unus ap. Pulm. unus item Bentleii. *Scriptos Bentl. ex cod. Barth. Advers. XXXVII. 18. nominibus certis* Vatt. 7. 17. 19. alii codd. apud Lamb. Torr. Talb. edit. Princ. et inde fortasse omnes usque ad Crnq. qui restituit

## NOTÆ

97 *Suspendit picta vultum, &c.*] Vel, egregie picta tabella spectatores detentos indicat, vel in picturæ artificio defixam attentissime cogitationem Græcorum, ut quod in ea arte sumnum et perfectum assequentur.

98 *Tibicinibus*] His volunt designari Comædias, utpote quæ ad tibias agerentur. Diomed. III. 4. Donat. Prolegom. Terent. Alii non abs re ipsam ἀνθρητικὴν interpretantur, seu artem tibiarum, sono res et actiones exprimendi. Vide Epist. ad Pisones vs. 202.

101 *Quod non mutabile credas*] Nihil perpetuo placet aut displicet. Varie-

tas duntaxat reficit ac delectat.

102 *Hoc paces habuere*] Ita se Græci per pacem et res secundas gesserent. Vel, has artes produxit varias apud Græcos pax.

103 *Romæ dulce diu fuit*] Jam Romanorum pariter inconstantiam ostendit, ut ante Græcorum.

*Reclusa Mane domo vigilare, &c.*] Parente domo salutaturis, deque jure interrogantibus. Tull. pro Murena. ‘Vigilas tu de nocte ut tuis consultoribus respondeas.’ Supra 1. Sat. 1. ‘Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.’

105 *Cautos nominibus rectis [certis]* Pecuniam collocare apud locupletes

Majores audire, minori dicere per quæ  
Crescere res posset, minui damnosa libido.  
Mutavit mentem populus levis, et calet uno  
Scribendi studio: puerique patresque severi  
Fronde comas vincti coenant, et carmina dictant.      110  
Ipse ego, qui nulos me affirmo scribere versus,  
Invenior Parthis mendacior; et prius orto

*tionibus pecuniam locare, seniores consulere, juniores docere quibus modis opes au-  
geri, perniciosa vero cupiditas extirpari queant. Subinde plebs inconstans studia  
vertit, jamque versus condere tantum amat. Juvener ac senes graves frondibus  
coronati epulantur et versus pronuntiant. Atque egomet qui nulla me condere car-  
mina assevero, Parthis mendacior sum, atque ante exortum solem vigilans peto cala-*

\*\*\*\*\*

*rectis* aliorum MSS. et Porphyrionis: *certis* iterum producit Bentl. sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Baxt. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zenn. ‘Nomina recta, sunt legitima, ut exponit Porphyrio; ad tramites juris, et honestatis redacta, tum quoad sortem, tum quoad usuras. Quæ rite cauta sunt, jamus sunt certa.’ Passim in MSS. *rectum*, et *certum* commutantur, ut notant Interpretes ad Lucan. v. 417. et vii. 216. ad Grat. Cyneg. 7. ad Quintil. Inst. Orat. i. 6. ad Senec. CEd. 987. Burm. ad Propert. i. 19. 24. Fea.—107 Vat. 4. et Schoenborn. 3. *res possit*. Angelic. 2. *minui et*. Vallicel. 1. *damnosa cupidio*. Unus Bersmanni, *damnosa voluptas*.—109 Vat. 17. et nonnulli ap. Jaeck, *puerique*; ita etiam Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Flor. 1482. Lips. 1499. Jnnta 1503. Bad. Ascens. Cruquius. ‘Non tamen ex suis MSS. ut male iterum asserit Bentleius, qui adoptavit in textu ex hac suppositione, et ab aliquibus priscis editionibus, tanquam auribns suis suauius, et numerosius; sed magis amore novitatis.’ Fea. Illum sequuntur anonymous 1713. Baxt. Cnn. San. Merv. Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zenn. Bipont. Kidd. Jaeck, et Dæring. *τὸ* que non agnoscunt Bamberg. Schoenborn. 2. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. aliisque codd. quamplurimi, *juvenesque* Britann. 1520.—110 *Fronde comes* Schoenborn. 2. *vincti certant* Markland, ad Stat. Sylv. v. 1. p. 247.—111 Exc. Sax. aliisque codd. ap. Feam omittunt *me*.—112 Cuning.

### NOTÆ

et idoneos debitores. Al. *rectis*, id est, legitimis usuris, non illicitis aut immodicis; honestas ob res.

*Expendere]* Occupare, ne steriles maneat, utque perpetuos sumtus suppeditent: *nummos cautos*: sponso-re dato, datis pignoribus, scripta syn-grapha.

106 *Majores audire]* Plin. Epist. viii. 14. ‘Suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat, maximus quisque et vetustissimus pro parente.... erat enim antiquitus institutum ut a majoribus natu non auribus modo, sed et oculis disceremus

quæ facienda; mox ipsi per vices quasdam tradenda minoribus habemus,’ &c. Gell. ii. 15. ‘Apud antiquissimos Rom. nec generi nec pecuniæ præstantior honos tribui quam ætati solitus: majoresque natu a minoribus colebantur ad Deorum prope et parentum vicem.’

110 *Fronde comes vincti]* Hedera coronati, more illustrium poëtarum. Pers. Prolog.

*Carmina dictant]* Iustum versus fundendi inter epulas morem tangit Persius Sat. 1.

112 *Parthis mendacior]* Mendacis.

Sole vigil, calamum et chartas et scrinia posco.  
 Navim agere ignarus navis timet; abrotonum ægro  
 Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est, 115  
 Promittunt medici; tractant fabrilia fabri:  
 Scribimus indocti doctique poëmata passim.  
 Hic error tamen et levis hæc insania quantas  
 Virtutes habeat, sic collige: vatis avarus  
 Non temere est animus; versus amat, hoc studet unum; 120  
 Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet;  
 Non fraudem socio, puerove incogitat ullam

*mum, papyrus, capsas.* Certe qui nescit gubernare narim, haud regit; qui medendi artem ignorat, nequam abrotonum ægrotum tradit. Pollicentur medici quod pertinet ad medicinam: opifices opus moluntur: at periti aque et imperiti carmina condimus. Attamen quantas utilitates aferat hoc vitium et lexis ista vesania, sic intellige. Poëta animus haud facile est pecuniae cupidus: amat versus; hos duntaxat meditatur: spernit jacturas, fugas servorum, incendia: non machinatur fraudem ullam sodali vel juveni pupillo: vicitat leguminibus et pane



*et prior orto.*—113 Angelic. 1. *calamum chartas.*—114 *Narem Bamberg.* edd. vett. et Bentl.—115. 116 Bentl. in nota conj. *melicorum est, P. melici.*—118 ‘Hie inseri vult Boivinus Epist. 2. 87–140. pulchre refutatus a Bentleio.’ Zeun.—120 *Non tener est Chisian.* 1. a. m. sec.—121 Vat. 19. *fugam.*—122 Vat. 24. et Vat. Rom. 5. *pueroque incogitat.* Vat. 10. *puerore excogitat.* Vat. 14.

#### NOTÆ

simos natura fuisse probat quod mendacium acriter durisque penis coercent, teste Herodoto. Alii volunt alludi ad Parthorum perfidiam, qua Rom. duces nonnunquam illuserunt suis fraudibus: præsertim vero cum induciarum temporerupto fœdere incantum Crassum oppresserunt. Alii, quod tum maxime pugnarent cum fugere viderentur. Vide 1. Od. 12. et 19. 111. Od. 5.

113 *Scrinia]* Capsas, in quibus scripta reponuntur et chartæ.

114 *Navim agere ignarus, &c.]* Pers. Sat. v. ‘*Navim si poscat sibi peronatus arator Luciferi rudis,*’ &c.

*Abrotonum agro Non audet, &c.]* Syneed. Pers. mox cit. ‘*Diluvi helleborum, certo compescere puncto Ne-*

*dendi.*’ Abrotonum, Gall. *de l'auronne, ou garderobe,* planta perpetuo virens, amari valde succi, enjus tum folia tum semen prorsus utilia sunt nervis, tussi, limbis, urinæ angustiis, item contra venena et beneficia, &c. Plin. xxii. 21. Theophrast. Hist. Plant. vi. 7. Dioscorid. &c.

118 *Hic error tamen]* Hoc tamen versus faciendi cacoëthes et inmoderatum studium permulta hominibus affert commoda. Nam dum animum detinet, a vitiis avertit, &c.

119 *Vatis avarus Non temere est animus]* Vix, fere nunquam.

121 *Detrimenta, fugas, &c.]* Adeo faciendis versibus occupatur ac delectatur, ut parum aut nihil afficiatur bonorum jactura, fuga servorum, conflagratione ædium suarum, &c.

Pupillo; vivit siliquis et pane secundo;  
 Militiae quanquam piger et malus, utilis urbi;  
 Si das hoc, parvis quoque rebus magna juvari; 125  
 Os tenerum pueri balbumque poëta figurat;  
 Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem;  
 Mox etiam pectus præceptis format amicis  
 Asperitatis et invidiæ corrector et iræ;

*secundario: quod si ad bellum minus proclivis et idoneus, at ciribus utilis est. Si hoc concedis, parvis etiam rebus magnas adjurari; Poëta format vocem pueri balbutientem: Jam tun detorquet aurem a sermonibus impudicis: paulo post animum quoque imbuīt optimis institutis: emendat rusticitatē, livorem, iracundiam: præ-*

---

*puero vel cogitat.* Alld. 1. 2. 3. Britann. 1520. Basill. 1527. 1534. Frib. 1536. Dion. ab Harsio 1538. Gryphl. 1566. cum Venet. et Glarean. ap. Zeun. *puero non cogitat.* Aliqui codd. Feæ, Lips. 1499. et Junt. 1503. *puerore cogitat.* Schoenborn. 3. *puerore incogitat.* Ceteri codd. et edd. *puerore incogitat.* Vat. 7. unam pro ullam.—124 Vat. 7. et Harl. 4. *urbi est.*—125 Schoenborn. 2. et Vat. 17. *das hæc;* ita etiam Venett. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. Florent. 1482. et Lips. 1499.—127 Schoenborn. 3. *aures.*—128 Vat. 19. *dictis informat.*—129 Harl. 7. Exc. Sax. Schoenborn. 2. 4. et Vat. Rom. 3. *correptor;* ita alii codd. ap. Canter. Nov. Lectt. iv. 12. Torrent. Valart. et Bos. Vide

## NOTÆ

123 *Vivit siliquis]* Frugali victu contentus agit. Siliquæ sunt leguminum involuera: Gall. *la gousse des legumes.* Pers. Sat. III.

*Pane secundo]* Cibarium ejusmodi panem Augustus maxime appetebat. Sueton.

124 *Militiæ quanquam piger]* Imbellis licet non est inutilis civibus. Seipsum facete notat Poëta noster. Vide II. Od. 7. ubi de se ait: ‘celerem fugam Sensi, relicta non bene parmula.’ Constat nihilominus fuisse quosdam æque bonos milites ac poëtas. Vel unus id probat Tyrtæus; de quo in arte Poëtica. Adde Sophoclem, Æschylum, &c.

125 *Parvis quoque rebus magna juvari]* Grammatica, Poëtica, Rempub. juvari et promoveri.

126 *Os tenerum pueri, &c.]* Vocem ac pronuntiationem pueri fingit et componit, ut sit distincta, aptaque,

&c. Quintil. XI. 3. ab his ætatibus exigendum, ut nomina quædam versusque affectatae difficultatis ex pluribus asperime coëuntibus inter se syllabis catenatos, et velut confragosos quam citatissime volvant; quo sit ‘absolutius os, et expressior sermo,’ inquit idem Quintil. I. 1.

127 *Torquet ab obscœnis]* Præclaræ sane cura veteribus fuit conservandæ puerilis castimoniæ. Non absque summa ergo prudentiæ ratione qui sunt a Ludovico MAGNO his operibus præpositi jubent nos resecare si quid in Poëtis aliisve auctoribus forte occurrat obscœnum. Vide quæ annotavi pridem in Præfatione ad Juvenalem: et quæ Juvenalis scribit, Sat. XIV. 44. et seqq.

128 *Pectus præceptis format amicis]* Documentis honestis e morali Philosophia petitis.

129 *Asperitatis corrector]* Mores in-

- Recte facta refert; orientia tempora notis  
Instruct exemplis; inopem solatur et ægrum.  
Castis cum pueris ignara puella mariti  
Discret unde preces, vatem ni Musa dedisset?  
Poscit opem chorus, et præsentia numina sentit;  
Cœlestes implorat aquas docta prece blandus;  
Avertit morbos, metuenda pericula pellit;  
Impetrat et pacem, et locupletem frugibus annum:  
Carmine Dì superi placantur, carmine Manes.

clare gesta narrat: atutem præsentem instituit exemplis præteritis: consolatur pauperem et laborantem. Unde vero innupta adolescentula et pueri pudici acciperent precationes, nisi Muse poëtum donasset? chorus auxilium petit, et faventes Deos animadvertisit, flagitat plurias blonde et rite supplicans; avertit morbos, arcessit que mala impenduntia: pacem obtinet atque annum frugibus abundantem. Diu superi carmine placantur, necnon et inferi: antiqui agricole robusti et paucis

- ii. Sat. 3. 127. et i. Epist. 15. 37.—130 Vat. 19. unus Pulmanni, et Venett. 1481. 1490. *noctis*.—133 Diceret Schoenborn. 3. nisi Musa Harl. 6. duo ap. Valart. Zarot. 1470. Vet. Comb. Venett. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. Florent. 1482. et Junt. 1503.—134 Schoenborn. 3. *nunima sortit*.—135 Codex Bersmanni, *opes docta*. Bentl. in Curis Noviss. delet interpunctionem post *blandus*, enmque secutus Kidd. nemo præterea.—136 Adrertit Vat. 19. *Avertit nimbos* Vat. Palat. 4. *pericula tollit codex Bersmanni*; et sic edidit Cuning. ex ingenio.—137 Vat. Palat. 3. *pacem locupletem*.—138 *Dii superi Bani-*

## NOTÆ

**concinnos, sævos, duros corrigens,  
flectens, in melius formans.**

130 *Recte factu refert*] Majorum virtutes et egregia facinora commemorat, quibus pueri ad imitationem accendantur.

*Orientia tempora notis Instruit exemplis* Ex ante bene factis docet quid nunc sit agendum, quid deceat, quid laude dignum esse videatur: ex præteritis præsentia moderatur.

133 *Preces]* Hymnos in honorem Deorum, maxime vero Sæculare Carmen in Ludis Sæcularibus cantari solitum a pueris ac virginibus. De quibus suo loco dictum est.

134 *Chorus] Puerorum et virginum  
Carmen Sæculare canentium.*

135 *Cælestes implorat aquas*] In magna siccitate sacra Romæ siebant Jovi, ad eliciendam pluviam: quæ Aquili-

cia, sacerdotes autem Aquilices dicebantur. Tertull. Apologet. cap. 40. ‘Aquilicia Jovi immolatis, nudipendalia populo denuntiatis.’ Huc etiam pertinet quod scribit Varro *in de Vita pop. Rom.* ‘Manalis lapis in pontificalibus sacris movetur, cum pluviae exoptantur.’ Rem explicat Festus: ‘Manalem,’ inquit, ‘lapidem vocabant petram quandam, quae erat extra portam Capenam juxta ædem Martis; quam cum propter nimiam siccitatem in urbem protraherent, insequebatur pluvia statim.’

136 *Avertit morbos, &c.*] Hæc et cetera legere est in Carmine Sæculari.

138 *Manes*] *Hi nocere viventibus credebantur, nisi placarentur.* Vide Epop. v. 94.

Agricolæ prisci, fortes, parvoque beati,	
Condita post frumenta, levantes tempore festo	140
Corpus et ipsum animum spe finis dura ferentem,	
Cum sociis operum, pueris, et conjuge fida,	
Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant,	
Floribus et vino Genium, memorem brevis ævi.	
Fescennina per hunc inventa licentia morem	145

*contenti, post collectas fruges, feriis recreantes corpus ipsamque mentem spe finis laborum patientem, cum participibus laboris tam liberis quam fideli uxore, sacrificabant suem Telluri, lac Sylvano, flores et vinum Genio, qui facit recordari brevitatis ritæ. Per hanc consuetudinem inducta cavillatio Fescennina jacturit agrestia dic-*



berg.—142 Vatt. 1. 7. 19. Vatt. Rom. 3. 4. 6. Chisian. 5. et Angelic. 3. et pueris; ita alii MSS. apud Pulm. Val. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544, inde vulgata fere apud omnes; sed et improbabit in nota Torrent. ejicit Bentl. inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Baxt. Mervill. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zenn. ‘Putant Torrent. et Bentl. pueros et conjugem esse *socios*, quia ipsi otiosi domi non sedebant. At præter eos, in agris colendis alii adhibebantur. Varro de Re Rust. 1. 17. ‘Omnes agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utrisqne,’ &c. Erant etiam amici, conterranei, qui sibi invicem operas mutuabant; ut hodieque usus est in Italia. Nota Aësopi Fabula apud A. Gell. 11. 22. De eodem usu Apuleius Apolog. p. 20. edit. Pric. Hos ab Horatio vere appellatos *socios operum arbitror.* Fea.—143 Cuning. ex ingenio, *porca*, quod dubitative proposuerat Lambinus.—145 Bentl. ex conjectura, *invecta*. Ita tamen legit Barth. ad Claudian. p. 765. et citant Politian. Brisson. Passerat. Popma, et Ferrar. adoptarunt Cuning. Sanad. Merv. Francis. Phil. Valart. Dorigh. Wakef. et Bodoni. *invecta*, i. e. *invencuta*, Vat. 24. *Fascenino* Schoenborn. 3.

## NOTÆ

139 *Agricolæ prisci, &c.]* Horatius mox explicavit unde ortum sit carmen sacrum: jam ostendit qua ratione profanum habuerit originem atque incrementum.

142 *Cum sociis operum, pueris, &c.]* Non ergastulis tunc et servis colebantur agri scilicet.

143 *Tellurem porco]* Pro, porca. Sic enim terræ fertilitas suis fœcunditate indicabatur. Cic. de Leg. 11.

*Sylvanum lacte piabant]* Aptum sacrificium Deo ruris et pastorum. Vide Epod. 11.

144 *Floribus et vino Genium]* Naturæ Deo flores, placentæ, vinum offerebantur; nulla vero cædebatur

victima: ut explicavi III. Od. 17. Persius Sat. 11. ‘Funde merum Genio.’

145 *Fescennina per hunc inventa, &c.]* Sic, inquam, Poëta describit originem profanæ poëseos. Rusticus jam ‘laborum liber,’ ut est in Epist. ad Pis. ‘festu tempore corpus animumque relevans, rustica opprobria’ jactavit; id est, alii rudi sed proœaci carmine lacescentes oblectamentum quæsivere. Et hinc nata est subinde Comœdia: ut dicetur alibi.

*Fescennina licentia]* Versus petulantes et protervi inter jocosa convivia aduersus quolibet prolati, locum habuere primo in urbe Etruriæ

Versibus alternis opprobria rustica fudit;  
 Libertasque recurrentes accepta per annos  
 Lusit amabiliter, donec jam sævus apertam  
 In rabiem verti cœpit jocus, et per honestas  
 Ire domos impune minax: doluere cruento      150  
 Dente lacesisti; fuit intactis quoque cura  
 Conditione super communi: quin etiam lex  
 Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam

*teria carmine amæbæo: annisque redeuntibus usitata hæc licentia hilariter jocata est, usquequo dirum scomma abiit in publicum maledicentium furorem, et nobiles familiæ temere impetivit. Tum mordacibus dieteriis appetiti gemuerunt: atque etiam ii qui non fuerant lacesisti condoluerunt de publico discriminé. Immo lex et pœna est constituta, vetans ullum maledicis versibus notari. Tunc fustuarii metu carmen*

—149 Schoenborn. 3. Vat. 1. a m. pr. Vatt. 4. 9. 12. 14. 15. 18. 24. Vatt. Rom. 2. 3. Vatt. Palat. 1. 4. Chisian. 1. 6. Angelic. 2. 3. Vallicell. 3. et Harl. 2. 3. 6. 7. *capit verti*; ita alii apud Pilm. Bentl. edit. 1470. Venn. 1481. 1483. 1486. 1492. Flor. 1482. Asc. Basill. 1527. 1531. restitutus Bentl. tanquam plenius, et sonantius; inde anonymous 1713. Cum. San. Merv. Phil. Dor. Wakef. Wetz. Al. *verti cœpit*.—150 Vat. 14. *domus*. Harl. 2. *minax impune domos*: sic notatnm in Ald. 1519. in Biblioth. Angelic. ita quoque Dan. Heins.—151 Schoenborn. 2. *fuit hæc cunctis*.—153 *Pœnaque lata* Vatt. 4. 7. 18. a m. pr. Vatt. Rom. 1. 3. 4. 5. Vat. Palat. 3. Chisian. 1. 5. aliquique codd. ap. Torrent. Cuning. et Valart. *data Barberini. 1. sancta*, malo nollet quæ Cuning. suo more.

## NOTÆ

Fescennia, Vulgo, *città Castellana*. Hinc quoque ortum est carmen nuptiale inconditos sales et dieteria non-nihil obscœna continens. Porro exinde versus quilibet obscœni et procaeces Fescennini dicti sunt. Livii lib. vii. initio, multa refert non valde his consona; sed profecto magis Horatio credendum.

146 *Versibus alternis opprobria rustica fudit*] Augustus ejusmodi versus Fescenninos nimirum dicaes et mordaces in Polionem aliquando scripsit: quibus quod non responderet inerepantibus sic locutus fertur Pollio: Nec licet nec libet in eum scribere qui potest proscribere. Vide Alex. ab Alex. II. 5.

147 *Libertasque recurrentes, &c.*] Mos iste mutua probra objectandi impune et libere post messem annis singulis

usitatus et confirmatus est; donec licentiam nimiam et criminosam coerceri necesse fuit. Huc pertinet quod I. Sat. 3. notatnr de rusticis desidiam invicem exprobrantibus: ‘Magna compellans voce cuenilum.’

148 *Sævus apertam In rabiem verti cœpit jocus*] Faceta primo libertas cavillandi fuit tantum; at subinde erupit in maledicentiam publicam: et contumeliose notati sunt honesti qui que viri, nominatim vitiis objectis. Talis fuit vetus Comœdia tum apud Græcos, cum etiam postea apud Romanos.

152 *Conditione super communi*] Par enim sors imminebat et minari videbatur æque omnibus, scilicet maledictis lacerari, et probroso carmine proscindi.

153 *Lex Pœnaque lata*] Lex XII.

Describi: vertere modum, formidine fustis Ad bene dicendum delectandumque redacti. <sup>155</sup>	155
Græcia capta ferum victorem cepit, et artes Intulit agresti Latio: sic horridus ille	
Defluxit numerus Saturnius, et grave virus Munditiæ pepulere: sed in longum tamen ævum	

*converterunt ad laudandum et oblectandum revocati. Subinde victa Græcia victorem bellicosum derinxit, invexitque disciplinas in rude Latium. Sic aspera poësis Saturni desuit: et cultus abegit putidum fætorem. Attumen diu supersuit et superest*

—156 Codd. ap. Jaeck, *capta serum*.—158 Barberin. *numeris. Auratus et*

### NOTÆ

Tab. erat: ‘Si quis occentassit malum carmen, sive condidisset quod infamiam faxit flagitiumve alteri; capital esto.’ Cic. Tusc. iv. Item de Rep. iv. ejusdem meminit: ‘Nostræ XII. Tabulæ cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis acti- tavisset sive carmen condidisset quod infamiam afferret flagitiumve alteri.’ Arnob. lib. iv. ‘Carmen malum conscribere quo fama alterius coinquinetur et vita, Decemviralibus scitis evadere noluntis impune.’ Vide S. August. de Civ. Dei II. 9. et supra II. Sat. 1. ‘Si mala considerit in quem quis carmina, jus est Judiciumque.’

154 *Vertere modum*] Desierunt carmina scribere Fescennina, et nominatim vitia notare: Satiras vero scripserunt non tam aperte vel dicaciter argentes vitiosos.

*Formidine fustis*] Poena fustuarii decreta fuerat in auctorem carminis maledici: qui quidem ad necem cædi jubebatur fustibus, seu virgis illis, ex quibus simul et securibus constabant fasces magistratum. Vide supra cit. Cic. de Rep. IV.

155 *Ad bene dicendum delectandumque redacti*] Adhæc certe magis nata

poësis videtur.

156 *Græcia capta, &c.*] Posteaquam Romani Græcorum imperio subverso Græciam in provinciam redegerunt, artes liberales a Græcis illatae sunt in Italiam adhuc rudem et disciplinis nondum excultam: quarum amœnitate capti sunt Romani.

158 *Numerus Saturnius*] Prisca barbaries, rудis et impolita compositio versuum, quæ fuerat in Italia sub Saturno rege, ac din etiam post eum. Ascon. in II. Verr, ‘Versns Saturnii,’ inquit Festus, ‘appellantur illi antiquissimi, quibus Faunus fata hominibus creditur cecinisse; quibus et a Nævio bellum Punicum scriptum est, et a multis aliis plura composita sunt.’ Ennius de iisdem: ‘scripsere alii rem Versib⁹, quos olim Fauni vatesque canebant; Cum neque Mnsarum scopulos quisquam superarat.’ Porro ii versus omnes erant Iambici Hypercatalecti; qualis iste: ‘Malum dabunt Metelli Nævio poëtae.’

159 *Grave virus Munditiæ pepulere*] Venustas Græcorum expulit rusticatatem et inconcinnitatem a sermone et scriptis Romanorum. *Virus*] Docetas aures velut enecans; barbara scilicet oratio, atque ‘reconditorum

Manserunt, hodieque manent, vestigia ruris.  
 Serus enim Græcis admovit acumina chartis;  
 Et post Punica bella quietus, querere cœpit  
 Quid Sophocles et Thespis et Æschylus utile ferrent.  
 Tentavit quoque rem si digne vertere posset;

160

*etiamnum quædam rusticitas.* Nam tarde Romani ingenium appulere ad libros Græcorum: postque bellum Carthaginensium pace fruentes investigare cœperunt quid boni continerent Thespis, Æschylus, Sophocles. Quin et tentarunt an scripta illorum pro dignitate possent transferre in Latinum sermonem: et placuerunt sibi

Rutgersius conj. et grave virus; refutat Bentl.—161 Schoenborn. 3. ammoret.  
 —162 Vat. 14. cernere cœpit.—163 *Thestis et Echinus* Schoenborn. 2. Ennius Schoenborn. 4. *Æschylos* Vat. Rom. 3. a m. pr. Vatt. Rom. 4. 5. Chisian. 1. a m. pr. ita Bentl. ex codd. inde Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. et Kidd.—  
 164 Vat. 3. quoque si digne rem. Codex unus Pulmanni, et Schoenborn, 3.

## NOTÆ

verborum fœtor; ut aiebat Augustus, teste Suetonio antea cit. Octav. 86.

159 *In longum tamen ærum Manserunt, &c.*] Diu in Italia, ac Romæ etiam mansit inquinatus sermo, permixtus videlicet e pluribus linguis, Itala, Græca, Osca, Plirygia. Semigræci erant tunn poëtæ cum oratores. Romani passim Graii vocabantur: adeo ut indignatus Cato exclamaverit in Senatu, se non posse ferre amplius Græcanicam urbem. Varro de Ling. Lat. vi. Dionys. Halic. in fine lib. i. Juvenal. Sat. iii. 60. ‘Non possum ferre Quirites, Græcam urbem,’ &c.

162 *Post Punica bella*] Saltem post primum bellum Punicum. Porcius Licinius: ‘Punico bello secundo Musa pennato gradu Intulit se in bellicosam Romuli gentem feram.’

163 *Sophocles, Thespis, Æschylus*] Hi tres apud Græcos tragici poëtæ insignes fuere. Annis ante Christum plus sexcentis Tragœdiam Thespis invenit, Æschylus post annos fere centum expolivit, denique Sophocles mire perfecit, Æschylo jam sene. De Thespi et Æschylo plura in Epist. ad

Pisones.

*Sophocles*] Is Atheniensis exercitus dux fortissimus cum Pericle, idem et accuratissimus scriptor Tragœdiarum 120. ut aint: quanquam ex iis habemus superstites solummodo septem; ceteras autem nobis invidit injuria temporum. Annos vixit nonaginta quinque. Eodem tempore flouruit quo Socrates et Aristophanes: apis dictus ob suavitatem orationis: ter et vicies palmarum adeptus. Sophocles Homerus tragicus, Homerus autem Sophocles epicus a Polemone nuncupabatur, teste Diogene Laertio lib. iv. Vide Val. Max. viii. 7. et ix. 12.

164 *Tentavit quoque, &c.*] Tragœdiorum istorum lectione delectati quædam ex illis in Latinum sermonem vertere aggressi sunt. Quin integras etiam Tragœdias Græcorum Latinitate donatas in scenam dedere Accius, Cœcilius, Pacuvius, Nævius; quarum supersunt etiamnum aliquot Fragmenta.

*Rem digne vertere*] Græcorum vim altosque Tragœdiæ spiritus assequi, et Latino sermone æmulari.

- Et placuit sibi, natura sublimis et acer : 165  
 Nam spirat tragicum satis, et feliciter audet ;  
 Sed turpem putat inscite metuitque lituram.  
 Creditur, ex medio quia res arcessit, habere  
 Sudoris minimum ; sed habet Comoedia tanto  
 Plus oneris, quanto veniae minus. Aspice, Plautus 170

*animo excelsi et vehementes : quippe habent de tragico spiritu non parum, nec infelicitate exequuntur : ut emendari quod componuerunt, ignominiosum ducunt et aversantur. Putatur comœdia nequaquam esse difficilis, eo quod materia sumit e vita communi. Verum eo magis operosa est, quo minus habet indulgentie. Animadverte quali*



*possit.*—166 *Jam spirat* Vat. Palat. 1.—167 *Nonnulli codd. Feæ, inscite* ; ita etiam unus ap. Pulm. aliquot Torr. alii apud Bentl. quinque Val. ita Acron. et Porphyrio, aliique Scholiastæ MSS. qui exponunt ‘stulte’ restituit Baxt. anonymus Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesner. Sandby. Val. Dor. Oberl. Combe. Wakef. Wetz. et Zenn. Bentleius ex conjectura de *inscite* fecit *inscitius*. Alii codd. ap. Feam. Pulm. Talbot. et Valart. *inscitiae*. Vat. Palat. 6. *inscitiam*. Vat. 7. *in scriptis* ; et sic etiam Harl. 2. 3. 4. 6. 7. et edd. antiq. *in schedis* conj. Cuning.—168 *Codd. quidam Feæ, e medio*. Schoenborn. 2. *in medio q. r. excessit*. Vat. Rom. 5. *quæ res*. Vatt. 7. 14. Vat. Rom. 5. Vat. Palat. 4. *arcessit* ; sic alii MSS. apud Cruq. restituit Lamb. Pulm. Cruq. edit. Basil. 1580. Chab. Torr. D. Heins. Torr. Despr. Bond. Dac. Baxt. Bentl. aliique recentiores omnes. *accersit* Vat. 10. a m. pr. Vat. Rom. 3. 4. edit. Princ. solita variatione, de qua 1. Epist. 5. 7. *accessit* ceteri MSS. Feæ et aliorum, et præsertim prisæcæ aliae editiones.—169 Schoenborn. 4. *tantum*.—

## NOTÆ

165 *Placuit sibi, natura sublimis et acer*] Illi tragicorum Græcorum Latini Interpretæ sibi visi sunt non infeliciter rem moliti, et digne satis imitati sublimes illorum dictiones et sententias; pro insito nempe Romanis acri et sublimi ingenio, ad sustinendam tragicæ spiritus altitudinem valde apto et idoneo.

167 *Sed turpem putat, &c.]* Atque utinam ab incepto nostri Poëtæ non destitissent, seu viribus suis nimium diffisi, seu quod eos ‘offenderet limæ labor et mora.’ Qnod si jam tunc illi, aliique deinceps, *lituram* et censuram minus timuissent, certe modo ‘Nec virtute foret clarisve potentius armis, Quam lingua Latium.’ Ita sentit et loquitur Horatius tum hic, tum in Epist. ad Pis. vs. 289.

*Delph. et Var. Clas.*

168 *Creditur, ex medio, &c.]* Comoediæ difficultatem ostendit, quia poëtæ comicæ venia non datur; quasi facile sit perfecte exprimere res et actiones vulgares. Verum exemplo celebrium Comicorum probat arduum opus esse Comœdiæ.

170 *Aspice, Plautus Quo pacto, &c.]* Vide quam aberret a scopo ipse Plautus alioqui solers, pariter et Dossenus: quam ille parum sibi constet in tuendis partibus juvenis amantis, &c. quam alter ‘edacibus in parasitis’ sit importunus, quos perpetuo ad nauseam usque repræsentat. Plerique dubitarunt utrum ab Horatio reprehenderetur hic Plautus, an culpato Dosseno præferretur, et velut exemplar optimum exhiberetur. At mentem ipsæ suam aperuit Horatius.

*Horat.*

4 I

Quo pacto partes tutetur amantis ephebi ;  
 Ut patris attenti ; lenonis ut insidiosi ;  
 Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis ;  
 Quam non astricto percurrat pulpita socco.  
 Gestit enim nummum in loculos demittere ; post hoc 175  
 Securus, cādat an recto stet fabula talo.  
 Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru,

*modo Plautus sustineat officia adolescentis amatoris, senis ururi, lenonis captantis : ut nimius sit Dossennus in parasitis gulosis ; ut dissoluto socco per theatra vadat : enimvero gaudet pecuniam inserere in marsupium ; deinde non angitur, seu fabula intercidat, seu firmo gradu consistat. Qui ad theatrum ducitur superbo curru gloriæ,*

172 Chisian. 5. et patris. quatuor codd. Feæ, et insidiosi.—173 Dossennus alii codd. ap. eundem, et Harl. 6.—174 Quam non attrito percurrit Vat. Rom. 9.—175 Schoenborn. 2. 3. 4. dimittere. Chisian. 5. et tres codd. Bersmanni, post hæc. Duo codd. Pulmanni, Venett. 1481. 1486. 1490. 1492. 1509. 1573. Lips. 1499. Alld. 1. 2. 3. Jnnt. 1503. Basill. 1. 2. 3. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Muret. et Gryph. 1566, posthac.—177 Schoenborn. 3. cursu.—178 Exa-

#### NOTÆ

tias in Epist. ad Pisones vs. 270. ‘At vestri proavi Plantinos et numeros, et Laudavere sales, nimium patienter utrumque, Ne dicam stulte, mirati.’

171 *Quo pacto partes tutetur, &c.]* Ergo Plautus hic arguitur, quod nesciat vel non curet ita ‘personam formare,’ ut ‘servetur ad imum Qualis ab incepto processerit, et sibi constet,’ ut est in cit. Epist. ad Pis. vs. 126.

172 *Patris attenti]* Ad luerum, ad parsimoniam.

*Lenonis insidiosi]* Loculis amantium insidianis.

173 *Dossennus [Dorsennus]* Vel *Dossennus*, poëta Comicus, Atellanarum fabularum scriptor: cuius mentio est apud Plin. xiv. 13. ubi et aliquot ejus versiculi referantur.

174 *Quam non astricto, &c.]* Quam uterque peccet, et a perfecto distet : adeo falluntur qui credunt minimum esse difficultatis in elaboranda Comœdia. Certe in hac Poëta utplurimum aut nimius est aut deficit : quod facere videtur materiæ parvitas. At contra in Tragœdia res graves hinc

Poëtæ ingenium stimulant, sublevant, erigunt; illinc autem auditorum animos dum plus afficiunt, etiam avocant a fastidio, et a notandis erroribus.

*Non astricto socco]* Allegoria est : soccus comœdorum calceus, *non astrictus*, laxus, solutus, indicat non accuratum Poëtam, inconciune scribentem; seu negligat sen nequeat decorum personarum ubique et semper custodire, vel ‘Descriptas servare vices opermique colores,’ &c. Vide Epist. ad Pis.

175 *Gestit enim]* Et hoc unius Iucri magis quam landis studium referri videtur tam ad Plautum quam ad Dossennum.

*Nummum]* Pretium pro fahnla datum a Prætore vel Ædilibus : ut annotavi supra.

176 *Cadat an recto stet fabula talo]* An explodatur a populo, an semel approbata sæpius expetatur. Pers. Sat. v. 104. ‘Tibi recto vivere talo Ars dedit.’

177 *Quem tulit ad scenam]* Neque

**Exanimat lensus spectator, sedulus instat.**

- Sic leve, sic parvum est, aniinum quod laudis avarum  
Subruit ac reficit. Valeat res ludicra, si me 180  
Palma negata macrum, donata reducit opimum.  
Sæpe, etiam audacem, fugat hoc terretque poëtam,  
Quod numero plures, virtute et honore minores,  
Indocti stolidique, et depugnare parati,  
Si discordet eques, media inter carmina poscunt 185  
Aut ursum aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

*occiditur spectatore languido, erigitur attento. Adeo leve et parvum est quod constriat vel consolatur animum gloriæ cupidum. Apage rem scenicam, si approbatio denegata me reducit maestum, concessa exultantem. Non raro quoque audacem poëtam deterret atque alienat quod plures numero, iisque merito et dignitate inferiores, imperiti et bardii, promisque ad configendum, si equites dissentiant, medium inter fabulam petunt vel ursum vel athletas. His enim plebs delectatur. Sed equi-*

*minat Bamberg. instat* Gesn. ex uno codice; et ita dederunt Comb. Wetzel. Bipont. et Zenn. et sic Nic. Heinsius ad Ovid. Fast. II. 514. *infat* in ceteris.—179 *Si leve si parvum est* Vallicel. 3. a m. pr.—180 Tres codd. Fea, tres Bentleii, edd. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning, Sanad, Mervill, Sandby, Gesn. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zenn. Bodoni, Kidd, Jaeck, et Dæring. *ac reficit*. Schoenborn. 4. *ac refigit*. Bamberg. Schoenborn. 2. Harl. 2. 3. 4. 6. 7. alii codd. cum edd. vett. ante Bentl. item Fea et Bothe, *aut reficit*. Schoenborn. 4. *res lubrica*.—184 Exc. Sax. unns item Pulm. *et decertare*.—185 *Sic discordet* Schoenborn. 2. *poscat* Schoenborn. 3.—186 Valli-

#### NOTÆ

felicior est Poëta fabulas in scenam dandas scribens gloriæ parandæ can- sa: tam vannus et calamitosus est hic landis quam ille lucri cupidus.

183 *Numero plures*] Plebeii nempe adversus equestrem ordinem armis contendere parati, si quod stolidi poscunt negetur.

185 *Si discordet eques*] Si equites aliud velint quam plebs: si obsistant plebi flagitanti ut fabula interrumpatur, aliquie ludi producantur, nimirum, ursus, leo, camelus, pugilum certamen, gladiatores, funambulus, &c.

*Media inter carmina*] In media fabulae actione: post unum aut alterum Comœdiæ sen Tragoediæ actum. Vide Terentii Hecyrae Prologum, qui totus

ea de re est. ‘Hecyra... hæc cum data est Nova, novum intervenit vitium, et calamitas, Ut neque spectari neque cognosci potuerit: Ita populus studio stupidus in funambulo Animum occuparat.’ ‘Cum primuni eam agere cœpi, pugilum gloria, Funambuli eodem accessit expectatio, Comitum conventus, stndium, clamor mulierum, Fecere, ut ante tempus exirem foras. .... Primo actu placeo: cum interea rumor venit, Datum iri gladiatores; populus convolat; Tumultuantur, clamant, pugnant de loco: Ego interea menm non potui intari locum. Nunc turba nulla est: otium et silentium est: Agendi tempus mihi datum est,’ &c.

Verum equiti quoque jam migravit ab aure voluptas  
Omnis ad incertos oculos et gaudia vana.

Quatuor aut plures aulæa premuntur in horas,  
Dum fugiunt equitum turmæ peditumque catervæ;      190  
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis;  
Esseda festinant, pilenta, petorrita, naves;

*tes ipsi abjecta aurium voluptate convertuntur ad oculorum oblectationes instabiles et fluxas: per quatuor aut plures horas vela complicantur, dum fugiunt equitum turmæ et peditum cohortes. Mox reges antea fortunati revinctis a tergo manibus trahuntur; properant esseda, pilenta, petorrita, naves: portatur ebur captivum, et*

cel. 3. bis jam. Quatuor codd. Feæ, unus Cruquii, unus item ap. Oberlin. *plaudit*. Octo Feæ, alii ap. Lam. Crnq. unus Oberlin. *plaudet*. Alii ap. Feam, et Jaeck, *gaudet*.—187 *Verum equiti ex conjectura Bentleii. equitum Schoenborn. 2.*—188 *Omnis ad ingratos conj. Bentl. Omnis ad incestos Cuning. ad gaudia Vallicel. 1.*—189 *Schoenborn. 2. in auras.*—190 *Diffugiunt Vat. 14.*—191 *Mox manibus trahitur Chisian. 5. ut conj. Cuning.*—192 *Schoen-*

#### NOTÆ

187 *Verum equiti quoque, &c.]* Sed equester etiam ordo levitatem modo populararem sequitur: et spectaculo malunt oculos pascere, quæ voluptas cito evanescit, quam auribus excipere quod animo certam et diuturniore afferat voluptatem.

188 *Aulæa premuntur]* ‘Aulæa recondita cessant,’ ut canit Juvenalis, Sat. vi. ornamenta scenæ et vela removentur, adeoque fabula et carmina intermittuntur; dum ad obsequendum stulto vulgi studio, introducuntur quæpiam spectacula. Cic. Epist. vii. 1. ad Marium ita scribit: ‘Nostri reliquos ludos, qui ne id quidem leporis habuerunt quod solent mediocres ludi: apparatus enim specatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu non dubito quin animo æquissimo carneris. Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytæmnestra? aut in equo Trojano craterarum tria millia? aut armatura varia peditatus aut equitanus in aliqua pugna? quæ populariem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.... Quæ

potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transverberatur?’ &c.

190 *Dum fugiunt equitum turmæ, &c.]* Dum bellorum species repræsentatur, hostium fuga simulatur, ac subinde triumphalis pompa exhibetur. Huc refer quæ sunt i. Epist. 6. 40. seq. de magno numero chlamydum scenæ præstitarum.

192 *Esseda]* Currus quibus capti reges traducuntur. Essedum vehiculi gestatorii genus apud Gallos usitatum.

*Pilenta]* Reginarum matronarumque captivarum vehicula, quæ et carpenta.

*Petorrita]* His captiva regum devictorum familia veliebatur: quatuor rotarum erant. Vide Gell. xv. 30.

*Naves]* Quibus navali prælio reges victi; vel exhibita naumachia; vel productis navibus, seu pictis in scena seu veris in Tiberi, qui Theatro proximus, ut vult vetus Schol. aut potius in amphitheatro; quemadmodum docet Martial. Spectac. 24. ubi de re-

Captivum portatur ebur, captiva Corinthus. Si foret in terris, rideret Democritus ; seu Diversum confusa genus panthera camelo, Sive elephas albus vulgi converteret ora :	195
Spectaret populum ludis attentius ipsis, Ut sibi præbentem mimo spectacula plura : Scriptores autem narrare putaret asello	
Fabellam surdo : nam quæ pervincere voces	200

*Corinthus captiva. O si Democritus viveret, quam rideret, cum plebs attente spectat vel novam bestiam conflamat e panthera et camelo, vel candidum elephantem. Sane plebem magis quam ludos attenderet, velut sibi dantem spectacula plus quam histriones: poëtus autem diceret commemorare fabulam surdo asino. Etenim quæ*

born. 3. retorrita.—194 *Democritus*; et Schoenborn. 2.—196 *Sive elephans* Bamberg. converterit Bentl. ex Priscian. cap. 642. 643. ed. Putsch.—197 Schoenborn. 2. *populum in vulgis*.—198 Vat. 2. a m. sec. *minimo*. Vat. Rom. 2. a m. sec. Vat. Palat. 1. a m. sec. unusque codex ap. Crug. *nimio*. Vat. Palat. 1. a m. pr. et Chisian. 6. a m. pr. *nimum*. Vatt. 4. 9. Vat. Rom. 2. a m. pr. et Chisian. 1. *minimum*; sic alii codd. ap. Crug. qui præfert in nota. *nimio sp. risu* Vat. Rom. 2. a m. sec. Vallicel. 1. a m. sec. unus ap. Pulm. alii Marcilii, et Exc. Sax. *risu* etiam Schoenborn. 4. *risum* Vat. Rom. 6. a m. sec.—200 Aliquis ap. Cuning. et sur-

## NOTÆ

præsentato navali certamine, subito que immissa in amphitheatum per tubos tanta aquarum vi, ut peregrinus esse pontum facile credidisset, nisi mox emissam ad munus gladiatorium aquam cerneret.

193 *Captivum portatur ebur*] Captarum urbium imagines et simulacra ex ebore. Meminit Quintil. vi. 3. ‘Chrysippus, cum in triumpho Cæsarialis eburnea oppida essent translata, et post dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas esse oppidorum Cæsarialis dixit.’

*Captiva Corinthus*] Simulacrum urbis Corinthi a L. Memmio expugnatae et expilatae. Alii interpretantur, vasa æris Corinthii a victore direpta et asportata.

194 *Democritus*] De eo i. Epist. 12.

195 *Diversum confusa genus*] Cave ne accipias belluam e duabus naturis

mixtam: immo designatur optime camelopardalis, vulgo *une Giraffe*. Varro de Ling. Lat. lib. iv. ‘Camelus suo nomine Syriaco in Latinum venit; ut Alexandria camelopardalis nuper advecta, quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera.’ Vide Solin. c. 33. Dion. lib. XLIII. Plin. VIII. 18. Camelorum, inquit, ‘aliqua similitudo in duo transfertur animalia: Nabin Æthiopes vocant, collo similem eqno, pedibus et cruribus bovi, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguenteribus; unde appellata camelopardalis: Dictatoris Cæsarialis Circensibus Indis primum visa Romæ. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis quam feritate conspicua: quare etiam ovis feræ nomen invenit.’

196 *Elephas albus*] Qualis raro inventur. Vide Ælian. III. 46.

200 *Narrare asello Fabellam surdo*]

Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra ?  
**Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum :**  
**Tanto cum strepitū ludi spectantur, et artes,**  
**Divitiæque peregrinæ ; quibus oblitus actor**  
**Cum stetit in scena, concurrit dextera lœvæ.** 205  
**Dixit adhuc aliquid ? ¶ Nil sane. ¶ Quid placet ergo ?**  
**¶ Lana Tarentino violas imitata veneno.**  
**Ac ne forte putes me, quæ facere ipse recusem,**

*vox posset superare murmur quod reddunt theatra nostra ? credas stridere Gargani sylvas vel Etruscum mare : tanto cum strepitū spectantur ludi, artificium, et opes exoticæ, quibus cum circumdatuſ histrio prodit in theatrum, dextra sinistræ jungitur. An vero jam quidpiam locutus est ? Nihil profecto. Ecquid igitur admirantur ? Pannum Tarentino succo violas imitantem. Ne vero arbitraris me parce*

---

do.—202 *Garganus* Schoenborn. 3. *mare særūm* Vat. 19.—204 Harl. 2. 4. Schoenborn. 3. Vatt. 5. 16. 19. 24. Vat. Rom. 1. Vatt. Palat. 1. 6. Barberin. 1. et Vallicel. 1. *oblitus auctor.*—205 *Constitut unus codex Bersmanni.*—206 *Nihil sane* Bamberg. *Nil placet ergo* Schoenborn. 2.—207 *Lana* Marcil. et Markl. ad Stat. Sylv. II. 3. p. 101. inde Wakef. *Tarentino* Bamberg. *veneno?* tres codd. Feæ.—208 Vallicel. 1. *Anne forte.* Harl. 4. *Et ne forte.*—209 *Dum*

#### NOTÆ

**Proverb.** Narrare surdo, vel asino ; id est, oleum et operam perdere. *A-sello]* Plebeculæ stolidæ et contumaciæ.

*Quæ per vincere voces, &c.]* Quis adeo vocalis histrio, quantumvis contenderet, in scena posset audiri tantum inter strepitum tumultuantis populi et vociferantis.

201 *Referunt quem nostra theatra]* Ob reflexam echo. Vide 1. Od. 20.

202 *Garganum]* Apuliae montem, de quo 11. Od. 9.

*Mugire nemus]* Ventis maritimis percussum. *Mare]* Stridens et resonans, Austro flante, fluctibus collisis.

*Mare Tuscum]* Mare Inferum, et Thyrrhenum, de quo 1. Od. 11.

203 *Artes]* Habitus histrionis artificiosus : apparatus vestium peregrinis opibus et artificio conspicuus.

205 *Concurrit dextera lœvæ]* Vèl mirabunda plebs junctas manus tol-

lit, vel approbans perentit et complicit.

206 *Dixit adhuc aliquid]* Num vero hospes quærere possit : unde populi admiratio, cum nihil adhuc pronuntiarit actor ? O stultitiam ! ad vestimentorum fulgorem percellitur, gestit, exultat insana plebs.

207 *Lana Tarentino violas imitata veneno]* Vestis e lana violacei coloris tunica apud Tarentum : quæ urbs tum lana cum purpura exquisita celebratur. Plin. VIII. 48. ‘Lanæ,’ inquit, ‘circum Tarentum summam nobilitatem habent.’ Idem IX. 39. ‘Violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat : nec multo post rubra Tarentina.’ Vide et XXI. 6. et 8.

208 *Ac neforte putes, &c.]* Removet a se Horatius suspicionem invidentiae. Ne putes, o Auguste, me derrogare laudem poëtis Dramaticis, eo quod dramata non scribam : profi-

- Cum recte tractent alii, laudare maligne ;  
 Ille per extentum funem mihi posse videtur 210  
 Ire poëta, meum qui pectus inaniter angit,  
 Irritat, mulcet, falsis terroribus implet  
 Ut magus ; et modo me Thebis, modo ponit Athenis.  
 Verum age et his, qui se lectori credere malunt,  
 Quam spectatoris fastidia ferre superbi, 215

*laudare ea qua facere detrectem, quando scite peragunt ceteri: is poëta mihi videotur posse ambulare per funem extentum, qui meum cor fictis sermonibus torquet, stimulat, placat, falsis terroribus concutit, velut magus; ac modo me Thebis, modo Athenis constituit. Age vero imminue solicitudines eorum etiam qui malunt se Lectori committere, quam tolerare contemptum spectatoris fastidiosi; si quidem*

*recte notatum ex cod. in ora Ald. 1501. in Biblioth. Vatican. tractant Schoenborn. 4. aliquie codd. ap. Feain.—210 Ipse per extentum Vallicel. 1. Ire per extentum . . . Ille poëta Angelic. 3. extensum Barberin. 1. unus Pulm. unus item Valart. et notatum in marg. Ald. 1509, in Biblioth. Barberin. extentum finem Bamberg. mihi funem Vat. 19.—212. 213 Wakef. legit: implet; Et, magus ut, modo. Vid. Sylv. Crit. iv. p. 3. et mulcet Schoenborn. 3. Ut me Argis modo me Thebis modo ponat Athenis conj. Rutgers.—214 Vat. Palat. 1.*

## NOTÆ

teor me illos, si perite rem molian-  
 tur, prorsus admirari.

209 *Laudare maligne]* Exigue, qua-  
 si invidendo illis. Virgil. AEn. vii.  
 ‘Quale per incertam lunam sub luce  
 maligna.’

210 *Per extentum funem, &c.]* Mo-  
 liri et perficere quod difficillimum  
 est.

211 *Qui pectus inaniter angit, &c.]* Qui pro arbitrio movet animum, et  
 in quamlibet partem inflectit, seu ad  
 dolendum, seu ad lætandum; vel ad  
 iram, vel ad miserationem, ad me-  
 tum, spem, &c. Epist. ad Pis. ‘Quo-  
 cumque volent animum auditoris  
 agunto.’

213 *Magus]* Præstigiator, oculos  
 fascinans. Vide Cæl. Rhodig. ix. 23.  
 Plin. &c.

*Modo me Thebis, &c.]* Dum ita de-  
 scribuntur et narrantur in scena qua-  
 Thebis vel Athenis gesta sunt, ut illic

interesse videatur sibi auditor, et  
 rem oculis spectare. Aristot. Poët.  
 ‘tanquam intersit rebus ipsis agen-  
 dis.’ Porro illæ urbes præcipue no-  
 minantur, quod inde materiam ple-  
 rumque Tragici desumserint. De  
 Thebis ii. Sat. 5. de Athenis ii.  
 Sat. 7.

214 *Verum age]* Augustum Come-  
 dia in primis gaudentem hortatur  
 Poëta, ut faveat non solum Dramati-  
 cis sed et Epicis: quandoquidem his  
 magis quam illis heroum nomen ad  
 posteros transmittitur: utque omnes  
 æque præmiis stimulet ad recte et  
 naviter scribendum.

*Qui se lectori, &c.]* Qui Odas vel  
 Epos malunt componere a posteris  
 legenda, quam drama spectandum a  
 populo sæpe ad optimum carmen  
 fastidente, ad ineptam vero ursi, fu-  
 nambuli, purpureæ vestis spectatio-  
 nem gestiente. Vide supra.

Curam redde brevem ; si munus Apolline dignum  
 Vis complere libris, et vatibus addere calcar,  
 Ut studio majore petant Helicona virentem.  
 Multa quidem nobis facimus mala saepe Poëtæ,  
 (Ut vineta egomet cædam mea,) cum tibi librum      220  
 Solicito damus, aut fesso ; cum lædimur, unum  
 Si quis amicorum est ausus reprendere versum ;  
 Cum loca jam recitata revolvimus irrevocati ;  
 Cum lamentamur, non apparere labores

*vis scriptis implere locum Apollini rite dicatum, ac poëtis incentivum præbere, ut animosius adeant Heliconem præclarum. Certe nobis poëta multa saepe mala creamus, (ut mea ipse vineta incidam,) dum tibi occupato vel fatigato librum porrigitus; dum offendimur, si quis familiarium redarguerit unum e versiculis nostris; dum loca jam recitata repetimus non rogati; dum querimur non adverti labores nostros et*

*qui me lectori.* Vat. Palat. 6. malint.—216 *Curam crede brevem* Chisian. 5.  
*'Curam impende ex Ms. Bentleius;* tanquam Deus ex machina illi, et loco laboranti subvenient. Sed non vidit, *redde omnino sensum exigere.* Agitur enim de illis, qui scripta sua Bibliothecæ Palatinæ offerebant, vel Augustus optabat, ut offerrent; quibus ipse *reddebat curam brevem,* retribuebat favorem, gratiam; eadem ipsa scripta legendō, laudib⁹, præmiis, ornando, cumulando, si digna videbantur. Eodem fere sensu Cic. de Fato c. 2. ‘Subtilitatem ab Academia mutuatur; et ei vicissim reddit ubertatem orationis, et ornamenta dicendi.’ Censorin. de Die Nat. c. 1. ‘Ita ego, a quo plura literis percepi, tibi hæc exigua reddo libamina.’ Nec ideo minus Latine dicitur ‘reddere curam,’ quam ‘præstare curam’ apud Quintil. Inst. Orat. II. 3. Bentleii novitatem statim arripuerunt novatores alii, anonymous 1713. Cun. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Dor. Wakef. Wetz. Fea. Bamberg. si minus.—217 Schoenborn. 4. *completere libens.*—219 Vat. 19. *facimus nobis.*—220 Bamberg. *egomet cedam.*—221 Vat. Palat. 1. *tum lædimur.*—223 Schoenborn. 4.

## NOTÆ

216 *Curam redde brevem]* Certa ad victimum præbendo subsidia: vel utrosque perinde laudando et fovendo.

218 *Helicona]* Montem Bœotiae sacram Musis. Allegoria.

219 *Multa quidem nobis, &c.]* In se et alios poëtas Epicos culpam derivat ac rejicit Horatius, quod minus Augusto gratiosi sint.

220 *Ut vineta egomet cædam mea]* Proverb. Id est, ut meos ipse errores fatear et emendem.

221 *Cum tibi Solicito, &c.]* Poëta noster, ut alios corripiat, seipsum petit notatque; quanquam ab isto peccandi genere longe alienus: ut patet ex datis luculenter Vinio Assellæ mandatis et præceptis, cum eum doceret rationem tempestive et commode porrigiendi Augusto ipsam hanc Epistolam. Vide I. Epist. 13.

224 *Non apparere labores]* Velut aliudagens Horatius expostulat, quod plerumque non satis advertat lector vel auditor quæ ab auctoribus summa cura, arte, ingenio sunt scripta.

Nostros, et tenui deducta poëmata filo ;	225
Cum speramus eo rem venturam, ut, simul atque	
Carmina rescieris nos fingere, commodus ultiro	
Arcessas, et egere vetes, et scribere cegas.	
Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales	
Ædituos habeat belli spectata domique	230
Virtus, indigno non committenda poëtæ.	
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille	
Chœrilus, incultis qui versibus et male natis	
Retulit acceptos, regale nomisma, Philippos.	

*carmina subtili stylo conscripta ; dum speramus fore ut, cum primum audieris nos versus condere, sponte et benigne advoce nos atque ab egestate vindices, et scribere imperes. Verum tanen oportet expendere quales ministros sortiatur virtus in bello et pace conspicua, nec tradenda infimo poëtæ. Alexandro magno regi placuit ille Chœrilus, qui pro versibus inconditis et inconcinnis obtinuit Philippos, regum nu-*



*irrecitatur, cum Gloss. irrecitati, al. inrecitati, inrevocati.—226 Quinque codd. Feæ, totidem Valart. et unus Pulum. speramus item fore venturum. Vat. 7. te venturum.—227 Harl. 7. Carmina nescires. Vat. 19. et figere. Duo ap. Jaech, in marg. non fingere.—228 Arcessas variatur ut supra vs. 168.—229 Sed tamen hæc Schoenborn. 2. Hic inseri vult Dan. Heinsius versus 87-140. Epist. 2. refutatus a Bentleio.—232 Barberin. 2. fuit ipse.—233 Chœrilos Vat. Rom. 3. a m. pr. Vat. Rom. 10. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. et Kidd. et male notis Schoenborn. 4.—234 Harl. 2. 4. 6. 7. alii codd. quampluriini et edd. ante Torrent. numisma. Septem codd. Feæ, alii ap. Torrent. et Valart. nomisma ; ita Baxt. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Gesn. Bipont. Comb. Zeun.*

#### NOTÆ

225 *Tenui deducta poëmata filo]*  
Possunt hæc verti in bonam malam-  
que partem : vel, eximie et scite com-  
posita : vel, exili et humili stylo,  
adeoque indigna ea laude quæ de-  
poscitur ab auctoribus.

226 *Cum speramus, &c.]* Tantum no-  
bis arrogamus perperam et stulte.

229 *Quales Ædituos habeat, &c.]*  
Quales præcones deceant virtutem  
egregiam. Ædem virtuti velut numi-  
ni erigit Horatius, assignatque lan-  
datores et poëtas velut ædituos.

232 *Alexandro Magno]* Illi Macedo-  
num regi ‘fama super æthera nota.’

233 *Chœrilus]* Insulsus poëta Thu-  
cytidis et Herodoti vivens tempori-

bus ; quem Aristoteles in Top. no-  
tat : ‘Qualia Homerus, non qualia  
Chœrilus,’ inquit. Vide Epist. ad Pi-  
sones vs. 357.

234 *Philippos]* Nummos aureos  
Philippi Macedonum regis patris A-  
lexandri Magni effigie signatos. Duos  
fuisse Chœrilos constat, quicquid  
nonnulli sentiant. Prior eximius poë-  
ta Atheniensium de Xerxe victoriam  
celebravit : cui pro singulis versibus  
totidem stateres seu nummos aureos  
contulerunt Athenienses, facto etiam  
decreto, ut cum Homero legeretur.  
Posterior fuit iste Alexandre comes  
assidnus, testibus Q. Curtio et Plu-  
tarcho : de quo varie narrant. Qui-

Sed veluti tractata notam labemque remittunt  
 Atramenta, fere scriptores carmine fœdo  
 Splendida facta linunt. Idem rex ille, poëma  
 Qui tam ridiculum tam care prodigus emit,  
 Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellen,  
 Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra  
 Fortis Alexandri vultum simulantia. Quod si

235

240

*misma. At quemadmodum atramentum contactum imprimit notam et maculam, sic fere scriptores rudi carmine inquinant gesta illustria. Is ipse rex, qui tam indignum carmen tam caro pretio emit profusus, decreto interdixit ne pingeret se quisquam nisi Apelles, neve aliis quam Lysippus effingeret ex ære imagines strenui*

Wakef. Kidd. Fea, Bothe, et Dœring. a Gr. νόμισμα.—235 Schoenborn. 4. remittunt.—239 Cuning. ne qui ex ingenio.—240 Fingeret Angelic. 3. cuderet, ex conj. Lambini, receperunt G. Fabric. Bentleius, et Kidd. Vid. Nic.

## NOTÆ

dam scribunt pepigisse Alexandrum eum Chœrilo, ut pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippos, pro singulis autem malis totidem colaphos: opere vero confecto vix septem versus laude dignos extitisse: deinde referunt Chœrilum inedia perisse. Vide Suidam, &c. Porro videtur Horatius isti Chœrilo quædam tribnere quæ prioris sint, ut Alexander sit imitatus quod fecerant Athenienses, conditum de se carmen pariter remunerans.

236 *Scriptores carmine fœdo]* Hinc sapienter Augustus, quamvis ingenia sui sæculi omni modo foverit, ac benignè patienterque audiverit recitantes non tantum carmina et historias, sed et orationes atque dialogos: componi tamen aliquid de se, nisi et serio et a præstantissimis, offendebatur: admonebatque Prætores, ne patenterent nomen suum commissionibus obsolefieri. Sueton. Octav. cap. 89.

239 *Edicto vetuit]* Cic. Epist. v. 12. ‘Nec enim Alexander ille gratiae causa ab Apelle potissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat; sed quod illorum artem tum ipsis cum etiam

sibi gloriæ fore putabat.’ Idem narrat Plutarchus, aitque: e duobus Alexandris alterum invictum, scilicet Philippo natum; alterum ab Apelle factum non esse imitabilem. Apuleius Florid. 1. sic habet: ‘Alexander imaginem suam, quo certior posteris proderetur, noluit a multis artificiis vulgo contaminari; sed edixit universo orbi suo, ne quis effigiem regis temere assimularet ære, colore, cælamine; quin solus eam Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus delinearet, solus Pyrgoteles cælamine excuderet.’ Plin. vii. 37. ‘Edixit imperator ille, ne quis ipsum aliis quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex ære duceret.’ Vide et Val. Max. viii. 11.

*Apellen]* Eximus ille pictor ex insula Co, toto orbe celebratus pictis ingeniose et venuste tabellis.

240 *Lysippo]* Statuarus hic præclarus ad veritatem optime accessit, Quintiliano teste. Hinc Propert. iii. 9. 9. ‘Gloria Lysippo est animosa effugere signa.’

241 *Fortis Alexandri vultum]* Cui

Judicium subtile videndis artibus illud  
 Ad libros et ad hæc Musarum dona vocares,  
 Bœotum in crasso jurares aëre natum.  
 At neque dedecorant tua de se judicia, atque                   245  
 Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,  
 Dilecti tibi Virgilius Variusque poëtæ:  
 Nec magis expressi vultus per aënea signa,  
 Quam per vatis opus mores animique virorum

*Alexandri. Quod si judicium hoc solers in æstimandis artibus vocares ad scripta et ad munera ista Musarum, affirmares ortum in pingui aëre Bœotiorum. Verum selecti u te, Auguste, poëtæ Virgilius et Varius non turpant tua de se judicia, et dona quæ acceperunt plurima cum gloria largientis. Virorum autem illustrium vultus ærea effigie expressi non plus fulgent, quam mores et ingenium versibus*

\*\*\*\*\*

Heins. ad Ovid. Am. i. 4. 1.—242 Bamberg. et Schoenborn. 2. ridentis.—  
 245 *At non Vat. Palat. 6. Ac neque notatum ex cod. in ora Ald. 1509. Biblioth. Barberin. et ita ex ingenio Cuning.*—246 *Cuning. laude tulere.*—247 *Harl. 2. 4. 6. 7. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. et Vet. Comb. Varusque. Schoenborn. 3. poëta.*—249 *Quam vatis per Schoenborn. 4. moresque Cuning.*—251 *Reptan-*

### NOTÆ

nempe masculus ac leoninus erat ob-  
 tutus.

*Quod si Judicium, &c.]* Alexander de pictura aliisque artibus bene judicans, quam inepte censuit de carminibus! Certe Bœotico fuisse ingenio dixeris. Plinius tamen vii. 29. docet quanti ab Alexandro æstimati sint Homerus, Pindarus, &c. Ælianus autem Histor. Var. lib. ii. non fuisse picturæ æstimandæ pertinui ostendit: refert enim, Alexandri equo adhinniente ad eqnum ab Apelle pictum, quem tamen Alexander haud valde laudaverat, dixisse Apellem: Atqui, Imperator, videtur equus tunc in arte pingendi esse te intelligentior.

*244 Bœotum in crasso]* Quanquam sæpius ‘fortes creantur fortibus,’ contra tamen evenit interdum. Sic Pindarus crassalicet regione, Bœotiis nempe Thebis, oriundus, sagacissimi nihilominus ingenii fuit. Verum constat Bœotios utplurimum fuisse stu-

pidos et hebetes, aut valde crassos, pro cœli et aëris ratione: unde nata proverbia: ‘Sus Boetica,’ ‘auris Bœotica,’ ‘Bœoticum ingenium.’ Cic. de Leg. i. n. 79. ‘Videmus quam varia sint terrarum genera: .... aliae quæ acuta ingenia gignant, aliae quæ retusa. Quæ omnia fiunt ex cœli varietate, et ex disparili aspiratione terrarum.’ Id. de Fato, n. 7. ‘Inter locorum naturas quantum intersit, videmus: alios esse salubres, alios pestilentes .... Athenis tenue cœlum; ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani,’ &c.

*247 Varius]* De eo i. Od. 6. et i. Sat. ult. sub finem.

*248 Nec magis expressi]* Plutarchus refert Catonem Censorium eos deridere solitum, qui statuarum cupiditate flagrarent, ignorantes se pictorum et fabrorum operibus gloriari; sui vero pulcherrimas imagines extare in civium animis. Vide iv. Od. 8.

Clarorum apparent. Nec sermones ego mallem  
Repentes per humum, quam res componere gestas,  
Terrarumque situs et flumina dicere, et arces  
Montibus impositas, et barbara regna, tuisque  
Auspiciis totum confecta duella per orbem,  
Claustraque custodem pacis cohibentia Janum,  
Et formidatam Parthis te principe Romam ;  
Si, quantum cuperem, possem quoque : sed neque parvum  
Carmen majestas recipit tua, nec meus audet  
Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.  
Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget ;  
Præcipue cum se numeris commendat et arte ;  
Discit enim citius meminitque libertius illud

poëtae. Ego vero non mallem scribere humiles sermones, quam tua celebrare facinora, et situs regionum et fluvios, et arces montibus inædificatas, et victos reges barbaros, et bella tuis auspiciis orbe toto finita, et templum includens Janum pacis custodem, et Romanum te regnante Parthis metuendam; si quidem tantum valorem quantum exoptarem. At tua majestas non admittit exile carmen; et mea verecundia rem aggredi veretur, ad quam vires minime sufficient. Porro officia gravant eum quem stulte colunt, præscriptim cun se protrudunt versibus et carmine. Enim-

*tes Schoenborn. 4. res quam duo codd. ap. Valart.—252 Bamberg. et Schoenborn. 2. 3. 4. Terrarum situs et flumina, sine que.—253 Montibus et positas Schoenborn. 2.—256 Et formidandam Vat. Rom. 2. et principe Schoenborn. 2.—259 Rem temptare Bamberg. vires quam forte Vat. 1. recusant Bamberg. Schoenborn. 2. 3. Vat. 14. Chisian. 5. Vallicel. 3. et tres alii codd. ap. Valart.—261 Harl. 6. numeris cum se. Vat. 1. a m. pr. et Vallicel. 3. commendet.*

## NOTEÆ

250 *Nec sermones ego mallem*] Adverte prndentiam et modestiam Poëtæ nostri. Ego, inquit, si Epici carminis scribendi facultate polletem, certe mallem res ab Augusto præclare gestas versibus Heroicis consignare, quam Satiras pedestri musa scribere: verum illius materiae gravitati vires meas impares sentio; timeremque ‘splendida facta fœdis scriptis illinere’ et maculare.

252 *Arces Montibus impositas*] 'Præsidia et custodias ubique disposita . . . per Rheni quidem ripam quinq̄aginta amplius castella direxit.'

### **Flor. cap. ult.**

253 *Tuis Auspiciis confeeta] Vide*  
iv. Od. 14.

255 *Claustraque custod. &c.] Portas*  
itaque Jani clausas, ut pacis tempore.  
iv. Od. 15.

256 *Formidatam Parthis*] Vid. i.  
Qd. 12, et 19, iii. Qd. 5, iv. Qd. 15.

260 *Sedulitas autem, &c.] Intempestivum officium nec utile nec gravatum videtur, sed potius grave est.*

262 *Discit enim citius, &c.]* Cie. pro  
Murena: 'Cui placet, obliviscitur;  
cui dolet, meminit.'

Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur.  
Nil moror officium quod me gravat: ac neque factio  
In pejus vultu proponi cereus usquam, 265  
Nec prave factis decorari versibus opto:  
Ne rubeam pingui donatus munere, et una  
Cum scriptore meo capsula porrectus aperta,  
Deferar in vicum vendentem thus et odores,  
Et piper, et quicquid chartis amicitur ineptis. 270

*vero citius quisque discit ac facilius recordatur id quod deridet, quem quod aestimat et miratur. Ego quidem sporno sedulitatem que mihi molestiam creat: et nolim usquam e cera effungi male expresso cultu, nec versibus inconditis laudari: ne erubescam turpi affectus dono, simulque cum laudatore meo patente cista jacens deporter in vicum, ubi venduntur thus, aromata, piper, et quodcumque involvitur insulsis chartis.*

---

—264 Chisian. 5. et Venett. 1495. 1514. *facto*.—265 Schoenborn. 3. 4. *unquam*.—266 Harl. 4. *fictis*.—267 *Nec rubeam quinque codd. ap. Pulm. Schoenborn. 2. et Venett. 1492. 1514.*—268 Vat. 10. a m. pr. *correptus*; ita Venet. 1481. in comment. *aperta* quinque codd. ap. Feam, unus ap. Pulm. Aldus 1501. 1509. 1519. Bad. Ascens. edit. Basill. 1527. 1531. 1580. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mur. Lamb. H. Steph. Lubin. Chab. D. Heins. Desprez, Bond, Talb. Dac. Baxt. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Batt. Dor. Val. Oberl. Comb. Wetz. Zenn. ‘Alii MSS. et priscae editiones, quibus adhaerent inter recentiores Bentl. Cun. Wakef. ferunt, *operta*; solita varietate, de qua 1. Sat. 2. 86. Respicit Horatius ad morem eferendi cadavera porrecta in arca vel ad rogum, vel ad sepulcrum; et arca erat vel aperta, vel *operta*, seu clausa; ut notat Kirchmann. de Fun. Rom. II. 9. ‘*Opertam*’ supponit, ut in editis legitur, Acron, cum scribit: ‘Bene porrectus, et in capsula *operta*, quasi mortuus in ferebro deferar in Vicum thurarium.’ At potius de *aperta* intellexisse, credi potest, ex *ferebro*, seu sandapila, quæ ignobiliorum erat propria; ut notat idem Kirchmannus.’ *Fea*.—270 Unus Vat. unus item Cruquii, Florent. 1482. Venet. 1483. Lips. 1499. Britann. 1520. et ex ingenio Wakef. *inemtis*. Cf. Catull. XXXI. 1. 6. Pers. I. 43. Mart. III. 12.

## NOTÆ

- |   |   |
|---|---|
| <p>264 <i>Neque factio In pejus, &amp;c.]</i> Malim nullam e cera imaginem, quam prave fabricatam habere: ex more veteri, de quo nos alibi; Juvenalis autem fuse Sat. VIII.</p> <p>267 <i>Pingui munere]</i> Rudi et inepto carmine, inconditis insulsisque</p> | <p>versibus.</p> <p>268 <i>Porrectus]</i> Quasi cadaver.</p> <p>270 <i>Quicquid chartis amicitur ineptis]</i> De ea insulsorum librorum infelici sed justa sorte dixi alibi. Vide I. Epist. 20. 12.</p> |
|---|---|

## EPISTOLA II.

## AD JULIUM FLORUM.

Suaviter garrit *cum amico*, et ostendit se nactum quod avebat poëticæ munitionem remittere, et ad pristinum Philosophiæ studium se recipere. *Baxt.* Excusat se Julio Floro, qui questus, quod nec Epistolam ullam, nec carmina promissa misisset, hunc in modum: Ut mangi, si vitia servi, quem vendit, ingenuo indicavit, ad redhibendum damnari nequit; sic nec ego, cum tibi proficiscenti prædixerim, me Epistolam non esse missurum, mala fidei accusari potero. Quod vero carmina miserim nulla, sic habeto: Ut Luculli miles quidam, zona perdita, ad prædam faciendam fortissimus extitit, sed idem locupletatus periculum adire recusavit; ita et ego, quem olim post prælinum Philippense paterno fundo privatum paupertas, ut versus facerem, impulit, nunc, cum satis sit unde vivam, malo dormire, quam scribere versus, a quibus avocat me non modo ætas ingravescens, sed et morositas quædam hominum, quorum alii alio carminis genere delectantur; tum vita Romæ negotiosa et turbulentia, quoniam ad versus faciendos requiritur secessus, solitudo, et otium; denique mala poëtarum consuetudo, qui certatim se invicem temere landant et irascuntur secus facientibus. Ad poëma autem legitimum diligentissimus verborum delectus est habendus, opusque est multo labore. Ergo, dicet aliquis, commodius est malum videri poëtam, dummodo nobis et ipsis placeamus et beatos nos putemus, ut ille Argivus delirus. At vero omnino præstat abstinere a nugis poëticis, et verae sapientiæ operam dare, et vitia animi pravasque fugere cupiditates omnes.

**FLORE,** bono claroque fidelis amice Neroni,  
Si quis forte velit puerum tibi vendere natum

*O Flore, amice fidelis probo et illustri Neroni, si forte aliquis vellet tibi venum-*



Epistola nona Libri primi in Ed. Sanad.—1 Nonnulli codd. *caroque*.—

## NOTÆ

1 *Flore bono, &c.]* Julius Florus, ad bellum Pannonicum proficiscens cum Tiberio Nerone, petierat ab Horatio ut quæpiam ad se scriberet: cessantem vero quanquam nihil polliticum subinde increpavit. Cui se Horatius excusat hac Epistola; in qua et eximia quædam ad poësin, et ad bene beateque vivendum pleraque

documenta perseribit. Ad hunc ipsum Florum inscriptam vidimus jam 1. Epist. 3.

Amice Neroni] Is ipse est Tiberius Claudius Nero, qui Augusto in imperium successit. De eo jam ante.

2 *Si quis forte relit, &c.]* Similitudo, qua se apud Florum purgat Horatius.

Tibure vel Gabiis, et tecum sic agat : Hic et Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos,  
 Fiet eritque tuus nummorum millibus octo ; 5  
 Verna ministeriis ad nutus aptus heriles ;  
 Literulis Græcis imbutus, idoneus arti  
 Cuilibet; argilla quidvis imitaberis uda ;  
 Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti :  
 Multa fidem promissa levant, ubi plenius æquo 10  
 Laudat venales, qui vult extrudere, merces :  
 Res urget me nulla ; meo sum pauper in ære :

dare serrum Tibure aut Gabiis oriundum ; atque tibi sic loquatur : *Iste si cœrus, et integer a capite ad calcem, tibi vendetur octo millibus nummorum, famulus promtus obsequi nutibus heri ; literis Græcis eruditus, omnis disciplinæ capax : hunc velut molle lutum ut libuerit finges : cantabit etiam sine arte, quod jucundum inter epulas.* Nimiæ pollicitationes minuunt fidem, quando plusculum laudat merces venales qui cupid eus cito vendere : at nulla me necessitas premit : in propriis bonis mo-

3 Vatt. 10. 19. *hic est.*—8 Exc. Sax. *mutabitur.* Vat. Rom. 5. *imitabimur.* Venet. 1546. *mirabitur.* Sex codd. Feæ, *imitaberis;* ita alii MSS. apud Lamb. Crnq. Torr. Talb. Ceteri MSS. Feæ et aliorum, *imitabitur.* Varietatem lectionis jam notaverat Acron ipse, qui pro *imitaberis* stat, et exponit : ‘Tanti ingenii es, ut flectas eum, quo velis, tanquam argillam udam.’ In eandem sententiam concesserunt Britann. 1520. Lamb. et ejus argumentis, in sensu Acronis, abducti H. Steph. Crnq. Pulum. Chab. Torr. D. Heins. Desprez, Bond, Dacer. Baxt. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Merv. Gesn. Sandby, Phil. Batt. Val. Dorigh. Oberlin. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Bipont. Bodoni, Kidd. et Dœring. *imitabitur* etiam Fea, Bothe, et Jaeck.—10 Angelic. 3. *terant promissa fidem.* Vat. 1. a m. pr. *ubi lenius.*—11 Harl. 4. 6. Schoenborn. 2. viginti dno ap. Feam, alii ap. Lamb. *excludere;* refutat Lamb. adoptavit Cuning. *extrudere* ceteri codd. Feæ, Harl. 2. 3. 7. Zarot. Mediol. 1476. Venet. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1546. 1552. Lips. 1499. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. Bad. Ascens. Basil. 1. 2. 3. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. R. Steph. 1544. Lamb. Muret. et recentt. uno excepto Cuning. *extendere* Schoenborn. 4. *menses pro merces*

## NOTÆ

- 3 *Tibure]* Vid. 1. Od. 7. et 18. et 11. Od. 6.  
*Gabiis]* Vid. 1. Epist. 11. et 15.  
*Hic et Candidus]* Verba sunt man-  
 gonis, usque ad versum 17.  
 6 *Verna]* Servus ex ancilla natus  
 domi.  
 7 *Literulis Græcis imbutus]* Erudi-  
 ebant servos, ut pluris venderent. Te-  
 rent. Eunuch. ‘Fac periculum in li-
- teris, fac in palæstra, in musicis :  
 solerter dabo.’
- 10 *Multa fidem promissa lerant]* Sub-  
 dolus negotiator vuit videri non dare  
 verba, cum maxime verba dat.
- 12 *Meo sum pauper in ære]* Nullum  
 æs alienum habeo; nihil debo cui-  
 quam. Cic. pro Roscio comedo :  
 ‘Locuples erat: nihil debebat: in  
 suis nummis versabatur.’

Nemo hoc mangonum faceret tibi : non temere a me  
 Quivis ferret idem ; semel hic cessavit, et, ut sit,  
 In scalis latuit metuens pendentis habenæ. 15  
 Des nummos, excepta nihil te si fuga lædit.  
 Ille ferat pretium, pœnæ securus, opinor.  
 ¶ Prudens emisti vitiosum ; dicta tibi est lex :  
 Insequeris tamen hunc, et lite moraris iniqua.

*dicus sum : nullus negotiator sic tecum ageret : non aliis a te idem a me facile ob-*  
*tineret. Hic semel cessator fuit ; atque, ut accidit interdum, se occultavit metu*  
*scuticarum ad scalas suspensarum : trade pecuniam, si te non offendit fuga, quam*  
*excipio. Post hæc accipiet mango nummos absque metu pœna, ut credo : tu sciens*  
*emisti pravum. Significata tibi fuit conditio. Hunc nihilominus insequeris, et injusta*

---

Schoenborn. 2.—13 Schoenborn. 4. Vat. 4. et margo Ald. 1501. in Biblioth. Vatican. faciet.—14 Quivis feret... cassavit codex ap. Jaeck. *semel hoc Barberin.* 2.—15 Vat. 4. *sub scalis.* Barberin. 2. *in scalas.* Cf. Cic. pro Mil. 15.—16 Vat. 1. *si te.* Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. plurimi codd. Feæ, et edd. vett. *lædat;* ita etiam Fea et Bothe. *lædit* Vat. Palat. 1. et Chisian. 1. a m. pr. adoptavit ex Ms. Cruquii Baxterius ; et ex hoc Ms. et alio sno Bentil. magis, ut illi videtur, ex more Horatiano; sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Gesn. Sandby, Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. ‘ Venditor asseverat, pnerum esse immunem ab omni vitio corporis et animi ; excepto, quod evenire potest, ut fuga ejus *lædat* emtorem ; sive, ut verna fugam arripiat. Qui hoc declarat, paciscitur cum emtore, ne actione redhibitoria teneatur, si revera servus aufugiat. Ulpian. in lib. xiv. § 9. ff. de Ædil. Edicto.’ Fea. *lædat* Vat. Palat. 6. et Bassill. 1527. 1531.—17 *Ille sceret* Schoenborn. 2. Harl. 6. Vatt. 4. 14. 15. 17. 21. Angelic. 2. a m. pr. Zarot. 1470. Venett. 1481. 1490. 1514. Lips. 1599. et Britann. 1520.—18 Vatt. 1. 4. 7. Vat. Rom. 6. a m. sec. Barberin. 1. 2. alii codd. ap. Lamb. et Pult. *tibi lex.*—19 Vat. 1. et Angelic. 1. *iniqua?* cum interrogandi

#### NOTÆ

14 *Semel hic cessavit*] Versutus mango fugacem servi animum ita declarat metu legis, ut potius dissimulare et tegere dicendus sit : adeo rem verbis involvit, extenuat, subornat.

15 *In scalis, &c.*] Quod segnis fuisset ad mandata peragenda, timuit loris stringi ac eaudi. Hinc pantulum delituit, absfuitque domo. Sic per ambages mango loquitur, ne uno verbo coque odioso dicat, fugit : vel, semel fugit.

16 *Excepta nihil te si fuga lædit*] Tandem fugam dicit breviter, excipitque : quod nisi faceret, redhibere acceptum pretium vel servum cogetur legibus Ædilitiis.

cando deterrerentur.

17 *Pœna securus*] Non obnoxius legi ac pœnae : non timens actionem redhibitoriam. Cic. Offic. 1. ‘ In mancipio vendendo ea vitia dicenda sunt, (ut puta, esse mendacem, aleatorem, furacem, ebriosum, fugacem) quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili.’ Vide II. Sat. 3. 285. Not.

18 *Dicta tibi est lex*] Pronuntiata est tibi venditionis conditio.

- ¶ Dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi 20  
 Talibus officiis prope mancum; ne mea sævus  
 Jurgares ad te quod epistola nulla veniret.  
 Quid tum profeci, mecum facientia jura  
 Si tamen attentas? Quereris super hoc etiam, quod  
 Expectata tibi non mittam carmina mendax. 25  
 Luculli miles collecta viatica multis  
*Ærumnis*, lassus dum noctu stertit, ad assem  
 Perdiderat: post hoc vehemens lupus, et sibi et hosti  
 Iratus pariter, jejunis dentibus acer,  
 Præsidium regale loco dejecit, ut aiunt,  
 Summe munito, et multarum divite rerum. 30

*lite implicas. Te discedentem admonui me pigrum esse, et ad ejusmodi officiu minime sedulum; ne gravius iraspereris, si nullas ad te literas mitterem. Quid vero profuit, quandoquidem leges mihi farentes expugnas? expostulas quoque, quoniam speratos versus haud misi fallax. Verum attende paulisper. Luculli miles riae subsidium multis laboribus comparatum amiserat integrum, dum nocte dormiret fatigatus. Inde lupus violens tam sibi quam hosti infensus, ardens famelicis dentibus, regis præsidium depulit statione probe munita multisque opibus instructa: ob id*



nota; et sic Fea, Bothe, et Dœring.—20 *Dixi me ægrotum* Barberin. 1. *Dixi me pignum* Bamberg.—22 Gott. Bos, Exc. Sax. Harl. 1. 2. 3. 6. 7. Bamberg. Schoenborn. 2. 3. 4. omnes Feæ, tribus exceptis, Mediol. 1477. Florent. al. rediret; quæ lectio magis placet Gesnero. ‘Sed ex toto contextu apparet, Horatium nullam antea Epistolam accepisse, cui respondere deberet: et primæ hac statim rescripsisse; et excusationem adducere, cur ipse primus non deberet scribere, uti nec mittere carmina. Florus discedens rogaverat, ut scriberet; et Horatius proficiscenti illi dixerat, se non,’ &c. *Fea. veniret* Vatt. 7. 15. Vatt. Romi. 3. 6. et Vat. Rom. 9. a m. pr. alii MSS. apud Lamb. Pulf. Val. Junta 1503. Aldus 1501. 1509. 1519. Venn. 1509. 1552. 1573. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur. Crnq. Pulf. aliquie usque ad recent.—23 *Quid tunc* Vatt. 4. 17. *Quantum Chisian.* 5.—24 Pearce præfert: *Si tandem.* Schoenborn. 2. *etiam quid.*—27 Schoenborn. 2. 4. Vat. 19. et Barberin. 2. *lapsus pro lassus.* Cuning. more suo: *noctu dum.*—28 *Perdiderit* Harl. 4. *post hac* Vallicel. 3. *post hac* Vat. Palat. 1. Vallicel. 1. et unus Polmanni. *lupus ut, sibi conj.* Valart. in Præf. p. 15. improbante Fea.—29 Vat. 19. *jejunus.*—31 *Munito summe* Vat. 18. *Summe monito* Bam-

## NOTÆ

21 *Talibus officiis prope mancum]*  
 Quasi manibus carentem, ac proinde  
 ineptum ad scribendas Epistolas.

26 *Luculli miles]* L. Lucullus Romæ  
 clarissimus Mithridatem Ponti, Ti-  
 granemque Armeniæ reges profliga-  
 vit: opibus maximis celebratus.

*Delph. et Var. Clas.*

30 *Præsidium regale]* A rege Mi-  
 thridate vel Tigrane collocatum.

*Loco Summe munito]* Tigranocer-  
 tam quidam intelligunt, ex Appi-  
 ano in Mithridat. ‘quæ urbs capta  
 exercitum ingenti præda ditavit.’  
 sed alii melius Nisibim Mesopotamiaæ

*Horat.*

4 K

Clarus ob id factum, donis ornatur honestis ;  
 Accipit et bis dena super sestertia nummum.  
 Forte sub hoc tempus castellum evertere prætor  
 Nescio quod cupiens, hortari cœpit eundem 35  
 Verbis, quæ timido quoque possent addere mentein.  
 I, bone, quo virtus tua te vocat ; i pede fausto,  
 Grandia latus meritorum præmia : quid stas ?  
 Post haec ille catus, quantumvis rusticus, Ibit,  
 Ibit eo quo vis, qui zonam perdidit, inquit. 40  
 Romæ nutriti mihi contigit, atque doceri,  
 Iratus Graiis quantum nocuissest Achilles.  
 Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ ;

*vero facinus pulchris muneribus afficitur; accipitque plusquam viginti millia sestertiū nummorum. Eodem ferme tempore volens imperator diruere castrum quoddam, capít hunc ipsum militem adhortari sermonibus, qui vel ignaro possent animos dare: Ito, generose, quo te tua virtus vocat; perge felicibus auspiciis, magna proficiendis munera consecuturus: cur moraris? Tum ille astutus etsi agrestis uit: Vadat illuc, vadat quo jubes qui loculos amiserit. Ego Romæ educatus et eductus sum, quantum damni Græcis attulisset Achilles offensus. Deinde insignes Athenæ*

---

berg.—32 Vat. 10. *ob hoc factus*. Exc. Sax. et Junt. 1503. *ob id factus*. Cuning. Sanad. et Dorigh. *ob id facti*. Vat. Rom. 6. a m. sec. Vallicel. 1. et Exc. Sax. *ornatus*. Vat. 2. a m. sec. Vat. Rom. 8. Vat. Palat. 4. Angelic. 2. alii codd. ap. Lamb. Pulf. Torrent. et Valart. *ornatur opimis*; et ita notatum ex cod. in marg. Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. et Ald. 1519. in Biblioth. Angelic. Torrentius refutat. Wakef. ex conjectura *oneratur*.—33 *Accipit bis* Vat. 10.—34 Schoenborn. 2. *prætor everte*.—35 *Nescio quid* in eodem cod.—36 Vallicel. 3. *timidis*. Cuning. *mentis*.—37 *Obone* Barberin. 1. *faustus* Chisan. 5.—40 Cuning. *zonum qui*.—42 *Iratus Priscis Zach.* Pearce.—43 Chi-

#### NOTÆ

civitatem, quæ bene munita Tigranis  
opæ servabat. Dio.

32 *Donis honestis*] Qualia sunt phaleræ, torques, coronæ.

40 *Zonam*] Castrensem crumenam et pecuniam, quam milites in zona portare consueverant. Evangel. Marc. cap. 6. Gell. xv. 12. sic loquitur C. Gracchus: ‘ Cum Roma profectus sum, Quirites, zonas, quas argenti plena extuli, eas ex provincia inanes retuli.’

41 *Romæ nutriti mihi contigit*] Vid. I. Sat. 6.

42 *Iratus Graiis quantum, &c.*] Id est, didici Homeri Iliadem, in qua refertur Achilles ob ereptam sibi Briseidem iratus secessisse a reliquo exercitu: atque ita Græcis plurimum nocuisse. Vide I. Od. 15. ad finem. Porro studiorum olim initium ducebant pueri ab Homeris Achille. Unde proverbium de rudi et illiterato: ‘ Ne iratum quidem Achillem novit.’

43 *Adjecere bonæ, &c.*] Dein apud Athenas Philosophiae operam dedi. De Athenis II. Sat. 7.

Scilicet ut possem curvo dignoscere rectum,  
Atque inter sylvas Academi quærere verum. 45  
Dura sed emovere loco me tempora grato ;  
Civilisque rudem belli tulit aestus in arma,  
Cæsaris Augusti non responsura lacertis.  
Unde simul primum me dimisere Philippi,  
Decisis humilem pennis, inopemque paterni 50  
Et laris et fundi, paupertas impulit audax  
Ut versus facerem : sed, quod non desit, habentem  
Quæ poterunt unquam satis expurgare eicutæ,

*aliquanto plus doctrinæ contulerunt; nempe ut nossem præcum ab honesto distinguere, ac veritatem indagare in nemore Academi. Sed infortunata tempora abs-traxerunt me loco jucundo; et civiles fluctus militiae imperitum appulerunt ad exercitum nequaque parcm viribus Augusti Cæsaris. Unde statim ut Philippi me exemerunt abjectum amputatis ulis, spoliatunque domo et bonis paternis, audax inopia adegit carmina componere. Nunc autem possidens quantum sufficit, quibus*



sian. 1. a m. sec. *plus laudis*.—44 *Scilicet ut vellem* Harl. 3. quatuor Feæ, unus Pulf. aliique codd. ap. Cuning. *ut possim* viginti codd. ap. Feam, Bamberg. et unus ap. Pulf. *dinoscere* Bamberg.—46 Angelic. 2. *abmoveare*. Vat. 17. *anovere*; ita alii MSS. apud Pulf. Val. edit. Princ. et prisæcæ aliæ editiones, Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Chab. D. Heins. Desprez, Bond.—49 *Inde simul* Vat. Palat. 4.—50 Vat. Rom. S. Vallicel. 1. et unus ap. Pulf. *pinnis*. —52 Vat. 12. et Vallicel. 1. *sed non quod*.—53 Septem codd. Feæ, *expugnare*; ita Cuning. ex uno cod. enique secutus Dorigh. *expurgare Sicyæ*

## NOTÆ

45 *Inter sylvas Academi*] Academia locus Athenis suburbanus, arboribus multis amoenus, illustrinum etiam virtutum monumentis exornatus, ubi Philosophiam primus docuit Plato. Diogen. Laërt. Alii nomen trahunt ab Academo qui porticum ibi quondam extruxerat: alii a Cadmo.

46 *Dura sed emovere loco, &c.*] Bello nempe civili flagrante, Brutus adversus Augustum colligens copias, Athenis iter habuit in Macedoniam; unde Horatium et alios quosdam juvenes Romanos ibi literis incumbentes abduxit: nostrum vero Poëtam Tribunum militum constituit, quamvis 'belli rudem,' ut patet.

48 *Cæsaris Augusti, &c.*] Commodo assentatur.

49 *Me dimisere Philippi*] Ad quam urbem in Thessalicis campis Augustus Brutum profligavit. Vide II. Od. 7.

50 *Decisis humilem pennis, &c.*] Ammissis dignitate et patrimonio etiam per proscriptionem.

53 *Cicutæ*] Non est quod vox hæc adeo torquat Interpretes, sane pro elleboro posita. Nam et Avicena ci-cutam vocat nigrum helleborum. Itaque sensus est: Quanta esset insanitia mea, si scribendis versibus etiamnum caput obtunderem frangeremve? et quæ frigidiores herbæ possent tem-

Ni melius dormire putem quam scribere versus ?  
 Singula de nobis anni prædantur eentes ; 55  
 Eripueri jocos, venerem, convivia, ludum ;  
 Tendunt extorquere poëmata : quid faciam vis ?  
 Denique non omnes eadem mirantur amantque :  
 Carmine tu gaudes ; hic delectatur Iambis ;  
 Ille Bionis sermonibus, et sale nigro. 60  
 Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,  
 Poscentes vario multum diversa palato.  
 Quid dem ? quid non dem ? renuis tu, quod jubet alter ;  
 Quod petis, id sane est invisum acidumque duobus.  
 Praeter cetera, me Romæne poëmata censes 65  
 Scribere posse, inter tot curas totque labores ?  
 Hic sponsum vocat, hic auditum scripta, relictis

*pharmacis unquam curari possem, si satius non ducerem quiescere, quam versus condere? Ætus desinens omnia pavlatim auffert a nobis: jam eripiunt jocos, amores, convivia, facultias; conatur et abstrahere facultatem poëticam: quid jubes ut agam? Denique non omnibus eadem placent. Tu versus Lyricos amas, ille Iambicos. Hic gaudet Satiris et dicteris mordacibus. Et quidem tres convira raro idem appetunt: quin diversa longe dissimili gustu volunt: quid tribuam? quid negem? tu recusas quod alius petit. Quod cupis, illud amarum et grave duobus videbitur. Praeterea numquid pntas me Romæ posse condere carmina tot inter sotitudines et molestias? Hic rogat ut pro eo spondeam: ille ut audiam quæ composuit, dimis-*



Lamb. ex conjectura.—54 *Si melius Vat. Palat. 6. Nil melius Vat. 14. Chisian. 5. Angelic. 3. et Barberin. 2. Nec melius Crnq.*—55 *Exc. Sax. ludos.*—57 *Vat. Rom. 4. quid faciamus.*—59 Schoenborn. 3. *hi delectantur.*—62 *Poscentes multum vario* Vat. 22. *P. vario animun codex unus ap. Talbot, et sic Cuning. ex ingenio.*—63 *Vat. 24. et quid non dem.* Vat. 7. et *Exc. Sax. quod petit alter.* Bentl. ex quatnor codd. *renuis quod tu;* ita etiam tres ap. Feam, alii ap. Valart. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Valart. Dorigh. et Kidd.—65 *Romæne omnes Crnqñii codd. Gott. omnes ap. Feam, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. al. et edd. vett. ante Aldum. Romæ mene codd. ap. Valart. Alld. 1. 2. 3. Jnnt. 1503. Venet. 1509. Britan. 1520. Basill. 1527. 1530. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Romana solus Baxt.*—

## NOTE

perare furorem hunc poëticum?

55 *Singula de nobis, &c.] Altera non scribendi excusatio.*

58 *Denique non eadem, &c.] Tertia est hæc ratio et excusatio quare versus nolit scribere.*

60 *Bionis sermonibus] Bion sophistes et poëta, dictus Boristhenites, adeo mordax et dicax ut nemini par-*

ceret, sed Homerum ipsum salibus amarissimis prosciderit. Ejus meminit Plutarchus.

65 *Prater cetera] Quarta excusatio.*

67 *Sponsum] Vide II. Sat. 6. ubi, ‘Romæ sponsorem me rapis.’*

*Auditum] De recitandi more et versania, jam dixi.*

Omnibus officiis : cubat hic in colle Quirini,  
**Hic extremo in Aventino ; visendus uterque ;**  
 Intervalla vides humane commoda. ¶ Verum  
 Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet.  
**Festinat calidus mulis gerulisque redemtor ;**  
**Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum ;**  
**Tristia robustis luctantur funera plaustris ;**  
**Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.** 75  
**¶ nunc, et versus tecum meditare canoros.**

*sis quibuscumque officiis : alter habitat in colle Quirinali, alter in ultimo Aventino : ambos adire oportet : cernis toca satis distantia. At vacuae sunt viae, ut nihil cogitatundum impedit. Immo occurrit operum conductor cum mulis et bajulis prope-rans : machina lapidem aut trahem ingentem attollit : pompa funebris decertat cum magnis plaustris : illuc rabiosa canis, istac porcus canosus discurrat. Age modo,*

66 Chisian. 1. *curas tot tolque.*—68 Exc. Sax. et tres alii Feæ, *in valle Quirini* ; et ita codd. Ovidii Fast. IV. 375. Vat. 14. *in monte Quirini.* Nic. Heins. ad Ovid. I. l. malit *Quirino.* Vide eundem Heins. ad Ovid. Met. XIV. 834. ubi *colle Quirinum* est scriptis plerisque : pro vulg. tamen : *colle Quirino* stant pri-mus Hamburg. et quinque aliis.—69 *Hic in Aventino extremo Angelic.* 2. *Aver-tinum Schoenborn.* 2. *uterque est Chisian.* 5. et Vallicel. 1.—70 *Rerum ex ingenio Crug. nou ex codd. ut asserit Gesnerus.*—71 *Plures sunt codd. Feæ, et Schoenborn.* 4. *nil ut Cuning. ob sit ex dnibus codd. Cruq. obstet ? cum in-terrogandi nota tres ap. Feam ; ita edidere Fea et Bothe.*—72 Schoenborn. 3. *mulus gerulusque.*—73 *Torquet nunc ingens lapidem nunc machina Schoen-horn.* 2.—74 *Hic versus deest in eodem codice.*—75 *Hic rabiosa furit Bamberg. rabiosa furit canis* Vat. 4. Vat. Palat. 6. et Harl. 6. *ruit Vat. 16.* ‘*Vul-gata lectio fugit, etsi tot aliis codd. suffulta, hic videtur impropria; nam proprium est canum rabidorum ‘furere,’ et ita verum timorem incentiunt. Canes omnes currunt, fuginnt, quin exterreat.*’ *Fea.* Eadem varietas II. Sat. 7. 35. Mox duo codd. Feæ, *fugit sus.*—76 Vat. Palat. 1. *et versus me-*

## NOTÆ

68 *Colle Quirini]* Ad remotissimam  
urbis regionem.

69 *Extremo in Arentino]* Ad oppo-sitam urbis partem versus Tiberim.

70 *Intervalla vides, &c.]* Inter utram-que illam regionem sunt nempe for-num Romanum, templum Jovis Fere-trii, Capitolium, Palatium.

*Humane commoda]* Ironice, id est,  
valde incommoda ob longinquitatem  
itineris ac regionum diversitatem.  
Perperam istas voces aliqui sepa-rant.

*Verum Puræ sunt plateæ]* Prolep-sis. At vacuae impedimentis sunt viae : atque inter eundum versns me-ditari licet. Immo, inquit Horatius, molestissima est vel ob istam ratio-nem quælibet urbs valde frequens et populosa. Vide Juvenal. Sat. III.

72 *Calidus redemtor]* Ardens et in-lians ad quæstum. Vide III. Od. 1.

73 *Ingens machina]* Vel saxa ad muros, vel tigna ad contignationem attollens.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, et fugit urbes  
 Rite cliens Bacchi, somno gaudentis et umbra :  
 Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos  
 Vis canere, et contracta sequi vestigia vatum ?                    80  
 Ingenium, sibi quod vacuas desumis Athenas,

*versus optimos animo finge. Verum scriptor omnis petit solitudinem, urbesque ritat, jure cliens Bacchi quietem et otium amantis. Tu vero me jubes mediis in tumultibus noctis ac diei Lyrica scribere, et poëtarum ardua studia consecaturi. Ingeniosus quispiam Athenis tranquillis addictus, ibique septem per annos*

\*\*\*\*\*  
*cum, Bamberg, et verbis tecum.* Vat. 9. *meditare sonoros.*—77 Tredecim codd. Feæ, unus ap. Jaeck, et Harl. 3. *et fugit urbem;* ita alii MSS. apud Pulm. Torr. Combe, edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1495. 1509. 1514. Junta 1503. Britann. 1520. Frib. 1536. *et fugat urbem* Schoenborn. 3. *et fugit urbes* octodecim codd. Feæ, alii MSS. apud Torr. Aldus 1501. 1509. 1519. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur. atque inde vulgata apud omnes recentiores. ‘Favet primæ lectioni Porphyrio, dum ait, ad superius argumentum hoc pertinere; quod probat, in frequentia Urbis Poëtam scribere non posse. Eandem lectionem etiam malleit in nota Torrent. At potius de poëtis omnibus, cuiuscumque nationis et temporis, intelligendus Horatius; qui de more fugiunt urbes; et nemora, aut alia secreta loca petunt, ut versus faciant. Si hoc faciunt poëtæ alii; quomodo ego hic, inter tot strepitus nocturnos atque diurnos, in mediis fluctibus, et tempestibus hujus Urbis, omnium maximæ, canere possum? Confer II. Sat. 6. 1. Epist. 14. 10. seqq.’ Fea.—80 Duodecim codd. Fea, *contracta;* ita etiam alii MSS. apud Lamb. Pulm. edit. Flor. 1482. Venn. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. 1552. Lips. 1499. Aldus 1501. 1509. 1519. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion, ab Harsio Lugd. 1538. Lamb. Mur. inde vulgata fere apud omnes. *contactu* habent ceteri codd. Feæ, alii MSS. apud Lamb. Torr. Talb. Val. Commentator Crnqianus, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1509. Junta 1503. Britann. 1520. Utramque lectionem innit; sed secundam videtur admittere Porphyrio. ‘Melius *contracta*, cum Landino, Gesnero, alii, erant difficilia ad sequendum; quoniam coartata erant, et angusta, in tanta etiam egregiorum poëtarum multitudine.’ Fea. Alii codd. *cunctata*, (ita Cuning. et Dorigh.) *conclata*, (ita Gott. Exc. Sax. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. et Mediol. 1477.) *et cuncta, constructa, construta, constructa, et tractata, cantata, et sic codd.* Torrent. Bentleius ex conjectura, non tacta, enīque secentus est Kidd. *vestigia patrum* Vat. 7. ab al. m. in marg.—81 *Ingenium sibi qui Schoenborn. 2. et quatuor ap. Valart. et sic Cuning. Sanad. Mervill. et Dorigh. sibi*

## NOTE

77 *Scriptorum chorus, &c.]* Ovid. Trist. 1. ‘Carmina secessum scribentis et otia querunt.’ Quintil. x. 3. ‘Secretum et liberum arbitris locum, et quam altissimum silentium scribentibus maxime convenire nemo dubitaverit.’ et paulo post: ‘Silentium et secessus, et undique liber animus, maxime optanda sunt.’ Vide Juvenal. Sat. vii. 53. et seq.

78 *Cliens Bacchi]* In tutela Bacchi esse poëtas, dietum est alibi non semel.

80 *Contracta vestigia vatum]* Angusta, ardua, difficilia. Vide Juvenal. mox cit. Alii leg. *contacta*, sed inepte.

81 *Ingenium, sibi quod, &c.]* Si Athenis ludibrio est homo plusculum meditabundus, et quasi lectioni libro-

Et studiis annos septem dedit, insenuitque  
 Libris et curis, statua taciturnius exit  
 Plerumque, et risu populum quatit: hic ego rerum  
 Fluctibus in mediis, et tempestatibus urbis,  
 Verba lyræ motura sonum connectere digner?  
 85  
 Frater erat Romæ consuli rhetor, ut alter  
 Alterius sermone meros audiret honores;  
 Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mucius ille.

*studiis operatus, sedulæ librorum incumbens lectioni, prodit interdum taciturnior quam statuu, et populo ludibrium exhibet. Ergone hic ego inter agitationes ac strepitus civitatis in unum inducam meum aplare voces lyra cauenandas? Insuper et alia quæ deterrent accipe. Rhetor quidam erat Romæ frater juris periti, qui alter alterius perpetuas laudes audiebant. Hic illi quasi Gracchus,*

---

*quid Schoenborn. 4.—82 Ut studiis Cuning.—83 Idem Cuning, taciturnior ex ingenio, ut concordet cum vs. 81. et ita assecle. Saturnius exit Schoenborn. 2.—84 Chisian. 5. et risum.—85 Luctibus in mediis Vat. 18.—86 Vallicel. 1. coner?—87 Schoenborn. 2. Pater e. R. c. rector. Bentl. Partus e. R. consulto. Vat. Rom. 4. et alter. Versus 87–140. Dan. Heinsius transfert ad ii. Epist. I. 229. Boivinus ad vs. 118. Utrumque refellit Bentleius.—89 Britann. 1516. 1520. *huic ut Mucius ille*; ita Lambinns; et post 40. alias editiones, ut asserit Cun. iterum restituit Beutl. quem postea nemo deseruit. Al. *hic ut Mucius illi*. ‘Scribe Mucius ex omnibus antiquitatis monumentis, lapidibus scriptis, nummis, librīs; sed præsertim ex Pandectis, etiam Florentinis, in l. xxiv. et xxxiv. princ. et § 1. et 2. de Auro, arg. leg. atque alibi; contra Baxte-*

## NOTÆ

rum immersus; quid essem ego Romæ, si per vias irem profunda cogitatione abstractus, et tam a rebus quæ circa me sunt quam a me ipso fere alienatus?

86 *Verba lyræ motura sonum*] Versus Lyricos.

87 *Frater erat Romæ, &c.*] Quinta ratio, ineptus et vanus poëtarum animus, quem similitudine explicat. Profecto jam pudere debet poëtam esse, inquit Horatius: cum insulsa vatum nostrorum arrogantia passim nauseam et offendionem ingeneret.

88 *Gracchus*] Tiberius et Cains, Sempronii Gracchi et Corneliae de Scipionum familia filii; ambo eloquentia clarerunt; sed popularibus tumultibus nimium indulgentes mi-

sere et indecora perierunt. Cic. de Harusp. Respons. n. 41. ‘Tib. Gracchum secutus est Caius Gracchus, quo ingenio, quanta vi, quanta gravitate dicendi, ut dolerent boni omnes non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa.’ Idem de Clar. Orat. ‘Fuit Gracchus diligentia Corneliae matris a puero doctus, et Græcis literis eruditus .... Utinam in Tib. Graccho, Caioque Carbone talis mens ad Remp. bene gerendam fuisse, quale ingenium ad bene dicendum fuit. Profecto nemo his viris gloria præstisset.’

*Mucius*] Pub. Mucius ‘juris civilis intelligentia atque omni prudentiae genere præstans.’ Cic. mox eit.

Qui minus argutos vexat furor iste poëtas? 90  
 Carmina compono, hic elegos; mirabile visu  
 Cælatumque novem Musis opus. Aspice primum,  
 Quanto cum fastu, quanto molimine circum-  
 Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.  
 Mox etiam, si forte vacas, sequere, et procul audi 95  
 Quid ferat, et quare sibi nectat uterque coronam.  
 Cædimur, et totidem plagis consumimus hostem,  
 Lento Samnites ad lumina prima duello.

*ille huic tanquam Mucius prædicabatur. Nihilo certe minus insania ista detinet poëtas loquaces. Odas ego scribo, hic elegius, opus admirandum et a novem Musis elaboratum. Animadverte primo quanta cum arrogantia et anxietate contemplemur Apollinis templum Romanis poëtis destitutum. Deinde si per otium licet, assectare quoque, et minus auscultare quid quisque afferat, et cur sibi lauream attribuat. Conficimur, totidemque vulneribus afficimus adversarium, lenta pugna usque ad respe-*

\*\*\*\*\*

rum, qui in editione Bentleii *Mucius* redarguit præ *Mutius*. Fea.—90 Qui nimis Vat. Palat. 1. versat Bentl. ex conj. landat Burman. ad Propert. iii. 9. 1. ipse poëtas Vat. 5. ille poëtas Schoenborn. 2.—91 Land. G. Fabric. alii que panci, miserabile visu.—92 ‘*Sacratumque* Bentl. argutiis eruditis. Acerbe eum refutat Dac. in altera editione; alii aliter. Laudat Vannettus Osservaz. Intorno ad Oraz. t. 1. p. 312. seqq. Sanadonus exponit, ‘cælatum,’ id est, ‘studiose, et affabre elaboratum.’ Porphyrio: ‘*Cælatum, variatum, et quasi pictum,*’ &c. Fea.—93 Vat. 9. et Chisian. 6. *circum molimine quanto.*—94 Angelic. 2. et unus Torrentii, *spectanus.*—95 Vat. Rom. 6. a m. pr. unus Pulmanni, alii ap. Valart. et Cruq. racat.—96 *Quod ferat* Barberin. 2. *nectat* Chisian. 5. *Qui ferat aut Zarot. et Vet. Comb.*—97 *Credimus* Schoenborn. 2. *Cedimus* Barberin. 2. *plagis totidem* Vat. Palat. 1.—98 Barberin. 2. Mediol. 1477. Venet. 1481. et Junt. 1503. *limina prima.* Duo codd. Cruquii, *lumina*

## NOTÆ

91 *Mirabile visu, &c.*] Judicio quidem ipsorum auctorum futili et insulto.

93 *Circumspectemus*] Se quidem cum istis poëtastris jungit Horatius, ut gravius eos proscindat et confidiat.

94 *Vacuam Romanis ratib. ædem*] Quamdiu sua scripta non replebunt ædem seu bibliothecam Apollinis, eam Romanis vatibus vacuam putant inepti illi, adeo se mirantur, et aliis omnibus præstantiores existimant.

96 *Quare sibi nectat uterque coronam*] Quam stulte laurea se poëtica dignos putent.

97 *Cædimur, et totidem, &c.*] Invicem quasi vulneramur, et conficimur inani gloriæ opinione decepti, dum mutnis laudibus vanisque titulis et elogiis alii alios perperam exornamus. Alii de recitandi et audiendi vicissim molesta occupatione intelligunt, afferuntque illud ex Arte Poëtica: ‘Recitator acerbus, quem arripuit, tenet occiditque legendō,’ sed minus bene.

98 *Lento Samnites, &c.*] Parum ad rem est Samnitum pertinax adversus Romanos ad finem usque diei pugna, de qua Liv. lib. ix. et Ennius: ‘Bellum æquis manibus nox intempesta diremit.’ Aptius ergo intelligemus

- Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?  
 Quis, nisi Callimachus? si plus adposcere visus, 100  
 Fit Mimnermus, et optivo cognomine crescit.  
 Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,  
 Cum scribo, et supplex populi suffragia capto:  
 Idem, finitis studiis, et mente recepta,  
 Obturem patulas impune legentibus aures. 105  
 Ridentur mala qui componunt carmina: verum  
 Gaudent sribentes, et se venerantur, et ultiro,  
 Si taceas, laudant quicquid scripsere, beati.  
 At qui legitimum cupiet fecisse poëma,

*ram, quasi Samnites. Illius sententia sum Alcæus: ille mea quis erit? quis nisi Callimachus? Si quid amplius petere videatur, dicetur Mimnermus, et exornabitur vocabulo quod optaverit. Multa quidem perfero, ne irritem Poëtas, ut plurimum iracundos, quando quidpiam compono, et vulgi approbationem enixis precibus flagito: at post finita studia cum ad memet redii, ipse aures occulam ante apertas temere recitantibus. Deridentur qui scribunt inconcinnos versus, sed auctores ipsi sibi placent et applaudunt, ac felices renditant quod composuerunt, si a te non laudentur. Verum quisquis carmen exactum scribere*



*prona. Schoenborn. 2. lumina prima virorum.—100 Vat. Palat. 4. sed plus de-  
 poscere. Unus Cruquii, si plus se attollere.—101 Vat. 14. et Barberin. crescat.  
 Margo Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. crescat.—102 Cuning. conj. in nota,  
 rates.—103 Schoenborn. 3. Dum scribo. Schoenborn. 2. suffragia posco.—  
 105 Obtundam Wakef. in Erratis: in textu vero et notis Oblundem. Schoen-  
 born. 3. Opturem. Interrogative hunc versum legit Zach. Pearce.—107 Exc.  
 Sax. scriptores sed. Vat. 14. et Vallicel. 3. scriptores sese. Chisian. 5. etiam,  
 scriptores.—108 Barberin. 1. a m. pr. laudent. Schoenborn. 3. scripsisse.—*

#### NOTÆ

illud genus gladiatorum quos ab ar-  
 matura Samnites dicebant, quodque  
 inter epulas spectaculnm adhibebant,  
 adeoque *ad lumina, lento etiam duello:*  
 quippe non gladiis sed rudibus decer-  
 tantes, graves quidem ictus sed mi-  
 nime plagis aut necem inferebant.

99 *Alcæus*] Ab eo dico alter Al-  
 cæus. De hoc Lyricorum coryphæo  
 1. Od. 32. et 11. Od. 13.

*Puncto*] Examine, suffragio, judi-  
 cio.

100 *Callimachus*] Hic Elegiogra-  
 phorum princeps apud Græcos, Quin-  
 tiliano etiam teste. Cyrene in Africa  
 oriundus, floruit sub Ptolemæis Phil-

adelpho et Evergete, plurima certe  
 carmina scripsit, sed pervenerunt ad  
 nos pauca duntaxat Epigrammata, et  
 Hymni. Ex eo quædam imitari inter-  
 dum et prædari studuere Catullus  
 atque Propertius. Quod breves li-  
 bros amaret Callimachus, insimulan-  
 tibus aiebat: ‘*Ingens volumen in-  
 gens malum.*’

101 *Mimnermus*] De eo Poëta 1.  
 Epist. 6. ad finem.

105 *Obturem patulas, &c.*] Interdum  
 ineptias legentium et recitantum  
 ferre cogor: at postea indignor, aver-  
 sor, abhorreo.

- Cum tabulis animum censoris sumet honesti ; . . . . . 110  
 Audebit quæcumque parum splendoris habebunt,  
 Et sine pondere erunt, et honore indigna ferentur,  
 Verba movere loco, quamvis invita recedant,  
 Et versentur adhuc intra penetralia Vestæ.  
**Obscurata diu populo bonus eruet, atque** 115  
**Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,**  
**Quæ priscis memorata Catonibus atque Cethegis**  
**Nunc situs informis premit et deserta vetustas :**  
**Asciscet nova, quæ genitor produxerit usus.**

*voluerit, is cum charta accipiet animum boni critici: quæ dictiones minus aptæ et pulchræ judicabuntur, ultra expunget, etsi reluctantæ amoveantur, et adhuc inclusæ sint in Vestæ sacrario: solers adhibebit splendidas rerum appellations, ut diu populo ignotas producet: quas olim Catones et Cethegi usurparunt, nunc autem deformat turpis squalor et obsoleta antiquitas: finget novas quas auctor usus propan-*

-----  
 110 Schoenborn. 2. et Vat. Rom. 8. sumet censoris honesti.—112 Plurimi codd. ap. Feam, et duo alii ap. Jaeck, feruntur. Vat. Rom. 9. terentur.—114 Septem codd. Feæ, unus Torrent. undecim Valart. cum edd. Veneti. 1481, 1486. 1509. 1514. et Junt. 1503. inter penetralia.—116 Vat. Palat. 3. proferat; et ita notatum ex cod. in marg. Ald. 1509. in Biblioth. Barberin.—117 Quæ primis Schoenborn. 2.—118 Vallicel. 1. a m. sec. *situs infamis*.—119 Vat. 2. a m. sec.

#### NOTÆ

114 *Intra penetralia Vestæ*] In con-clavi, in scrinio scriptoris, quæ nemini præter ipsum, scrutari licet: quemadmodum solus olim Pontifex maximus adire poterat ‘abditos et penetrales focos’ apud Vestæ fanum. Cic. vel, sicut e templo Vestæ tanquam ex asylo quenvis extraxisse, nefas est. *Vestam* hic pro Lare poni quidam volunt. De Vesta 1. Od. 2.

115 *Obscurata diu, &c.*] Art. Poët. vs. 70. ‘Multa renascentur quæ jam cecidere,’ &c.

117 *Catonibus atque Cethegis*] Veturissimis oratoribus, fere coævis. Plin. vii. 27. ‘Cato,’ inquit, ‘primus Porciæ gentis tres summas in homine res præstítisse existimatus est; optimus orator, optimus imperator, optimus senator.... quater et quadragies causam dixit: nec quisquam sæ-

pius postulatus, et semper absolu-tus.’

*Cethegis*] Intelligendns hic M. Cornelius Cethagus, quem Cicero in Bruto commendat, ejusque eloquentiæ auctorem idoneum dicit Q. Ennium; quippe qui et ipse eum audierit, et de mortuo scribat: unde nemo suspiciari possit, amicitiæ causa esse mentitum. Is cum Publ. Sempronio Tuditano consulatum gessit, bello Punico secundo, annis fere ducentis antequam hæc scriberet Horatius. Ennius in Annal. ‘Additur orator Cornelius’ snaveloquenti Ore Cethagus.... Flos delibatus populi, suadæque medulla.’ Vide Quintil. 11. 15. ubi horum facit mentionem.

119 *Asciscet nova*] Vide Art. Poët. vs. 46. et seq.

- Vehemens et liquidus, puroque simillimus amni, 120  
 Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua:  
 Luxuriantia compescet; nimis aspera sano  
 Levabit cultu; virtute parentia tollet:  
 Ludentis speciem dabit; et torquebitur, ut qui  
 Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur. 125  
 ¶ Prætulerim scriptor delirus inersque videri,  
 Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,  
 Quam sapere, et ringi. Fuit haud ignobilis Argis,

*gabit: ad instar fluminis rapidi ac nitidi, proferet divitias, ac sermone opulentem dabit Latinum: redundantiū cōrcebit, duriora scite expoliet, inertibus vim addet: quasi ludens circumagetur, velut qui modo Satyrum, modo rudem Cyclopem motu simulat. Ego certe malim haberi poëta vesanus et insulsus, dummodo placeant mihi vel etiam ignota sint vitia mea; quam bene scribere, et animo cruciari. Argis fuit*

produxerat. Venet. 1492. perduxerit.—120 *Hic vehemens liquidus* Vat. Rom. 5. a m. sec. et Vat. Palat. 6. *Et liquidus vehemens* Vat. Rom. 6. Barberin. 2. et Angelic. 3. *Ut vehemens liquidus* Vat. 18. *Vehemens et liquidus* in omnibus aliis. simillimus anni Schoenborn. 6.—121 *Fundit opes* Vat. Rom. 5.—122 Cuning. in nota conj. depascet. Vat. Palat. 3. et Vallicel. 1. compescit.—123 *Leviret cultu* Vat. Rom. 5. a m. sec. Vid. Art. Poët. 26. *calenia* Vat. Rom. 5. a m. pr. Vat. Palat. 3. Vallicel. 1. et duo codd. Torrentii.—125 *Nunc sacrum* Schoenborn. 4. *Cyclopa imitatur Zarot.* Mediol. et Vet. Comb.—126 *Pertulerim* Vat. Rom. 2. *Protulerim* Vat. 14.—127 *Cum mea* Vat. Palat. 3. *delectant* Vatt. 10. 14. 18. 19. Vatt. Rom. 2. 3. 5. 9. Vat. Palat. 1. Bamberg. Chisian. 1. a m. pr. Chisian. 5. et Vallicel. 3. ita notatum ex cod. in marg. Ald. 1509. in Biblioth. Barherin. *fallunt* Schoenborn. 2. 3. Vat. 10. et Vat. Rom. 9.—128 *Argos* vel *Argus* codd. Torrent. et ita Sanad. Mervill. et Phil.—130 An-

## NOTÆ

124 *Ludentis speciem dabit]* Ea subtilitate scribet, ut ludere videatur: adeo res quæque luculenter et facile scriptæ apparebunt, ‘ut sibi quivis Speret idem;’ at ‘sudet multum frustraque laboret Ausus idem.’ Art. Poët. vs. 240. Vide ibi Not.

*Ut qui Nunc Satyrum, nunc ugr. &c.]* Velut eximus pantomimus, gestibus exprimens nunc agilem Satyrum, nunc tardum Cyclopem, tanta quidem arte, ut ipsa Satyri vel Cyclopis natura et persona agere credatur: quod quidem pariter æmulari se posse quisque spectantium facile sibi persuaserit: verum si rem ten-

tet, jam difficultatem sentiat. Vide 1. Sat. 5. 63.

126 *Prætulerim scriptor, &c.]* Videatur per prosopopœiam induci Florus, vel alius quispiam, hæc dicens et concludens ex rationibus ab Horatio prolatis.

128 *Ringi]* Stomachari, intimis sensibus angi. Cic. ad Attic. iv. 5. ‘Hi subringentur, qui villam ne moleste ferunt habere, quæ Catuli fuerat.’

*Fuit haud ignobilis Argis]* Homo ille vocabatur Lycas, ex Vet. Comment. De Argis urbe, 1. Od. 7. Not.

Qui se credebat miros audire tragœdos,  
 In vacuo lætus sessor plausorque theatro ; 130  
 Cetera qui vitæ servaret munia recto  
 More ; bonus sane vicinus, amabilis hospes,  
 Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis,  
 Et signo læso non insanire lagenæ :  
 Posset qui rupem et puteum vitare patentem.  
 Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus  
 Expulit helleboro morbum bilemque meraco,  
 Et reddit ad sese ; Pol, me occidistis, amici,  
 Non servastis, ait; cui sic extorta voluptas,  
 Et demtus per vim mentis gratissimus error. 140

*quidam non plebeius, qui credebat audire se tragœdos excellentes, in vacuo theatro sedens et applaudens: ceterum honestæ ritæ officia non omittebat, probus omnino vicinus, benignus hospes, bonus erga conjugem, mitis in servos, nec supra modum excandescens si fractum invenerit lagenæ sigillum: denique rupem vel puteum facile devitabat. Ille affinium cura et auxilio sanatus, pulso morbo et bili per elleborum purum, ad mentem sanam reversus dixit: Profecto me occidistis, o amici, non servastis, cui gaudia sic abstulisti, et mentis errorem jucundissimum eripiuitis per*

gelic. 3. *plaususque.* Cuning. ex codd. *plosorque.* Vid. Art. Poët. 154.—  
 131 Vet. Rom. 9. *munera.* Schoenborn. 3. *rectum.*—132 Comes Vat. Rom. 5. a m. pr. et Vat. Palat. 3. in *uxores* Vallicel. 1.—136 Schoenborn. 2. *refectis.*—137 Vat. 5. Vat. Palat. 4. *bilem morbumque;* ita notatum ex cod. in marg. Ald. 1509. in Biblioth. Barberin.—138 *Et stabit* Schoenborn. 3. *redit ad se:* Pol Bad. Aseens. et Cuning.—139 *Non servatis* Vat. Palat. 6. *cui siccus* Schoenborn. 2.—140 Zarot. *preium mentis.* Barberin. 1. *per mentis vim.* Angelic. 1. *mentis per vim.* Vat. Rom. 3. *gratissimus horror.*

## NOTÆ

129 *Qui se credebat, &c.]* Idem Abydi gestum narrat Aristoteles. Vide Athenæum lib. XII. in fine, ubi similiter refert de insano historiam sat lepidam. Thrasylaus nempe quidam (*Thrasylum* vocat *Elianu*s Var. IV. 25.) suas esse putabat naves omnes in *Piræum* appellentes: has recensebat, excipiebatque tanto gaudio, quam si dominus fuisse earum rerum omnium, quæ advenissent salvæ. Is vero Critonis fratris cura sanatus affirmabat lætum se prorsus ac beatum vixisse in ea dementia; quoniam omnis molestiæ expers, et multam volupta-

tem animo perciperet.

134 *Signo læso lagenæ]* Lagenas vini obsignabant olim adversus frandum servorum. Cic. XVI. 26. ad Tironem: ‘Olim matrem memini lagenas etiam inanes obsignare, ne dicebentur furtum exsiccatæ fuisse.’ Pers. Sat. VI. 17. ubi: ‘Et signum iuvapida naso tetigisse lagenæ.’

*Insanire]* Irasci nimium, usqne ad furorem et insaniam.

140 *Mentis gratissimus error]* Vide Athen. paulo ante cit. ubi ait, jucundissimas esse insanorum delicias.

¶ Nimirum sapere est abjectis utile nūgis,  
 Et tempestivum pueris concedere lūdum;  
 Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis,  
 Sed veræ numerosque modosque ediscere vitæ.  
 Quocirca mecum loquor hæc, tacitusque recordor;      145  
 Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ,  
 Narrares medicis: quod quanto plura parasti,  
 Tanto plura cupis, nulline faterier aedes?  
 Si vulnus tibi monstrata radice vel herba  
 Non fieret levius; fugeres, radice vel herba      150  
 Proficiente nihil, curarier? Audieras, cui  
 Rem Di donarint, illi decedere pravam  
 Stultitiam; et cum sis nihilo sapientior, ex quo  
 Plenior es; tamen uteris monitoribus isdem?

*virtutem medicamentorum. Scilicet expedit sapientiae studere, abjectis nūgis; et pueris relinquere ludum ætati congruum. Jam non amplius jurat sectari voces chordis Latinis canendas, sed rectæ ritæ rationes et instituta scrutari. Quapropter ita mecum reputo, et tunc statuo: si nulla aquarum abundantia sitim placaret. medicos adires: cur autem nemini aedes fateri, quo plus habes, eo plus te appetere? Si ægritudo non levaretur planta vel radice tibi indicata, sperneres radicem aut plantam nihil remedii afferentem. Auditu acceperas, Diis opes largientibus, hominem insania ista liberari; factus autem locupletior, quamquam nihilo magis sapis,*

—141 *Nil mirum Schoenborn. 2.—143 Vat. 4. a m. pr. modulata; et ita notatum ex cod. in Ald. 1501. Biblioth. Vatican.—144 Sed vere Vat. 1. et unus ap. Pulm. addiscere unus Pulmanni. edicere Vat. Palat. 3.—145 Quod circa Vat. Palat. 3. loquar Vallicel. 3. loquor hoc Schoenborn. 2. 3. 4. tacitus loquor hæc mecumque Barberin. 2.—147 Vat. 1. a m. pr. quid? Vat. Rom. 2. a m. sec. Vat. Rom. 3. Vatt. Palat. 3. 6. et unus ap. Valart. quid.—148 Vat. Rom. 3. et Angelic. 1. cupis? Zarot. nulli te farier. Vat. 10. fateris et aedes.—150 Si fieret Schoenborn. 2. Nil fieret Vat. Rom. 8.—152 Tres codd. Feæ, et unus ap. Talbot. donarant. Bentleius, donarant, ex conj. quem secenti sunt Baxt. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zeun. Kidd. Jaeck, et Dæring. Ceteri codd. et edd. donarent, quod revocarunt Fea et Bothe. pravam Schoenborn. 2.—153 *Stultitiam?* duo codd. Feæ. —154 Duo codd. Feæ, Bos. Gott. Exc. Sax. a m. pr. alii ap. Lamb. Pulm. Talbot. et Valart. *rationibus*; ita notatum ex cod. in marg. Ald. 1501. in*

## NOTÆ

141 *Nimirum sapere est abjectis, &c.]* transit ingeniose Horatius ad aliam materiam, nempe, moribus corrigen-  
 dis potius quam verbis connectendis  
 et numerandis studere jam expedit,  
 ubi Flori vitia solerter notat.

146 *Si tibi nulla sitim, &c.]* In mor-

bis corporis, consultur medicus; in  
 morbis animi, dissimulatur celaturque  
 malum, nec ullum proinde remedium  
 quæritur.

151 *Audieras]* A Stoicis didiceras.

154 *Monitoribus isdem]* Vel, enpi-  
 ditatibus, vel, avaris, qui ut rem sem-

At si divitiae prudentem reddere possent, 155  
 Si cupidum timidumque minus te; nempe ruberes,  
 Viveret in terris te si quis avarior uno.  
 Si proprium est quod quis libra mercatus et ære est,  
 Quædam, si credis consultis, mancipat usus:  
 Qui te pascit ager, tuus est; et villicus Orbis, 160  
 Cum segetes occat tibi mox frumenta daturas,  
 Te dominum sentit: das nummos, accipis uvam,

*tamen auscultas semper eosdem monitores. At si opes meliorem, si minus avarum et sollicitum efficerent; jure quidem erubesceres, si quisquam in orbe esset te solo cupidior. Jam vero, si proprium est quod quisque soluto pretio emit; si quædam usus addicit, ut aiunt juris periti; tuus est ager qui te alit, et villicus Orbii occasus segetes, ut tibi dein triticum vendat, te herum sentit: data pecunia mercaris uvam,*

Biblioth. Vat. et Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. et Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.—155 *Ac si* Vat. 15. et Venet. 1481. *Et si* Schoenborn. 2. sapientem Exe. Sax. possint Chisian. 5. possunt Vat. 5. a m. pr. et Vat. 18.—156 *Ut cu-*  
*pidum Barberin.* 2. *tumidumque Barberin.* 1. a m. pr. et unus Pulmanni. *tu*  
*nempe unus Pulmanni;* et sic Cuning. *tunc nempe Vallicel.* 2. *puderes* Vat.  
*Rom.* 8. a m. pr.—158 *Si proprium quicquid Vallicel.* 1. *mercatur et ære qua-*  
*tuor ap. Jaeck.* plurimi ap. Feam, et edd. vett. *mercatus et ære est quinque*  
*Feæ, alii codd. cum edd. Lamb. et recent.*—159 *Cuning.* *mancipat.*—160  
*Bamberg. reliicus.* Vat. Rom. 3. *Orbis.* Vat. 5. et unus Torrentii *Urb.*—161  
*Qui segetes Barberin.* 2. *daturus sex Feæ, alii MSS. apud Crnq. Torr. Bentl.*  
*admisit in textum Cruquius;* ‘reproduxit Bentl. nec validis argumentis;’ *Fea.*  
*sequuntar anonymous 1713.* Cun. San. Merv. Phil. Gesu. Sandby, Val. Dor.  
*Oberl. Combe, Wakef. Wetz. et Zeun.* *daturus ceteri codd. Feæ, dnu ap. Jaeck,*  
*alii MSS. apud Pult. Crnq. Torr. Oberl. Combe, edit. Princ. et aliae priscae*  
*omnies usque ad Cruquium, aliaeque post illum; tneutr Dacerius contra*  
*Bentl.* ‘*Sensus evidenter exigit: est enim villicus, qui daturus est frumenta;*  
*idem uvam, pullos, ova, vinnu: et hoc modo sentit te dominum;* quia ipsi  
*das nummos, quibus illum agrum, cuius est villicus, paullatim mercaris, et*  
*usu tuum facis.’* *Fea.*—162 *Chisian.* 5. *des nummos.*—166 *Quid referet Angelie.*

## NOTÆ

per angeas admonent: quasi sapien-  
 tia et felicitas una cum opibus ac-  
 cresceret.

158 *Si proprium est quod quis, &c.]* Agit adversus eos, qui multos ut  
 agros emant, magnam pecuniaæ vim  
 congerere student.

*Libra mercatus et ære]* Olim rei  
 pretium sen pecunia pendebatur:  
 postea numerari cœpit.

159 *Mancipat]* Jus et possessionem  
 certam tradit, usu continuato per

tempus lege definitum.

160 *Qui te pascit ager, tuus est]*  
 Tum emtione tum usucapione pro-  
 prius tibi dicendus est ager, cuius  
 fructibus uteris licet emtis. Cic. E-  
 pist. vii. 30. ‘Id cuiusque est pro-  
 prium quo quisque fruitur atque  
 utitur.’

161 *Occat]* Sparsum semen terra  
 operit glebas versando et frangendo.

162 *Te dominum sentit]* Quamvis  
 Orbii dicatur ager et villicus, tu ta-

- Pullos, ova, cadum temeti : nempe modo isto  
 Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis,  
 Aut etiam supra, nummorum millibus emtum. 165  
 Quid resert, vivas numerato nuper an olim ?  
 Emtor Aricini quondam Veientis et arvi  
 Emtum coenat olus, quamvis aliter putat; emtis  
 Sub noctem gelidam lignis calefactat aënum;  
 Sed vocat usque suum, qua populus adsita certis 170  
 Limitibus vicina refugit jurgia; tanquam  
 Sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ  
 Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema,

*pullos, ova, cadum rini; ita nimirum paulatim emis agrum forte millibus nummorum trecentis vel amplius comparatum. Quid interest, seu nuper seu dudum soluto vivas? Possessor vetus agri Veientis et Aricini emtum comedit olus, quamvis aliter existimet, emtis lignis aënum calefacit sub noctem frigidam. Atqui suum appellat usque ad populum juxta plantatam, quæ certis finibus dirimit controversius vicinorum. Quasi vero proprium alicui sit, quod momento fluxi temporis mutet dominos et in alterius possessionem transeat, vel precibus, vel emtione, vel per vio-*

2. et Barberin. 2.—167 Chisian. 5. quando. Quinque ap. Feam, quoniam; ita alii MSS. apud Crnq. Torr. Combe; adoptavit Crunqins, landat in nota Torr. rejicit Talb. Bene: *quondam* melius respondet sententiae Horatianæ in superiori versu, *nuper, an olim*: et sensus est: Ille, qui jam a multis annis emit agrum Aricinum, et Veientem; vivit numerato, id est, emit olus, quo coenet; et ligna, quibus calefaciat hyeme alienum; non dapibus inemtis, ut ille Epod. 11. 48. et tamen dicit suum omne terræ spatium, quod ipse arboribus, sepiibus, vel alio modo terminavit, secrevit ab aliis possessoribus.' Fea.—168 Bamberg. holus.—169 Sanadonus ex ingenio gelidum.—171 Wieland. ricini. Bentl. ex codd. Lamb. et Talbot. refigit, quod repererunt anon. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Valart. Dorigh. Wakef. et Kild.—172 Aldd. 1. 2. 3. Venet. 1546. et Gryph. 1566. cuiquam. Refutat Torrent.—173 Hunc prece unus Barthii. sorte suprema Aldus 1501. 1509. 1519.

## NOTÆ

men magis dicendus es dominus, cui  
 fructus fert ager, et cui laborat vil-  
 licus.

166 *Numerato nuper an olim*] Qui agrum mercatur, fructus quidem universos præsentes et futuros emit dato semel integro pretio: qui vero necessarios in diem fructus mercatur, agrum emit paulatim numerato pretio et per partes dato.

167 *Aricini*] Aricia oppidulum La-  
 tii.

*Veientis]* Veii urbs Hetruriæ.

168 *Quamvis aliter putat*] Non est quod inemta dicat ols et ligna. Scilicet eorum olim pretium numeravit et solvit, quando agros soluta pecunia emit.

170 *Sed vocat usque suum, &c.]* Pro-  
 lepsis. Vide 11. Sat. 2. sub finem.

173 *Nunc prece, &c.]* Quatuor ista sunt rem capiendi genera: *prece*, per donationem precibus, officiis, aut alia ratione captatam: *pretio* emtione: *ri-*

Permutet dominos, et cedat in altera jura.

Sic quia perpetuus nulli datur usus, et hæres

175

Hæredem alterius, velut unda supervenit undam;

Quid vici prosunt, aut horrea? quidve Calabris

Saltibus adjecti Lucani, si metit Orcus

Grandia cum parvis, non exorabilis auro?

Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,

180

Argentum, vestes Gætulo murice tinctas,

Sunt qui non habeant, est qui non curat habere.

Cur alter fratribus cessare, et ludere, et ungi

*lentiam, aut per mortem. Quoniam igitur nemo habet usum perpetuum, atque hæres hæredi sicut fluctus fluctui succedit; quid proficiunt villæ aut horrea? quorsum Lucani agri Calabris adjuncti, si magna parvaque abripit mors nequaquam auro placabilis? Lapillos, marmor, ebur, Etrusca signa, picturas, argentum, vestes Gætulica purpura tinctas multi non possident; quidam nec cupint possidere. Quare fratribus alter otium, nugas, unguenta habere malit quam opima palmeta*

\*\*\*\*\*

inde Junta 1503. Basill. 1527. 1531. Dion ab Harsio Lugd. 1538. Pulm. Cruq. H. Steph. Chabot. aliique non pauci; et inter recentiores Baxterius, Gesn. Oberl. Combe, Wetz. Zeunius. Rejecerant Bentl. et Sanad. *morte suprema* codd. et edd. antiq. omnes.—174 *Permitat unus ap. Feam. altera rura Schoenborn.* 2.—175 *Si qua quatuor codd. Feæ. Si quia Schoenborn. 4. Sed quia duo Feæ, unus apud Pulm. unus Torr. unus Oberl. quatuor Combe.* ‘Adoptat, et male tuerit Sanad. inde Merv. Phil. Al. *Sic quia;* et inter recentiores tenent Baxt. Bentl. Gesn. Sandby, Valart. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Sed *si quia*, præter MSS. et editiones, etiam habet, et exponit in *commentario Porphyrio.* *Fea.* multis notatum ex cod. in marg. Ald. 1509. in *Biblioth. Barberin.*—176 Bentl. conj. alternis.—177 [i] Quid vites prosunt] Ita contendit Guil. Canter. Nov. Lect. iv. 12. et post eum Marcilius, aliique, ex conjectura; et quod legant apud Porphyriionem tineis; unde *vites* reformat, et adoptant; exponentes *vini redditum.* At in mendo cubat lectio Porphyriionis in editis. In MSS. Vat. et Chis. bene vici. Et quidem *vici* eleganter pro magnificientia, et divitiis immensis Romanorum. *Fea.*—178 Vat. 9. et Schoenborn. 4. *si metat.*—182 Gott. Zarot. et Bentl. *curat.* Tres codd. ap. Valart.

#### NOTÆ

erepta veteri domino possessione, seu per vim armorum seu per fraudem et iniquas lites. *Sorte suprema]* Cum hæreditario jure obveniunt bona.

177 *Quid vici prosunt]* Quidam legunt *vites*, id est, vineæ.

*Calabris Saltibus adjecti Lucani]* Calabriae pariter et Lucaniae opima valde pascua erant. De contiguis illis ad ultimam Italianam regionibus iam dictum in Epod. i.

180 *Tyrrhena sigilla]* Imagines par-

vas ex Etruria, quam regionem primo incoluerunt populi a Tyrrheno Atys (qui unus e posteris Herculis) filio nominati, et e Lydia hic deducti.

181 *Gætulo murice]* ‘Purpura florem illum tingendis expetitum vestibus murices (pisciculi) in mediis habent fancibus. . . . Præcipnus in Meninge Africæ et Gætulo littore Oceani.’ Plin. ix. 36. De Gætulia dixi i. Od. 23. et ii. Od. 20.

183 *Alter fratribus]* Designat Mi-

Præferat Herodis palmetis pinguibus ; alter,	
Dives et importunus, ad umbram lucis ab ortu	185
Sylvestrem flammis et ferro mitiget agrum ;	
Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,	
Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum-	
Quodque caput, vultu mutabilis, albus et ater.	
Utar, et ex medico quantum res poscit acervo	190

*Herodis ; alter autem licet opulentus agrum sterilem laboriose domet igne et vomere, a prima luce usque ad resperam ; novit Genius, qui comitatur sidus ortui præsidiens ; humanae nature Deus, qui cum singulis hominibus interit, faciem habens multiplicem, propitius et adversus. Quæ cum ita sint, bonis utar, et ex parvo cumulo de-*

et edd. vett. curet.—183 *Cur animum Schoenborn.* 4.—185 *Vallieel.* 1. *et umbram.*—186 *Vat.* 9. *mitigat.* *Unus Pulmanni arvum.*—188 *Schoenborn.* 2. *mortalis.*—190 *Utarque ex medico Mediol.* 1476. *Venett.* 1486. 1490. 1492. *Utarque et modico Venett.* 1478. 1481. *Utar et e modico Cuning.* *Sanad.* et *Mervill.* *res poscit* *Vat.* 18. *Vat.* *Palat.* 4. *Chisian.* 5. *et nnus ap.* *Oberlin.* a m. pr.

## NOTÆ

cionem et Demeam fratres, quorum alter in urbe quietus degebat, alter ruri duris se laboribus exercebat : apud Terent. Adelph.

181 *Herodis palmetis]* Agris Judææ fertilissimis ; et Jerichuntinis palmis, e quibus opimus redit proventus. Illic vero Herodis regia erat. Strabo lib. xvi. ‘ Hierichus campus a montana quadam cirenumdatus, quæ in amphitheatri speciem ad ipsum declinat. Ibi est palmetum habens et alias feraces arbores, sed plures palmas : ad stadia centum extenditur irriguum totum : ae villis frequens. Illic etiam visitur Herodis regia, et balsami viridarium. Inde vero amplius est redditus et ingens veetigal.’ Vide et Plin. v. 17.

*Herodis]* Herodes apud Judæos regnavit temporibus Augusti in partibus Syriæ, inquit Vet. Schol. ad Persii Sat. v. 180. De eo nos amplius ibidem.

186 *Sylvestrem flammis]* Rem fuse explicat Virgilius Georg. i. 84. et seq. ‘ Sæpe etiam steriles incendere

profuit agros, Atque levem stipulan crepitantibus urere flammis : Sive inde occultas vires et pabula terræ Pingua concipiunt ; sive illis omne per ignem Excoquitur vitium, atque exundat inutilis humor ; Seu plures calor ille vias, et cæca relaxat Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas ; Seu durat magis, et venas astringit hiantes ; Ne tennes pluviae, rapidive potentia solis Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.’

187 *Genius]* Numen quod rebus gignendis præest, et simul cum nascente nasci, cum moriente mori credebat. Animian. Marell. lib. xxii. Censorin. de die Natali. Plutarch. lib. de Interitu Orae. &c.

189 *Albus et ater]* Dupliceum enique genium veteres assignabant, bonum et malum. Bruto cubanti narrant obversatam olim speciem corporis horrifici ; et querenti, quis Dens vel homo esset, et quid vellet, respondisse : Malus ego tuus genius sum ; hodie me ad Philippo videbis. Cui Brutus intrepide : Videbo. Plu-

Tollam; nec metuam quid de me judicet hæres,  
 Quod non plura datis invenerit: et tamen idem  
 Scire volam quantum simplex hilarisque nepoti  
 Discrepet, et quantum discordet parcus avaro.  
 Distat enim, spargas tua prodigus, an neque sumptum 195  
 Invitus facias, neque plura parare labores;  
 Ac potius, puer ut festis quinquatribus olim,  
 Exiguo gratoque fruari tempore raptim.  
 Pauperies immunda domu procul absit: ego, utrum  
 Nave ferar magna an parva, ferar unus et idem. 200  
 Non agimus tumidis velis aquilone secundo;

*sumptu quod opus erit; nec curabo quid hæres de me censeat, quia non repere it maiores opes quam mihi donatae sint. Ipse tamen cupiam nosse quid bonus latusque differat a luxurioso, et quantum distet frugalis a sordido. Quippe latum discriminem est, utrum bona tua male profundas, an sponte insumas; nec majora congerere studeas: quia potius raptiu utaris deinceps brevi et jucunda cœtate, sicut puer ferriis quinquatribus. Né res familiaris inops aut sordida sit: ceterum seu ampla seu exigua cymbu velur, ipse idemque ero. Non inflatis quidem vclis fervor*

*poscat Schoenborn. 2.—191 Vat. Palat. 3. ne metuam.—192 Quid non notatum ex cod. in ora ed. Ald. 1509. Biblioth. Barberin.—193 Cuning, hilarusque.—194 Vat. 14. 19. discrepat.—195 Vat. 19. ac neque.—196 Vat. Palat. 1. facies. Chisian. I. neque plura. Vat. Palat. 1. a m. pr. laboras.—197 At potius Vatt. 2. 19. Vat. Palat. 1. An potius Vat. 4. puer infestis Schoenborn. 2. At puer, ut fruitur festis Schoenborn. 4.—199 Vat. Rom. 8. a m. pr. duo ap. Valart. et unus ap. Puhm. procul procul; ita edidit Bentl. eumque secenti Anon. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning, Sandby, Mervil. Phil. Sanad. Valart. Dorigh. Wakef. et Kidd. donus codd. fere omnes cum plurimis edd. domo Vat. Palat. 6. et unus codex Pulmanni. domu aliqui eruditii viri ap. Lamb. et ita Baxt. Gesn. Oberlin. Comb. et Zenn. procul domus Venett. 1477. 1478. 1481. 1490. 1492. adsit Vat. 4. ego verum Barberin. 2.—201 Non agimus Barberin. 2. velis tumidis*

## NOTÆ

tarch.

192 *Plura datis]* A Mæcenate, ab Augusto.193 *Simplex]* Non sumtuosus aut prodigus, at *hilaris* et honeste bonis utens.197 *Puer ut festis quinquatribus]* Plena et libera mentis hilaritate, quemadmodum pueri hilariter omnino transigunt dies feriatos sibi concessos in Quinquatribus.*Quinquatribus]* Quinquatria, vel potius Quinquatus pluralis numeri, dies erant festi in honorem Minervæ, qui-

bus a studio vacabant pueri, et minerval suis magistris deferebant. Nomine vel a dierum numero, quod celebarentur quinto die post Idus: Varro de L. L. lib. v. Gell. II. 21. &c. vel quod ea die Minervæ adcs in Aventino consecrata sit. Festus. Alii aliter. Ovid. Fast. III. ‘Una dies media est, et fiunt sacra Minervæ: Nominaque a junctis quinque diebus habent.’

201 *Non agimus tumidis, &c.]* Allegoria. Id est: Ego non opes habeo ingentes, nec sumptuose vivo: at nec

Non tamen adversis ætatem ducimus austris;  
 Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,  
 Extremi primorum, extremis usque priores.  
 Non es avarus: abi. Quid? cetera jam simul isto      205  
 Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani  
 Ambitione? caret mortis formidine et ira?  
 Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,  
 Nocturnos lemures portentaque Thessala rides?

*prospero Aquilone: at nec Austris contrariis vicit: viribus, ingenio, decore externo, virtute, gradu, facultatibus, primorum ultimus sum; at ultimos antecedo. Non avarus es; euge: eque? an cetera quoque vitia cum illo absunt? num liber est animus tuus ambitione vana, timore mortis, et iracundia? numquid spernis insomnia, magorum terriculamenta, prodigia, veneficas, umbras nocturnas, et Thessa-*

Schoenborn. 2. *velis aversis* Schoenborn. 3.—202 *Nec tamen aversis tres codd.* Torrentii.—203 Harl. 1. Vat. 5. Vat. Rom. 2. a m. pr. et Vat. Rom. 4. *colore,* pro *loco, re.*—204 *Extremique priorum* Exe. Sax. ap. Gesn.—205 Muret. *num simul.* Chabot. *dum simul.* Schoenborn. 3. *jam simul esto.*—206 Dnodecim codd. Feæ fugere; et sic Aldus 1509. 1519. Britann. 1520. edit. Basil. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Ven. 1552. Lamb. Mur. H. Steph. Chab. Torr. D. Heins. aliquie plurimi, et præsertim recentiores omnes. Harl. 2. *fuge recte.* Bamberg. *fugerare.* Alii MSS. et priscae editiones,

## NOTE

paupertate conflictor, nec sordido  
 victu immundani aut miseram æta-  
 tem ago.

208 *Somnia, terrores, &c.]* An sa-  
 pienter et fortiter contemnis vana  
 quæque terriculamenta? Vide Cœl.  
 Rhodig. xxvii. 9. et seq.

209 *Lemures]* Pers. Sat. v. 185.  
 ‘nigros lemures’ vocat: id est, uni-  
 bras seu larvas, quibus noctu infes-  
 tantur domus: quas proenrandi seu  
 expiandi rationem docet Varro de  
 Vita Pop. Rom. lib. 1. et Ovid.  
 Fast. v. Vide Plin. Epist. vii. 27. in  
 qua pleraque refert ejus generis phan-  
 tasmata tum suis tum aliorum oculis  
 obversata. ‘Erat Athenis,’ inquit,  
 ‘spatiosa domus, sed infamis et pesti-  
 lens. Per silentium noctis, sonus fer-  
 ri, et, si attenderes acrius, strepitus  
 vinculorum longius primo, deinde  
 proximo reddebat: inox apparebat

idolon, senex macie et squalore con-  
 fectus, promissa barba, horrenti ca-  
 pillo, cruribus compedes, manibus  
 catenas gerebat quatiebatque. Inde  
 inhabitantibus tristes diræque noctes  
 per metum vigilabantur,’ &c.

*Portentaque Thessala, &c.]* Miracula  
 perpetrata a Thessalibus per artem ma-  
 gicam et beneficia, quibus ii maxime  
 pollebant, a Medea edocti, nt aiunt.  
 Plinius xxx. 1. magiam apud Thes-  
 salos propagata scribit. Hinc et  
 ‘mulier Thessala,’ pro maga et bene-  
 fica, in proverbium abiit.

*Thessala]* Thessalia pars fuit regni  
 Macedonici per ampla, quanquam dis-  
 tincta regio: inter Penenum fluvium  
 ad Boream, et Thermopylas ad Aus-  
 trum: ab Occidente Epirum habet.  
 Ejus præcipua urbs Larissa fuit, A-  
 chillis natalibus inclyta.

- Natales grata numeras ? ignoscis amicis ? 210  
 Lenior et melior sis accedente senecta ?  
 Quid te exempta juvat spinis de pluribus una ?  
 Vivere si recte nescis, decede peritis.  
 Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti :  
 Tempus abire tibi est ; ne potum largius æquo 215  
 Rideat et pulset lasciva decentius ætas.

*lorum ostenta? num hilariter annos tuos recenses? an indulges amicis? an ingravescente ætate sis benignior ac probior? Enimvero quid tibi prodest unam de multis spinis avulsisse? Si nescis bene vivere, da locum melioribus: sat nugatus es, satis edisti et bibisti: jam tempus est, ut abscedas; ne plusculum te luscivientem derideant et exagitent juvenes convenientius luscivientes.*

*fuge rite.*—211 Vat. Rom. 9. et Cuning. ac melior. Nonnulli codd. Feæ, Harl. 3. 7. et Vet. Comb. sis profis.—212 *Quod te Vat. 19. levat spinis Chisian.* 1. a m. pr. unus Oberlini, ex tribus suis revocavit in textum Cruquius, confirmavit Bentl. sequuntur Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Dorigh. Wakef. Wetzel. Kidd. Fea, Bothe, et Jaeck. *juvat de spinis* Vat. 22. *juvat spinis* Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. ceteri codd. et edd.—213 *Vivere si nescis recte* Vat. 1. Chisian. 6. et unus Pulmanni. *discede* Vat. 16. 19. Vat. Rom. 2. a m. pr. Vat. Rom. 9. et Vat. Palat. 6.—214 *Lusisti satis et tibi potum largius aquo* Schoenborn. 3. —216 Vat. Rom. 9. *pulsat.* Unus Cruquii a m. sec. *plaudat.* Schoenborn. 4. Vat. 1. Vat. Rom. 9. Colbert. ap. Bentl. et unus Barthii Advers. XXXVIII. 18. *licentius ætas*, quam lectionem amplectitur Barthius. Nic. Heinsius conj. *frequentius.* In codd. Schoenborn. 2. 4. manus coæva addidit versum 217. *Castus reddetur bene qui legendo meretur.*

## NOTÆ

210 *Natales grata numeras?* Libenter ætatis annos recenses? an non horres mortis accedentis mentionem? hoc enim pusilli est animi.

211 *Lenior et melior sis acced. sen.*] Tunc certe aut nunquam minui debent animi perturbationes, tum defervescente sanguine, tum usu rerum et sapientia crescente.

212 *Quid te exempta juvat, &c.]* Quid juvat unum vitium expulisse, si alia supersunt et torquent? Quid prodest avaritiam expugnasse, si ambitio, si ira, metus, supersticio, animum adhuc tuum obsident et cruciant.

214 *Lusisti satis, &c.]* Ex Homer. Odyss. ‘affatim edi, bibi, lusi.’

**Q. HORATII FLACCI**

**DE ARTE POETICA**

**LIBER.**

---

---

SEU e Demetrio Phalereo, seu e Neoptolemo Pario, seu potius ex Aristotele, seu e proprii ingenii acrisque judicii fœcunditate, sagacitate, opibus, hauserit potissimum Flaccus noster; certe eminentissima quæque scribendi carminis præcepta hoc libello complexus est. Attamen Artem Poëticam vix appellem cum Quintiliano et aliis: malim vero Epistolam nuncupare cum nonnullis eruditis; tum ob inspersum identidem satyricum salem, tum ob præceptiones aut carptim aut saltuatim datas. Hinc enimvero animo meo consilium pridem subiit, ordine quodam adhibito illustrare hanc Horatii partem; si quod est eximium illustrari potest. Liberaliter accipe, Lector, opellam hanc meam; dico libellum quo Epistolam ad Pisones in Artis Poëticæ formam utcumque redegi, olim jam editum, nunc vero a me recognitum rursusque tibi propositum.

## AD PISONES.

Hunc librum, qui inscribitur *De Arte Poëtica*, ad L. Pisonem, qui postea Urbis Custos fuit, misit; nam et ipse Piso poëta fuit, et studiorum liberalium antistes; in quem librum concessit præcepta Neoptolemi [Parii] de Arte Poëtica; non quidem omnia, sed eminentissima. *Vet. Schol.* Baxt. (Potest hic libellus commode haberi pro *Epistola Libri secundi tertia*, qui sic non major erit Libro primo. Nec temporum ratio, aut aliud necessarium, quod sciām, argumentum obstat. Favet etiam Charisius, qui p. 182. 3. et 183. 10. simpliciter 'Epistolarum' nomine, quæ hic leguntur, landat. Maturè tamen ut peculiaris libellus laudatur, a Quintiliano Epist. ad Tryphon. ubi simpliciter *Artem Poëticam* vocat, et viii. 3. 60. ex 'prima parte libri de Arte Poëtica' ipsum assert principium. Priscianus quoque et alij Grammatici passim 'Horatium de Arte Poëtica' citant. An occasionem separandi voluminis dedit, quod ut *Somnium Scipionis* ex Ciceronis de Republica opere excerptum Macrobius explicavit, sic mature Grammatici Horatium interpretari cœpere? Certe 'Terentii Scauri (quem Hadriani temporibus assignat Gellius xi. 15.) Commentariorum in Artem Poëticam Horatii librum x.' laudat Charis. p. 182. 5. et 188. 17. In MSS. et priscais editionibus jam post *Epopos* et *Carmen Sæculare* ponitur, ut in Ms. Gottingensi, it. in edit. Mediolanensi 1477. in Veneta 1479. &c. usque ad H. Stephanum; nunc medio inter *Epistolas* et *Sermones* loco, ut in editione Zaroti, nunc denique ultimo omnium loco post *Epistolas*, cuius instituti anctor videtur landatus mode H. Stephanus, qui rationem ejus reddit Diatr. p. 32. Certe non annotavi, qui ante illum ultimo loco poneret Artem, neque qui post illum non poneret. Hardnino, qui Q. Horatium Flacensem negat auctorem hujus libelli esse, respondemus locis iis, unde is putat hoc probari. *Gesn.*) Placet mihi sententia Wielandii, qui negat, Horatium voluisse hic *Artis Poëticæ* tradere præcepta, sed hortatu Pisonis patris Pisonem puerum, niniis ad versus faciendos proclivem, a poësi deterrere, rei difficultate demonstrata, et vitiis, quæ vulgo soleant committi, indicatis.

**HUMANO capiti cervicem pictor equinam  
Jungere si velit, et varias inducere plumas,**

*Si pictor humano capiti addat collum equinum, diversasque plumas apponat mem-*

\*\*\*\*\*

*Ad L. Calpurnium Pisonem et ejus filios nonnulli codd. ap. Jaech. Q. Horatii Flacci Epistolarum Liber tertius Sanad. Epistola tertia ad Pisones Jaech. Q. Horatii Flacci Epistola ad Pisones, sive De Arte Poëtica Liber in quibusdam aliis. Vid. Argum.—2 Codex Bersmanni, Jungere qui velit. Cod. Sorb. ap.*

## NOTÆ

**1 Humano capiti, &c.]** Per ridiculæ et monstrosæ picturæ similitudinem primo loco docet Horatius, uniforme opus, ejusque partes homogeneas esse oportere; tum ut cohærent et convenient universa et singula, tum ut ad quid unum omnia respondeant. Vide Aristot. Poët. cap. 1. et seq.

Undique collatis membris, ut turpiter atrum  
 Desinat in pisces mulier formosa superne,  
 Spectatum admissi risum teneatis, amici ?  
 Credite, Pisones, isti tabulae fore librū  
 Persimilem, cuius, velut ægri somnia, vanæ  
 Fingentur species ; ut nec pes, nec caput uni  
 Reddatur formæ. ¶ Pictoribus atque poëtis  
 Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.  
 ¶ Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim :  
 Sed non ut placidis coëant immitia ; non ut  
 Serpentes avibus geminentur, tigribus agni. 10

*bris hinc et inde collectis, adeo ut mulier vultu pulchra difformem piscis caudam habeat, an cachinnos cohibere possitis, o amici, ad spectandum introducti? o Pisones, credite similem huic tabella fore librum, cuius, sicut ægrotantis insomnia, inane formæ conflabuntur; ita ut nec finis nec principium ad unum quid referatur. Atqui pictoribus et poëtis quodcumque libuit semper etiam licnit. Fateor; atque hanc indulgentiam petimus æque et largimur: verum non adeo ut aspera militibus, angues*

Valart. et Exc. Sax. inducere pennas. Bentl. in Nota conj. inducere formas ; et ita citant Smetius, Bisciola, et Monbrun, teste Cuning.—3 Undique collectis codd. duo ap. Valart. aut turpiter quidam codd. ap. eundem ; et hoc admissit in textum Sanad. ex ingenio. Haller. atram.—4 Gronovius Obss. I. 18. conj. pistram.—5 Marklandus legit, teneatis? Amice, &c. ut Amici referatur ad Pisones ; ita etiam Wakef. Regelsberg. et Haberfeld.—7 Codex Ach. Statii ægris, quod refutat Lambinus.—8 Finguntur Gott. Harl. I. 2. 3. 4. 7. Schoenborn. I. septem Feæ, alii ap. Valart. item edd. fere omnes sæculi xv. inde a Principe, Venett. 1509. 1514. Britann. 1520. Finguntur Vat. 9. Angelic. 3. Vallicel. I. Mediol. 1476. et Venet. 1492. Signentur Barberin. 2. a m. sec. Pinguentur codex d'Orville Goëtting.—9 Redduntur Schoenborn. I. 4. Helmstad. Vat. 9. Chisian. 5.. Angelic. 3. a m. pr. et Zarot. Redduntur Vat. Rom. 11. Redduntur Angelic. 3. a m. pr. Redduntur sing. num. stylo Hor. in cete-

## NOTÆ

3 *Undique collatis*] Diversorum animalium membris corpus unum monstruosum conflantibus.

6 *Pisones*] Horum familia Romæ dum nobilis ac numerosa. Calpurnii vocati sunt a Calpo Numæ filio: unde postea: 'Vos o Pompiilius sanguis.' Porro scribit Horatius ad patrem et ad filios Pisones, præsertim vero ad hos; quorum pater L. Piso Consul cum Druso Libone anno U. C. 738. Augusto gra-

tiosus extitit, aliisque munneribus in Rep. egregie perfunctus est: ceterum literarum ac literatorum impense amans.

7 *Ægri somnia*] Corruptis morbo perturbatisque humoribus, cerebroque male affecto, portentosa gignuntur insomnia.

12 *Sed non ut placidis*] Nec pictor nec poëta debet fingere unquam naturæ repugnantia.

Incepitis gravibus plerumque et magna professis  
Purpureus, late qui splendeat, unus et alter      15  
Assuitur pannus ; cum lucus et ara Dianæ,  
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,  
Aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus :  
Sed nunc non erat his locus : et fortasse cypressum  
Scis simulare: quid hoc, si fractis enatæ expes      20  
Navibus, ære dato qui pingitur ? amphora cœpit

*volucribus, agni tigribus socientur. In iulis grandibus saepe et magnificis suljunguntur unus vel duo centones purpurei qui longe resfulgeant, quando describitur lucus, sanum Diana, rivulus per amenos campos decurrens, fluvius Rhenus, iris. At non erat tunc aptus istis locus. Et forte nosti pingere cupressum. Quorsum vero istud, si pacto pretio pingendus est homo fracta nave emergens nudus? amphora for-*

ris. Vid. iv. Od. 11. 9. 1. Sat. 4. 15. 1. Sat. 6. 131.—16 *Insuitur pannus Schoenborn.* 1. quo *lucus* Harl. 6.—17 *Aut properantis* Vat. 10.—18 Schoenborn. 1. Exc. Sax. et Harl. 2. 4. *Rheni.* Vat. 1. a m. pr. Angelic. 1. a m. sec. alii codd. ap. Lamb. Pulf. et Valart. *Rhenus* duo codd. ap. Valart. *Rhenum* alii codd. et edd. et sic Acron. *aut fluvius Heller.*—19 Schoenborn. 1. *Sed non nunc.* Heller. *locus his.* Schoenborn. 1. *cypressos.*—20 *Scis similare Bamberg.* enatet Vat. Rom. 9. *expers* Bamberg. Vat. 1. a m. sec. et Zarot. *expes* codd. plures, priscae codd. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. aliquie non pauci; adoptavit Bern.

## NOTE

14 *Inceptis gravibus*] Præcipit, vi-  
tandas digressiones futilles et inep-  
tas; atque locos communes intempe-  
tive haud tractandos: quem ad sco-  
pulum frequenter impingunt illidun-  
turque poëtastri. Vide quam apte  
et quam non prolixè Virgilius descri-  
bat ‘pestilentiam’ Georg. iii. ‘fa-  
mam’ Æn. iv. &c. Lucanus contra  
‘more suo omnia ponit in excessu.’  
Scalig. v. 15. Idem de eod. vi. 3.  
‘Lucani effrænis mens, sui impos,  
serva impetus, atque idcirco immo-  
dica, raptaque calore simul et calo-  
rem ipsum rapiens.’

15 *Purpureus, late qui, &c.*] Non magis splendet carmen locis communibus perperam tractatis, quam vestis assuto centone purpureo. Vide supra 11. Epist. 1. 73.

*16 Lucus et ara Dianæ]* Nemus Aricinum, ubi ara Dianæ sacra; quæ

poëtis materia frequens, tum ob amœnitatem loci, cum ob Dianaë Taurice Orestisque miram et fatalem historiam multiplicis argumenti fertilem.

18 *Flumen Rhenum*] Hoc celebrare affectabant in gratiam Augusti Cæsaris, cuius ibi victoriae multæ et præclaræ. Sueton. Octav. cap. 21. Dio lib. liv. &c.

*Pluvius arcus]* In eo describendo  
sæpius insulæ morabantur imperiti:  
at raro, et paucis Virgil. Æneid. iv.  
700.

*20 Si fractis enat exspes] Mos  
erat naufragorum, pictum in tabella  
naufragium circumferre ad corrogan-  
dam stipem. Vide Pers. Sat. i. 89.  
Juvenal. Sat. xiv. 301. et seq.*

**21** *Amphora capit Instituti, &c.]* 'Amphora,' vas grande, 'ureens,' vas exiguum, notant principium grave paulo post in minuta et levicula abiens et

Institui; currente rota cur urceus exit ?  
 Denique sit quod vis, simplex duntaxat et unum.  
 Maxima pars vatum, pater et juvenes patre digni,  
 Decipimur specie recti : brevis esse labore, 25  
 Obscurus fio : sectantem levia nervi  
 Deficiunt animique : professus grandia turgent :  
 Serpit humi tutus nimium timidusque procellæ.  
 Qui variare cupit rem prodigaliter unam,

*mari cœpta est ; cur rota rerolata urceus prodit ? Denique simplex et unum plane sit id quod componis. O pater, et juvenes patre digni, nos poëtæ ut plurimum imagine recti fallimur. Si conor esse brevis, obscurus evado. Polita consecutanti spiritus et vires haud suppetunt : qui vult loqui sublimia, turgidus fit : securus nimis et ardua metuens fit humilius : qui rem unam plus æquo variare nittitur, delphinum*

-----  
 Martinus Var. Lect. i. 24. *fractis navibus expes Enatæ Cbisian.* 1.—23 Codex Helmstad. *ris quod.* Sex Feæ codd. unus Achill. Statii, et tres Bentleii, quidvis; ita Venn. 1481. 1492. 1514. Corræ, Vascos. revocavit in textum Bentleius, inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Wakef. Wetz. ‘Generice de omni arguento præcedenti, et de aliis omnibus dictum, ut opponatur quidlibet audentibus pictoribus; simplicitati naturæ cohærens. Cic. Acad. Quæst. i. c. 8. n. 30.’ *Fea. quodvis, vel quod vis in ceteris.*—25 *Decipitur Schoenborn.* 1.—26 Chisian. 6. *spectantem.* Vat. 17. *lenia;* sic alii MSS. apud Val. unus Ach. Statii, ex quo Bentl. sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. Sanad. Merv. Phil. Sandby, Wakef. Schelle. ‘Non hic lenitas et vis opponuntur ab Horatio; sed nimia levitas et vis. *Sectantem levia;* qui nimius est in exploendis, levigandis carminibus, aut versibus; eos enervat, inanes facit. Amphora cœpit institui, currente rota urceus exit.’ *Fea.* Eadem varietas vocis est ii. Od. 19. 15.—

## NOTÆ

evanescens. Isto loco utuntur S. Hieron. ad Lætam, aptius autem Sido-nius Apoll. Epist. 16.

22 *Currente rota]* In operis progressu. Metaph. a rota figurari.

23 *Quod vis]* Al. *quodvis.*

25 *Brevis esse labore, Obscurus fio]* Quintil. iv. 2. ‘Nimium corripientes omnia sequitur obscuritas.’ Summorum poëtarum est magnum sensum paucis efferre. Virgil. Æn. iii. 11. ‘campos ubi Troja fuit.’ Pers. Sat. iii. 38. ‘Virtutem videant, intabescantqne relicta.’

26 *Sectantem levia nervi Deficiunt* Sententiarum majestas, spiritus poë-

tici vis et altitudo sæpe deest: de- eratqne versibus Neronis a Persio derisis Sat. i.

27 *Professus grandia turgent]* Mag- niloquentia orationi inflatae affinis est.

28 *Serpit humi tutus]* Qui non au- det assurgere, repat necesse est. Id vitii habent Valer. Flacc. Argon. Si- lius Italic. &c.

29 *Qui variare cupit]* Varietate carmen lucet ac delectat: at si præ- ter modum illa sit, tam prodigiosa videbitur, qnam delphinus in sylvis, aper in mari pictus: quique sic vel tabellam pictor vel carmen poëta in- signire gestit, ridiculus evadit. Pro-

Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.

30

In vitium dicit culpæ fuga, si caret arte.

Æmilium circa ludum faber imus et ungues

Exprimet, et molles imitabitur ære capillos,

Infelix operis summa, quia ponere totum

Nesciet: hunc ego me, si quid componere curem,

35

Non magis esse velim, quam pravo vivere naso,

Spectandum nigris oculis nigroque capillo.

*sylvis, aprum mari appingit. In vitium impellit ritui fuga non solers. Ignobilis statuarius ad Æmilianum ludum habitans ungues ac tenues capillos ære finget optime, opus tamen dabit inconcinnum, quia totum perficere nequit. Huic ego similis esse quidpiam scribens tum nolim, quem nigris oculis et capillis speciosus indecoro*



30 *Delphinum in silvis* Vat. Rom. 9. et Harl. 7. *depingit* Vat. Rom. 9. *appingit* Vat. 4. a m. sec.—31 Vat. 13. *culpæ dicit*. Schoenborn. *fulga culpæ*.—32 Sex codd. Feæ, Schoenborn. 1. alii codd. ap. Marcill. Bentl. Valart. Aeron. et Joann. Sarisber. lib. vi. in Prolog. *unus*; revocavit in textum Bentl. sequuntur anon. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervil. Batt. Sandby, Valart. Wakef. Wetz. Schelle, et Kidd. ‘*Vulgatum imus*, hoc est, ut exponunt vulgo cum Lambino, faber quidam, cuius taberna est omnium infima, et postrema; aut cum Commentatore Cruquiano, ‘*quod in una parte Circi tabernam snam locasset*, inter recentiores male defendunt Baxt. Gesn. Combe, Zenn, et Chishull. Inscr. Sig. p. 47. qui contendit *fabrum imum* dici, secundarium, arte atque ordine inferiore: *inscite*, et plane contra mentem Poëtæ, qui *summum* artificem landat in parte operis statuarii, in reliqua deplorat *infelicem*. *Inscite* autem scribit Chishull, et cum eo Gesnerus, qui artium ignari, quanti veteres facerent illos artifices, qui difficillimas corporis partes extremas, capilos, et ungues, vel marmore, vel are, vel pictura exprimebant, non noverunt. De celebrioribus Plin. N. H. xxxiv. 8. de Pythagora, xxxv. 10.<sup>7</sup> *Fea*. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. xv. 590.—33 *Exprimet* Schoenborn. 1. Vat. Rom. 11. Valart. 1. a m. sec. Angelic. 3. et Venett. 1492. 1514.—35 *Nesciat* Bamberg. et quatuor codd. ap. Valart. *Nesciret* Heller.—36 Bamberg. Schoenborn. 4. Vatt. 9. 10. 18. Vat. Rom. 7. et Zarat. *pravo v. naso*; et inde lectio vulgata fere apud omnes. *naso v. pravo* Schoenborn. 3. Harl. 1. 3. 4. 7. Vatt. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 14. 17. 22. 24. Vat. 19. a m. sec. Vat. Rom. 2. 3. 6. 8. 9. 10. Vat. Palat. 1. 3. 4. 6. Chisan. 1. 6. Angelic. 1. 2. 3. Vallicel. 1. Baſberin. 2. alii MSS. apud Bentl. Gesn. Val. Aeron Ms. Vat. Ottobon. et editus, Joann. Sarisberiens. lib. vi. in Prol. notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Baib. edit. Basill. 1527. 1531. Lamb. restituit Bentl. qui asserit in omnibus aliis MSS. suis et aliquorum ita haberi; sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cnn. San. Merv. Sandby, Wakef. Wetz. Schelle, Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Doering.—37 Angelic. 3.

## NOTÆ

fana figmenta sacris rebus inepte in- torium Æmilii.  
terserit Sannazarus.

32 Æmilium *Indum*] Ludum gladia- lande erant, ut alibi dictum est.

37 *Nigris oculis, &c.*] Hi olim in

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam  
 Viribus, et versate diu quid ferre recusent,  
 Quid valeant humeri : cui lecta potenter erit res, 40  
 Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.  
 Ordinis hæc virtus erit et venus, aut ego fallor,  
 Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici  
 Pleraque differat, et præsens in tempus omittat.  
 In verbis etiam tenuis cautusque serendis, 45  
 Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.  
 Dixeris egregie, notum si callida verbum

*esse naso. Quicumque aliquid componitis, eligite materiam viribus vestris parem : diuque perpendite quid possitis et quid nequeatis executi. Qui rem solerter elegerit, haud carebit elocutione et pulchra dispositio. Ordinis, ut opinor, hæc erit vis et perfectio ; ut modo quædam dicat, plura vero, quæ dicenda videantur modo, alium in locum reservet : alia assumat, alia relinquat scriptor poëmatis polliciti. Porro in vocibus proferendis sobrius et prudens præclare dices, si solers conjunctio novum se-*



*spectatum.*—38 Cunning. *materiem.* Vat. Rom. 1. a m. pr. et Vallicel. 1. *recusant.*—40 Markland. ad Stat. Sylv. iv. 8. p. 232. *pudenter.*—41 Schoenborn. 1. *deserit.*—42 Tres et viginti codd. Feæ, alii ap. Gesn. cunn Zarot. Venett. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. et Florent. 1482. *haud ego fallor.* Alii codd. et edd. *aut ego fallor.*—43 Vat. 1. a m. pr. *non dicat.* Vat. 18. *ut nunc jam.*—45 Bamberg. Heller. Schoenborn. 1. 4. et Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. versum 45. postponunt versui 46. et sic omnes ante Bentl. quem secuti Sanad. Mervill. Phil. Valart. Oberlin. Gesn. Zenn. Bipont. Bodoni. Comb. Wakef. Wetzel. Kidd. Schelle, et Dœring. *ferendis* Vat. Rom. 5. a m. pr. et tres codd. ap. Valart.—46 *Hoc amat* Vallicel. 1. Marklandus dubitat de voce, *promissi.*

## NOTÆ

38 *Sumite materiam]* Tertium præceptum, quod esse primum debuit, inquit Scaliger Poët. lib. vi.

42 *Ordinis hæc virtus]* Quarto de ordine, ‘quem sane mutile docet,’ J. Scalig. mox cit.

43 *Jam nunc dicat, &c.]* Historia rerum seriem enarrat secundum ordinem temporum : at contra poësis artificiosam requirit rerum dispositionem. Patet ex Homeri Odyssea, et Iliade. Sic in Virgilii Aeneide liber primus esse debuisse qui secundus est, et tertius esse qui est primus. Vide postea vs. 146. et seq.

45 *In verbis etiam tenuis]* Jam de

partibus eloctionis. Verba licet nova facere; sed modus servandus. Cic. in Bruto. Quintil. 1. 5. ‘Nova verba non sine quodam periculo fingimus,’ &c. Gell. 1. 10. ‘Quod a C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiae viro, 1. lib. de Analogia scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore : ut tanquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum.’ Et paulo ante : ‘Vive moribus præteritis : loquere verbis præsentibus.’

46 *Promissi carminis]* Diu ante expectati, quod si opinioni non respondet statim exploditur.

Reddiderit junctura novum. Si forte necesse est  
 Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,  
 Fingere cinctutis non exaudita Cethegis                    50  
 Continget; dabiturque licentia sumta pudenter.  
 Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si  
 Graeco fonte cadant, parce detorta: quid autem  
 Caecilio Plautoque dabit Romanus, ademtum  
 Virgilio Varoque? ego cur, acquirere pauca            55  
 Si possum, invideo, cum lingua Catonis et Enni

*cerit dictionem vulgarem. Quod si oporteat res abstrusas exprimere signis insolitis, licebit producere verba succinctis Cethegis inaudita: debetque licentia concedi verecunde usurpata. Voces autem recentes et novae locum obtinebunt, si a Graeca origine deriventur paululum deflexæ. Quare vero Caecilio ac Plauto indulgebunt Romani quod Virgilio et Vario negaverint? Quare vetabor ego, si valeo, quæpam propagare; quandoquidem Catonis atque Enni sermo linguam Romanam locupletata.*

Schoenborn. 4. actor. Alii, *professi carminis auctor*.—49 Bamberg. Heller. aliquique codd. *Fœx, rerum et*.—50 Heller. *quinquicis*. Schoenborn. 4. *exaudita cicutis*.—52 Codd. G. Fabric. *factaque*; et sic edd. Fabric. Bentl. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Wakef. et Kidd.—53 Harl. 1. 2. 3. Gott. Bamberg. Heller. Schoenborn. 1. 4. alii ap. Feam, et Pult. *cadent*. Vat. 2. *cadunt*. Erfurt. *per te detorta*.—54 Nonnulli codd. ap. Lamb. unusque ap. Canter. Var. Lect. 1. 4. 12. *Plautoque dedit*.—55 *Varoque?* Bamberg. et Schoenborn. 1. 4.—56 *Si possim codex Achil. Stat.*—57 Heller. *dictaverit*.

## NOTÆ

48 *Junctura*] Sive in verbo e duobus composito, ut, ‘postliminium,’ ‘velivolum’ mare, ‘solivagus,’ ‘fœdifragus’: sive in oratione, ut arborum ‘comæ’ pro foliis, Epod. II. et hic vs. 58. *signatum præsente nota*’ nomen: ubi ‘notæ’ voces novitatis habent gratiam, et quasi novam dictionem faciunt per juncturam non vulgarem. Vide Macrob. Saturn. I. 4. et 5.

50 *Cinctutis Cethegis*] M. Corn. Cethegum Tullius in Bruto inter priscos oratores numerat. *Cinctutis*] Veteri more succinctis, aptata infra pectus tunica. Epenthesis. Vel, a cinctu, scilicet Gabino, fit cinctutus.

53 *Graeco fonte cadant*] Qualia, ephippium, triclinium, propola, bibliotheca, exantlare, &c.

54 *Caecilio*] De eo Poëta II. Epist. 1. 59.

*Plauto*] Lib. mox cit. Epist. cit. vs. 58. et 170.

55 *Virgilio*] Hic Latinorum poëtarum coryphaeus intulit quædam insolita: ‘lychni,’ ‘spelæa,’ ‘Thyas,’ ‘trieterica Bacchi Orgia,’ &c.

*Vario*] De eo I. Od. 6. et I. Sat. 5. et 8.

56 *Invideo*] Dum agit de fingendis novis vocibus, ipse fingit hanc apposite, *invideo*, pro, mihi invident.

*Catonis*] Hic ‘tempestivum’ primus dixisse fertur. Cic. III. de Fin. ‘Si Zenoui licuit, cum rem aliquam invenisset inauditam, insitatum quoque ei rei nomen imponere, cur non licet Catoni?’ De eo jam ante nou semel.

Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum  
 Nomina protulerit? Licuit, semperque licebit,  
 Signatum præsente nota producere nomen.  
 Ut sylvæ foliis pronos mutantur in annos; 60  
 Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas,  
 Et juvenum ritu florent modo uata vigentque.  
 Debemur morti nos nostraque; sive receptus  
 Terra Neptunus classes aquilonibus arcet,

*vit, inauditaque rerum vocabula induxit? Certe licuit semper ac licebit proferre dictiones usu comprobatas. Quemadmodum vertente anno arboribus folia mutantur, et vetera decidunt; sic antiquarum dictionum auctoritas obsolescit: nuper autem productæ quasi juvenes florescunt ac vigent. Homines humanaque morti obnoxia sunt. Ita mare terra receptum, regale opus, navigia a ventis tuctur: pulus autem,*

58 *Nomina prodiderit* conj. Cuning.—59 Codex Achill. Statii, alter Luisini, alii ap. Lamb. H. Stepli. et nnus ap. Valart. *procedere*; ita maluit in textu ex aliis codd. Jason de Nores, Tan. Faber; inde Bentl. Cuning. Sanad. Merv. Kidd. Jaerk, et Dœring. *nummum* Ms. apud Luisinum; inde Bentl. et cum eo Sanad. Merv. Phil. Wakef. ‘Male et *procedere nummum*, et *producere*. Quis enim dubitet, principem, et populum id posse; ut Horatius sententiose id affirmare debeat? Poëta ducit similitudinem ab usu publico, ac legitimo pecuniae, quæ notis principis dominantis signata est: asserit, idem licere in verbis, quæ usus praesens jure suo sancivit, vs. 71. seq. arguento, et similitudine, quæ in deliciis fuisse videtur scriptoribus; et præser-tim ad mentem Horatii Quintil. Inst. Orat. t. 9.’ Fea.—60 *Ut folia in silvis* Diomedes lib. i. col. 391. Putsch. codex ap. Valart. Venet. 1514. et Muret. Var. Lect. xv. 1. *Ut sylvis folia privos* Bentl. et Kidd. Cf. Zach. Pearce conjecturae in Horatii Epistolas in The Classical Journal, No. xi. Sept. 1812. *pronos nudantur* codex G. Fabric. *pronis mutantur in annis* Dorigh. *pronos mutantis in annos* Wakef.—61 Vat. Rom. 7. a m. pr. *interit ordo*.—62 Plurimi codd. *virentque*, quod defendit Fea. Vid. Burm. ad Claudian. in Prob. et Olybr. Cons. vs. 16. et infra vs. 117.—63 *Debemus* Achill. Statins ex Prisciani

## NOTÆ

*Ennii] Vid. i. Sat. 10. et ii. Epist.* visa sunt, usu molliuntur.’

1. Ovid. ‘Ennius ingenio maximus, arte rndis.’

57 *Nova rerum Nomina protulerit]* Quæ quidem eo tempore usu comprobata sunt.

58 *Semperque licebit, &c.]* Quintil. i. 5. ita scribit: ‘Nova inducta si recepta sint modicam landem afferrunt, repndiata etiam in jocos ex-enunt: andendum tamen; namque, ut Cicero ait, ‘etiam quæ prime dura

*Signatum præsente nota]* Metaph. a re nummaria.

63 *Sire receptus Terra Neptunus]* Portus quilibet, vel portus Julius apud Baias, immisso in Lucrinum lacum mari effectus. Sueton. Octav. cap. 16. Dio lib. XLVIII. Virgil. Georg. II. 161. ‘An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum,’ &c.

Regis opus; sterilisque diu palus, aptaque remis,  
Vicinas urbes alit, et grave sentit aratum;  
Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis,

*antea sterilis et navigabilis, jam propinquas nutrit civitates et vomere proscinditur.  
Sic fluvius cursum fruges devastantem convertit, aptiori alveo deductus. Morta-*

\*\*\*\*\*

libris MSS.—65 Bentl. ex tribus codd. prætulit, *sterilisve*; sequuntur anonymus Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Val. Dorigh. Wakef. Wetzel. Schelle. ‘Ante Bentleium plures editiones ita dederant; sed sensus omnino *sterilisque* aliorum MSS. et editionum, præsertim priscarum, requirit; ut de utroque, portu et palude, copulative idem asserat Poëta. Quia *palus* apud Virg. I. E. 49. posteriore syllabam producit, nostri Poëtæ mendosam lectionem contendit, præceteris, Bentleins; et emendat ex ingenio, *sterilisre palus prius*. Attamen ipse fatetur, ita legisse veteres etiam Grammaticos, Servinum ad Virg. Aen. II. 65. et III. 107. et de ultimis syllabis, apud Putsch. c. 1813. Bedam de Metris c. 2360. Priscianum c. 718. qui inde ernebant regulam, de secunda syllaba hujus vocis correpta optimo jure; ut in ‘*tellus*’ a Martiano Capella, in ‘*senectus*’ a Cornelio Gallo. His addit Quintil. Inst. Orat. I. 7. 3. qui non dubitat asserere, ut notum, quod ‘*palus* aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat; et cum eadem litera nominativo casu brevis, ablative longa est, utrum sequantur, plerimque hac nota monendi sumus.’ Et qui tantus horror hujus licentiae; cum omnes asserant Interpretes, verbum *invideor* primum hic ab Horatio pronuntiatum? cum notum sit, primam in ‘*glomere*’ productam a Lucretio I. 361. similius modo in ‘*Italia*’ factum a Virgilio; ut observant idem Quintil. v. et S. Augustinus de Doctr. Christ. II. 83. et sic passim in aliis vocibus ab omnibus poëtis, qui pro labito producent, vel breviant syllabus? Nec videt Bentleius, aliquis, denito illo diu (quam Wakef. ‘*vocem otiosam, et ineptam, a scriba intrusam*’ affimat) omnem elegantiam amitti; et necessitatem utilitatemque operis fere evanescere; contra mentem Poëtæ, qui immo illud extollere intendit, ex toto contextu: quod nempe antiqua *palus*, tantum terræ spatium *diu innitile*, tandem nunc alat vicinas urbes; et cuius exsiccatio conferatur cum *regio* opere novi portus. Eodem horro concessi alii alter locum emendant. Marcellins, ex MSS. et Prisciano, ut asserit, legit, *sterilisque palus, aptataque remis*. Cuning. conjicit, *sterilisre palus dudum, actaque remis*; vel, *pulsataque remis*, vel, *agitataque remis*; quam ultimam amplectitur Wakef. Marklandus ad Euripidis Supplices, in addendis, legit; *sterilisre palus, pulsataque remis*, quem sequitur Schelle. Apage tot ineptias; et landemus potius, cum veteribus Grammaticis, licentiam sumitam pudenter, si licentia dicenda est. *Fea. actaque remis* Vat. 4. *uttaque remis* Angelie. 3. *altaque remis* Vat. Rom. 9.—66 *Vicinas alit urbes* Vat. Rom. 7.—67 *Secursum mutavit* Bamberg.—68 Bentl. ex

#### NOTÆ

65 *Regis opus*] A Julio Cæsare inchoatum, ab Augnsto perfectum. Sueton. mox cit. Plin. XXXVI. 15.

*Sterilisque diu palus, &c.]* Pomptina palus in Campania. Liv. Epit. lib. XLVI. ‘Pomptinæ paludes a Corn. Cethego Consule, cui ea provincia obvenierat, siccatae: agerque ex iis

*factus,’ &c.*

66 *Vicinas urbes*] Setiam, Privernum, Terracinam, &c.

67 *Seu cursum mutavit iniquum*] Tiberis olim per Velabrum fluens, in alveum aptiorem deductus Augusti jussu, ne urbi agitisque amplius mala et pernicie exundans inveharet.

- Doctus iter melius; mortalia facta peribunt:  
Nendum sermonum stet honos, et gratia vivax.  
Multæ renascentur quæ jam cecidere, cadentque      70  
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,  
Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi.  
Res gestæ regumque ducumque, et tristia bella,  
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.  
Versibus impariter junctis querimonia primum;      75  
Post etiam inclusa est voti sententia compos:  
Quis tamen exiguo elegos emiserit auctor,

*lium opera interibunt: tantum abest ut verborum decor et ris permaneat. Plerumque dudum obsoleta reviviscent: et quæ modo vigent abrogabuntur, si voluerit usus; a quo pendet sermonum auctoritas et modus. Homerus ostendit quo metro describi debeant facta et bella principum et imperatorum. Versibus inæqualibus conjunctis scriptæ primum fuerunt res luctuosæ, dein etiam latae. Quis vero primus ediderit*



ingenio, mortalia cuncta. Alii punctum ponunt post melius.—69 *Nec dum* Bamberg.—72 *Quem penes arbitrum est* Wakef. *et ris* novem codd. ap. Feam, duo Pnml. unus Bersm. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. 1546. 1573. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Bad. Ascens. Britann. 1520. Basil. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Mnr.—74 *Vat. 24. et unus Bersmanni, possent scribi.* *Vat. 4. et Vatt.* Palat. 1. 4. *scribi possunt.* *Vat. 2. a m. sec.* *Vat. Rom. 6. a m. pr.* Vallicel. 1. alii codd. *possunt metro.* Codd. ap. Jaecck, *monstrabit.*—76 *Vat. 14. et unus Oberlini, voti inclusa est.* *Vat. 1. etiam juncta est.*—77 *Vat. Rom. 1. a m. sec. elegos commiserit.* *Vat. 7. actor.* Cuning. Archilochon. Vid. 1.

## NOTÆ

70 *Multa renascentur*] Vid. II. Epist. 2. 115. Quintil. I. 6. ‘Verba a vetustate repetita non solum magnos assertores habent, sed et afferrunt orationi majestatem aliquam, non sine delectatione. Nam auctoritatem antiquitatis habent; et quia intermissa sunt, gratiam novitatis similem parant. Sed opus est modo .... nec utique ab ultimis et jam obliteratis repetenda temporibus,’ &c.

72 *Jus et norma loquendi*] Gell. XII. 13. ‘Consuetudo omnium dominarum, tum maxime verborum est.’ Quintil. I. 6. ‘Ridiculum pâne fuerit, malle sermonem quo locuti sint, quam quo loquantur. Sed necessarium est

judicium.... In loquendo, non si quid vitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiendum. .... Ergo usum et consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum: sicut vivendi, consensum bonorum.’

74 *Quo scribi numero*] Carmine scilicet heroico.

75 *Versibus impariter junctis*] Elegiacis, quorum alter Hexameter, alter Pentameter.

*Querimonia*] Apte quidem: nam ut animus lugentis fractus et debilis, sic Elegie numerus quasi fractus et claudus. *Marcil.*

77 *Exiguos elegos*] Quorum stylus magis tener et humilis esse debet

- Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.  
**Archilochum proprio rabies armavit Iambo :**  
 Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni,  
 Alternis aptum sermonibus, et populares  
 Vincentem strepitus, et natum rebus agendis.  
 Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum,  
 Et pugilem victorem, et equum certamine primum,  
 Et juvenum curas, et libera vina referre. 85  
 Descriptas servare vices operumque colores,

elegius, Grammatici non consentinunt; atque integra etiamnum manet controversia. Archilochum ira armavit Iambo suo. Hunc pedem usurparunt Comædiae et Tragœdiae, tanquam idoneum colloquiis, ac superantem clamores populi, aptumque actioni. Musa jussit lyricis versibus cantari Deos, Heroas, athletum victorem, equum cursu priorem, adolescentum amores, et libera convivia. Quod si dictas carminum

Epist. 19. 25.—83 *Musa d. f. animos puerosque Schoenborn.* 4. Alii sic interpongunt, *filibus, Divos puerosque.*—85 Haller. *vina referri.*—86 Exe. Sax.

#### NOTÆ

qnam altus et magnus. Patet ex Ovidio, Catullo, Tibullo, Propertio.

*Auctor]* Callinoum Ephesium alii dicunt, alii Naxinum, alii Colophonum quendam, seu Terpandrum. Vide Isidor. i. 38.

79 *Archilochum]* Hic amarulentum carmen iambicum invenit stimulante ira. De eo in Epop. vi. Ovidius in Ib. ‘Tineta Ly cambæo sanguine tela feram.’

80 *Socci, cothurni]* Hi tragœdorum, illi comœdorum caleci. Syneid. *Grandes:* tum quod revera alti; tum quod tragicæ res grandes, sublimisque earum stylus. Sophocle inductus primo in scenam cothurnus; teste Servio in Virgil. Ecl. viii.

81 *Alternis aptum]* Qnia saepe iambeis versus imprudentibus nobis excidit, et quod orationi simillimus, hinc ‘propter similitudinem veritatis in fabulis adhibetur.’ Cie. de Orat. iii. Aristot. Poët. iv.

82 *Populares Vincentem strepitus]* Gravitate propria, vel altius sonan-

tem, vel etiam comprimentem strepitus populi.

*Natum rebus agendis]* Ob naturalem motum et saltum. Cie. Orat. Quintil. ix. 4. certe alii versu fluere, at iambicus per saltus ire videtur.

83 *Musa dedit]* Pindaio, Alcæo, Sappho, Anacreonti, Simonidi, &c. neenon et Horatio.

84 *Certamine]* Olympico.

85 *Libera vina]* Liberas commissationes, convivia in quibus licet enique quodecumque libet loqui citra invidiam.

86 *Vices]* Varias dotes, affectiones, dissermina, vel etiam dispositionem materiæ ex arte variam, &c. Ergo Claudianus, Ausonius, et alii, versus magis quam carmen fecere.

*Colores]* Varium stylum, modo sublimem, modo remissum. Ut in pictura diversa diversis coloribus, sic argumenta varia diverso stylo, varia dictione, et propriis unaquaque dotibus exornata distinguuntur. Vide Quintilian. xii. 10.

- Car ego, si nequeo ignoroque, Poëta salutor ?  
 Cur nescire, pudens prave, quam discere malo ?  
 Versibus exponi tragicis res comica non vult :  
 Indignatur item privatis, ac prope socco 90  
 Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.  
 Singula quæque locum teneant sortita decenter.  
 Interdum tamen et vocem Comoedia tollit,  
 Iratusque Chremes tumido delitigat ore :  
 Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri. 95

*varietates et proprietates nescio nec vuleo obseruare, quare poëta vocor? quare per malam rerecundiam ignorare malo quam discere? Res comicu non debet efferri versibus tragicis. Pariter Thyestæ cœna recusat exponi dictione humili et sere comicu. Omnia proprium sibi locum obtineant. Aliquando tamen Comœdia vocem attollit, et Chremes iratus alto sermone altercatur; et nonnunquam tragicus dolet humili dic-*

operumque labores.—87 Hunc versum ponit Heller. ante vs. 86.—88 Vat. Rom. 9. *pudens malo, quam discere prave.*—91 Heller. *scena Thyestæ*, i. e. tragedia. *tractari cœna Thyestæ* Exc. Sax.—92 Vat. Rom. 6. a m. pr. duo codd. Cruquii, unus Valart. unus Bentleii, *decentem*. Hoc Bentleins admisit in textum, ‘quia et hoc pacto compositione ei dulcior videatur; et quia *sortitu*, prout par est, active summetur; cum si *decenter* legeris, vix est, ut non passive contra morem accipiatur.’ Hoc falsum esse quis non videt? Simplex constructio id probat, *Singula quæque teneant decenter locum, quem sortita sunt.* Optime *decenter*, id est, apte, et ut decet, quicumque sit locus, qui contigerit; quæcumque geratur persona: qua de re fuse Quintil. Inst. Orat. x. 1. *Fea.*—94 S. Hieron. Epist. ad Furiam, *desævet ore.* Vir doctus ap. Gesn. conj. *tibi litigat ore.*—95 *Tragicus plerumque, sine et,* Heller.—96 *Tele-*

## NOTÆ

89 *Versibus exponi tragicis, &c.]* Tragœdiæ magniloquentia rebus comicis humiliibus haud congruit. Sic etiam stylum mediocrem Comœdiæ idoneum respuit Tragœdia, res nimis magnas tractans. ‘Sua cuique propria lex, suns decor est: nec Comœdia in cothurno, nec Tragœdia socco ingreditur.’ Quintil.

90 *Privatis]* Vulgaribus, plebeis. Magistratu fungentes apparent sublimis; privati contra humiles.

91 *Cœna Thyestæ]* Synecd. pro qualibet materia Tragœdiæ apta. De Thyeste 1. Od. 6. et 16. item Epop. v. Vide Senec. Trag.

93 *Interdum tamen, &c.]* Si quid in-

fandum horrendumve sit describendum, vocem debet attollere Comœdia, stylumque aptum adhibere.

94 *Iratusque Chremes]* Vide Tarent. Heautontimor. Act. v. Sc. 5. item Adelph. Act. v. neenon Donat. ibid. supra 1. Sat. 4. ‘At pater ardens Sævit.’

95 *Tragicus plerumque dolet sermone pedestri]* Quis enimvero dolore pressus grandia loqui possit? itaque meras nugas effutit Hecuba apud Senec. Troad. cum tam multa et tam magna dolens proloquitur: apage ‘qui frigidum septena Tanain ora pandentem’bibit,’ &c. Vide quam apte contra apud Euripidem.

Telephus et Peleus, cum pauper et exul, uterque  
 Projicit ampullas, et sesquipedalia verba,  
 Si curat cor spectantis tetigisse querela.  
 Non satis est pulchra esse poëmata; dulcia sunto,  
 Et quocumque volent, animum auditoris agunto. 100  
 Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt  
 Humani vultus: si vis me flere, dolendum est  
 Primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia lædent.  
 Telephe, vel Peleu, male si mandata loqueris,

*tione. Telephus et Peleus ambo exules et egentes respnuunt voces tumidas et magnas, si cupiunt suo luctu commovere animum spectatoris. Non sufficit ut carmina splendida sint. Sint etiam suavia: et quo voluerint impellant mentem audientis. Sicut ridentibus arrident hominis vultus, ita lugentibus. Si vis me lacrymari, flere temet primum oportet: tunc ærumnæ tuæ movebunt me, o Telephe vel Peleu. Si*

-----  
*plus aut Peleus Bentl. ex ingenio. Telephos ac Peleus Cuning. aut exul Bentl. —98 Si curas cor spectantis Schoenborn. I. 4. Vatt. 1. 7. et Vat. Rom. 9. Si curat cor spectantis alii codd. ap. Jaeck. spectantis cor Vat. 9. cor spectantis curat Vat. Rom. 7.—99 Bentl. pura esse, ex uno cod.—100 Sed quocumque Vat. 14. Ut quocumque Vat. Palat. 4. velint Vat. 7. et Vat. Rom. 9. volunt Heller. Schoenborn. I. Vat. 5. Vat. Rom. 2. 4. 11. Vat. Palat. 4. Angelic. 1. a m. pr. Angelic. 3. Vallicel. 1. et quatuor alii codd. ap. Pulm.—101 Plurimi codd. Feæ, adsint; ita etiam Helmstad. tres ap. Bentl. unus ap. Oberlin. Harl. 6. et Zarot. Alii codd. et edd. vulgg. adsunt. ‘Speciosi vero Piccarthus, Tan. Faber, Marcilius, ex conjectura proposuerunt adflent; arripiuit Dacerius, inde Bentl. sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Merv. Phil. Battenx, Val. Wakef. Schelle, qui unice veram lectionem prædicat; quam vel oppositum ‘arrident’ confirmet, nt jam Bentlein; et cum eo locos affert Plauti in Poen. v. 2. 129. Persa i. 3. 72. in quibus ‘adflent’ occurrit: ipsisque, et aliis vulgo, humani vultus sunt ‘vultus hominum.’ Longe a vero.’ Fea.—103 Vat. 7. tum tua. Vat. 19. lædunt. Vat. Rom. 8. a m. pr. alii codd. ap. Lamb. unusque Pulmanni, lædant; et ita Regelsberger cum*

## NOTÆ

96 *Telephus*] Hic Mysorum rex ad inopiam redactus et mendicitatem Tragœdiæ materiam præbuit. Suidas.

*Peleus*] Tragiennm aliud argumentum Achillis pater ille, a ciyibus vel ab Æaco pulsus et exagitatus.

97 *Projicit ampullas, &c.*] Inflatæ dictiones præsenti rerum statui minime congruas. In hoc decoro servando cespitavit Sophocles nunquam, Euripides interdum, Seneca Tragicus passim.

99 *Pulchra*] Diserta, verbis ac ver-

sibus magnifica.

*Dulcia sunto*] Pathetica, affectibus plena: alias non delectabunt, nec proinde movebunt auditorem.

100 *Animum audit. agunto*] Vid. II. Epist. I. ‘Irritat, mulcet, falsis terroribus implet, Ut magus,’ &c.

102 *Si vis me flere, &c.*] Cie. ‘Ardeat qui vult incendere.’ Quintil. ‘Prius afficiamus ipsi, ut alios afficiamus.’

104 *Telephe, vel Peleu*] Poëta, vel Histro, Telephum vel Peleum exhibi-

- Aut dormitabo, aut ridebo.** Tristia mœstum                    105  
 Vultum verba decent ; iratum, plena minarum ;  
 Ludentem, lasciva ; severum, seria dictu.  
 Format enim natura prius nos intus ad omnem  
 Fortunarum habitum ; juvat, aut impellit ad iram,  
 Aut ad humum mœrore gravi deducit, et angit ;                110  
 Post effert animi motus interprete lingua.  
 Si dicentis erunt fortunis absona dicta,  
 Romani tollent equites peditesque cachinnum.  
**Intererit multum, Davusne loquatur, an Heros ;**

*in epte loquaris præscripta, vel obdormiam vel deridebo. Tristi vultui mœsta verba conueniunt, irato minacia, lascivienti procacia, severo seria. Etenim natura primo nostrum animum componit secundum varios fortunæ status : movet aut provocat ad indignationem ; vel gravi tristitia affigit humi, cruciatque : deinde animi affectus deponit lingua explicante. Si conditioni loquentis sermo non conveniat, nobiles et plebeii ridebunt effuse. Discrimen ergo magnum est ; utrum loquatur Deus, an*

\*\*\*\*\*

aliis : refutat Schelle.—105 *Aut ridebo aut dormitabo* Zarot.—110 Bamberg. *Aut...gravidæ ducit.* Schoenborn. 4. *Aut humanum.*—111 Bamberg. *animi metus.*—113 Vat. 14. *pedites tollent equitesque.* Bentl. ex ingenio, *equitesque, patresque.* Cf. vs. 95. 248.—114 *Clavus* Heller. *Durusne* quinque codd. Feæ, alii ap. Pulm. Cruq. Talb. Val. Combe, Aldus 1501. H. Steph. Jason de Nores, Talb. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandhy, Schelle. *divesne* Erasmus Chil. 1. Cent. 3. Adag. 57. *Durusne* ceteri MSS. Feæ, et aliorum, priscae editiones ; et vulgatum. *an heros* Erasmus l. c. *Erosne* Lamb. *herusne* Bad. *Ascens.* *an heros* iidem ; qui legunt *Durusne*, ut opponant. *an Heros* MSS. et editiones ; et vulgatum, ut *Durusne*. ‘Quomodo in re facilima et evidenti cœidunt tot Interpretes, vix credendum. *Darus* et *Heros* sunt nomina servorum, quæ passim occurruunt apud Comicos ; in marmoribus scriptis apud Gruterum, Fabretum, Muratorium, alias ; et præsertim in Pandectis, ut videre est in indice nominum proprietum ab Antonio Augustino redacto ; quæ vulgatus proferebantur, ex. gr. ut ‘*Titius*, ‘*Sempronius*.’ ‘Qui legunt *Durusne*...*an heros*, vel *herusne*, non vident, his non

### NOTÆ

bens et repræsentans.

108 *Format enim natura, &c.]* Cic. de Orat. iii. ‘Omnes animi motus suum quendam habent a natura vultum, sonum, gestum : totumque corpus, omnis vultus, omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a quoque animi motu sunt pulsæ.’

*Intus ad omnem, &c.]* In animo imprimit affectus præsenti conditioni idoneos, in adversis mœstitudinibus, in prosperis gaudium, &c.

109 *Jurat]* Vel, gaudium giguit : vel, juvat ad irascendum et impellit. Sieque vel una, vel duæ sunt sententiæ.

113 *Romani equites peditesque]* Quicunque in amphitheatro spectatores adsunt audiuntque ; sive nobilitas, sive plebs. Illa in equo, hæc pedibus militabat.

114 *Intererit multum]* Præceptum de decoro personarum observando : ubi quatuor distingui debent, fortuna

Maturusne senex, an adhuc florente juventa  
 Fervidus; et matrona potens, an sedula nutrix;  
 Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;  
 Colchus, an Assyrius; Thebis nutritus, an Argis.  
 Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge.  
 Scriptor honoratum si forte reponis Achillem;

115

*heros; utrum senex prudens, an juvenis ætate rigens et ardens; utrum famina insignis, an studiosa nutrix; utrum negotiator, an agricola; utrum Colchus, an Assyrius; an Thebis, an Argis culculus. Scribens Poëna, vel sequere famam, vel res finge congruentes. Si repræsentas clarum Achillem; incitatus, ad iram pronus,*

proprium *Davus*; sed genericum *serrus* opponi debuisse. Confer 1. Sat. 6. 38. 11. Sat. 5. 91. 101. Sat. 6. 44. Hæc omnia Horatii præcepta late expounit Quintil. Inst. Orat. xi. 3. Fea.—115 *Maturusne Vallicel.* 1. et Venett. 1478. 1481. 1486. 1490. 1492. 1495.—116 *Plurimi codd. Few, et matrona;* ita alii MSS. apud Pult. Achillem Stat. Bersm. Exc. Sax. apud Gesn. Oberl. restituit Bentl. inde anonymous 1713. Con. San. Merv. Sandby, Gesn. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. *aut matrona* Aldus 1501. Junt. 1503. Al. *an matrona, matrona parens* Vat. Rom. 9. a m. pr. ‘Vera, et evidens lectio, quæ etiam sine manuseriptis ex opposita restituenda erat. Nutrici enim opponenda erat *matcr*; ut *matroneæ* opponitur *sedula*.’ Fea.—117 *Mercatorne vagus* Schoenborn. 4. et Vat. 19. a m. pr. *Mercatorne vagus* Harl. 7. et Zarot. *cultorne Vallicel.* 1. Harl. 7. et Zarot. *rigentis* Vatt. Rom. 2. 3. 4. Vatt. Rom. 5. et 6. a m. pr. Vat. Palat. 3. a m. pr. Harl. 2. unnsque Cruqnii.—118 *Colchicus an Sirius* Vat. Rom. 9. *Assyrus* Heller. *Ausurus* Schoenborn. 1.—120 ‘*Scriptor Homereum* Bentl. meritis argutiis; inde Sanad. Mervill. Valart; refutat Baxt. et appellat ‘monstrum nemini unquam visum, neque auditum ante Bentleium.’ *Achillem honoratum*

## NOTÆ

seu conditio, ætas, vitæ institutum, patria. Terentius alioqui solers sapientum dicta quædam profert male per ridiculas personas; ut per Sosiam: ‘Ne quid nimis.’ Euripides servis et barbaris mulieribus graves nimis sententias tribuit perperam.

*Davus*] Servus astutus et versipellis, cui opponunt, *Heros*, servus frugi apud Menandrum. Alii legunt, *divusne loquatur an Irus*, id est, pauper. Unde proverb. apud Erasm. ‘Iro pauperior.’ Atii, ut videtur, melius, *divusne loq. an heros*.

115 *Maturus senex*] Ætate et rerum peritia adeptus sapientiam.

118 *Colchus, an Assyrius*] Certe diversarum nationum longe diversi mores, diversaque studia. Colchi natura

sævi, Assyrii callidi et voluptarii, Thebani hebetes, Argivi arrogantes et magnanimi, &c. Vide 11. Epist. 1. 244.

*Colchus*] Vid. 11. Od. 13.

*Assyrus*] Vid. 11. Od. 11.

*Thebis*] Vid. 11. Sat. 15.

*Argis*] Triplex Argos: Peloponnesiacum, Argiae caput; Amphilochium in Epiro; Pelasgicum in Thessalia, hodie *Armiro*: de quo jam 1. Od. 7.

119 *Aut famam sequere*] Præceptum de formanda persona, seu de charactere personarum servando.

*Famam*] Communem omnium opinionem.

*Convenientia finge*] Ex decoro et recta ratione.

120 *Honoratum si forte rep. §c.*]

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,  
Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis:  
Sit Medea ferox invictaque, flebilis Ino,  
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.

Si quid inexpertum scenæ committis, et audes  
Personam formare novam, servetur ad imum  
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet.  
Difficile est proprie communia dicere: tuque

125

*inexpugnabilis, vehemens: dicat, leges haud sibi positas, omnia vero armis esse obnoxia. Medea exhibeat sava et implacabilis, Ino lacrymosa, Ixion perfidus, Io vagabunda, Orestes mestus. Si autem novum aliquid profers in theatrum, novamque personam fingere audes, cave ut qualis ab initio apparuit, talis ad finem usque perseveret, et secum conveniat. Arduum est communia loqui proprie; proindeque tu*

hic dici puto, non ut Homero, aliisque poëtis laudatum; sed quia cum plausu antea scenæ commissum, reponere, iterum ponere, seu committere velle alius poëta supponitur ab Horatio; qui ideo monet illum, ut primi sequatur vestigia in describendis ejusdem moribns; quippe quæ jam landata, ac probata vitorum doctorum, ac populi suffragio. Huic præcepto opponitur in vs. 125. ‘si quid inexpertum scenæ committis.’ Fea, qui forte Barberin. 2. a m. pr.—121 Schoenborn. 4. ita Diis.—122 Jura sibi neget Schoenborn. 1. arrogat armis Vat. Rom. 9.—123 Heller. Sit Juno ferox.—126 Vat. Palat. 2. servare. Schoenborn. 1. servatur.—127 Heller. sibi con-

## NOTÆ

Prima pars præcepti. Si expressos jam ab Homero Achillis mores exponis rursum, vide ut talem eum exhibeas, qualis vulgo existimat, et finisse cognoscitur, &c.

122 *Jura neget sibi nata*] Jus omne suis in armis positum assérat. Iliad. Φ. et X.

123 *Sit Medea ferox*] Vide Euripidis Medeam. De ea nos ad Epop. III. et v.

*Flebilis Ino*] Hæc Cadmi filia Athamanteum maritum furore percitum fugiens, in mare se cum filio Melieerta præcipitem dedit. Homer. Odyss. E.

124 *Ixion*] Is socerum fraude circumventum peremit. Virgil. Æn. vi.

*Io*] Hæc Inachi filia, a Jove adamatata, atque in vaccam, ut Junoni laceret, conversa: sed cum Juno rem intellexisset, eam oestro vexatam in

Ægyptum usque egit ac depulit. Aeschyl. Prometh. Ovid. Met. i.

*Orestes*] Is ob imperfectam matrem conscientiæ stimulis vexatus nusquam quiescebat. Vide Euripidem. De eo nos ii. Sat. 3. 133.

125 *Si quid inexpertum*] Alterum præcepti membrum, de persona nova, et a nullo ante inducta aut formata: qualis Dido apud Virgilium, Octavia apud Senecam, &c.

127 *Sibi constet*] A suis moribus nunquam recedat, aut aliena apparet. Quod Homerus semper sedulio custodivit. Euripides autem merito arguitur, quod Iphigenia, in Aulide, primo timida mortem deprecatur, deinde vero, Achille pro ea exorante, animosam exhibeat se repente, dicatque paratam sponte mactari pro salute Græcorum.

128 *Difficile est*] Præceptum de

Rectius Iliacum carmen deducis in actus,  
 Quam si proferres ignota indictaque primus. 130  
 Publica materies privati juris erit, si  
 Nec circa vilem patulumque moraberis orbem;  
 Nec verbum verbo curabis reddere fidus

*majori cum laude argumentum de Iliade in Tragædiam rediges, quam si inaudita et minime cognita primus ederes. Porro, materia publica redditur tibi propria, si nec hæreas circa vitem circulum et omnibus patentem, nec verbum verbo explicare stu-*

*stat.*—128 *Dificile proprie* Heller.—129 Vallicel. 1. *producis in actus*. Vat. 1. *diducis in actus*. ‘Hanc veram lectionem, pro *deducis*, fngisse acumen Bentleii vix credibile, qui recte eandem vocem restituit Manilio ii. 10. ‘Amnemque in tonnes ausa est *diducere rivos*,’ pro ‘*deducere*.’ Veluti apud Quintil. Inst. Orat. v. 13.’ *Fea*, Harl. 7. *producis*. Vatt. 10. 21. *in actum*.—132 Novem et viginti codd. *Feæ*, *Non circa*; ita etiam Helmstad. ap. Gesn. Heller, omnes Lambini, Pultm. et Combe; item Acron, Porphyrio, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. Flor. 1482. Frib. 1536. Talbot, Bentl. Sandby, Schelle. *Nec circa* in editis est ab Aldo 1501. inde vulgata.—133 Vatt. 4. 10. 18. 24. Vat. Rom. 5. 11. et Angelic. 3. *verbum verbo*; et sic Acron Ms. et editus, Servius ad Virg. Æn. i. 227. xi. 1. S. Hieron. Epist. 57. ad Pamm. n. 5. Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Britanni. 1520. Basill. 1527. 1531. 1580. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venn. 1515. 1552. 1573. Lamb. Muret. Cruq. Pultm. Chab. Dan. Heins. Desprez. Bond. Talbot. Dacer. Baxt. Bentleius, qui probat, Phil. Gesn. Sandby, Batt. Val. Dor. Combe, Wakef. Wetz. Zeun.

## NOTÆ

scite imitando; deque nota persona potius denuo exhibenda, quam nova formanda: quoniam hoc audere et rite exequi sit difficilius et periculosis, quam illud prestare: modo tamen quedam observentur solerter evitanda, quæ ab Horatio notantur.

*Proprie*] Apta, convenienti, et propria ratione.

*Communia*] A nullo ante occupata et tractata.

129 *Iliacum carmen*] Materiam seu personam in Iliade ab Homero tractatam. Nempe is multiplicis argumenti fons uberrimus: illumque τῆς Τραγῳδίας ἡγεμόνα, ποιητικώτατον, καὶ πρῶτον τῶν Τραγῳδοποιῶν, recte nuncupat Plato de Rep.

131 *Publica materies*] Publicata; nota, jam tractata, qualis in Iliade vel Odyssaea.

*Privati juris erit*] Tua dicetur, per novam et seitan dispositionem tractationemque a te inventam.

*Si Nec circa vilem, &c.*] Si passim non sequaris auctorem quem tibi imitandum proposuisti, universa et singula ab eo desumendo: quod quidem vile, atque omnibus obvium, patens, et facile est. At contra maximæ artis et laudis est, sic imitari ut nihil non tuum ac proprium esse videatur; ratione jam dicta, et mox dicens.

132 *Patulum orbem*] Carmen vulgarium: argumenti dispositionem omnibus expositam et cognitam: materiam continua serie pertextam, more Cyclicorum. Vide postea Not. ad vs. 135.

133 *Nec rerum verbo*] Immo sententias ingeniose expiscari oportet,

Interpres; nec desilies imitator in arctum,  
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.      135  
Nec sic incipies, ut scriptor Cyclicus olim :

*deas ut fidclis interpres : prætcrea ne imitando conjicias te in angustias, e quibus te expedire nequeas, seu ob verecundiam, seu ob legem carminis. Nec incipies sicut*

Schelle. Ante Horatium ita scripsisse Ciceronem de Opt. Gen. Orat. v. n. 14. notat Lambinus: ‘Non verbum pro verbo necesse habui reddere; sed genus omnium verborum, vimque servavi: quem locum integrum inseruit S. Hieronymus in citata Epistola ad Pammachium n. 5. *verbum curabis verbo* Chisian. 6. *verbum ex verbo* Vat. Rom. 10. et unus Pulmanni.—134 Vat. Rom. 8. et unus Pulmanni, *ne desilies*.—135 Unus codex ap. Turneb. Advers. xxii. 11. unus Pulmanni, unus item Achill. Statii, et tres ap. Valart. *referre*; et sic ex dnobus suis pretulit Lanib. sequitur Cuning. inde anon. Traj. ad Rhen. 1713. Sanad. Mervill. Phil. et Valart. *proferre* Acron, et omnes alii codd. et edd. *pudor proferre pedem* Vat. Rom. 9. *vetet* Vat. Palat. 3. et Vallicel. 1.—136 Vat. 14. *incipiens*. Chisian. 1. et cod. Sorbon. ap. Valart. *Cyclus*, quod ex duobus suis restituit in textum Bentl. probat Winkelm. Mon. Ant. Ined. in Præf. p. 17. ex Proclo in Chrestom. ap. Photium Biblioth. col. 982. ed.

## NOTÆ

queinadmodum Sophocles, Euripides, aliqui ex Homero. Quin et pleraque in una lingua nitent, quæ in altera nihil habebunt splendoris.

134 *Nec desilies imitator in arctum, &c.]* Tertius hic est scopulus imitatori cavendus. Ne Dramatici carminis et Epicis diversam legem turpiter ignorent aut confundat. Sciat ergo audeatque immutare permulta, et nova quædam inserere et affingere Tragœdiæ idonea, nec se coarctet ipse et astringat ad ea duntaxat quæ induxit Epicus v. g. Homerus, quem imitatur.

135 *Proferre]* Al. melius, *referre*, licenter quidem.

136 *Nec sic incipies]* Præceptum de initio grandiori evitando: quod tam Epicus quam Tragicus cavere debet. Peccavit Statius in Achilleide, et Thebaide; Seneca in Troade, &c.

*Scriptor Cyclicus]* Circulator, circumforaneus, vagus, trivialis, ἀγύρτης, in compitis homines congregans, quibus inconditos versus occinat. Vir-

gil. Ecl. iii. ‘Nou tu in triviis, indocete, solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen?’ Cæl. Rhodig. xxviii. 10. In nova Comedia, inquit, Cyclos dici invenio, loca ubi vendentur mancipia: forte etiam ubi et venialia reliqua. Astipulatur Schol. Aristoph. scribens κύκλον fuisse Athenis circum, seu locum, ubi carnes et pisces vendebantur. Sunt qui Mævium hic notari asserant. Casanbonus in Athen. vii. 3. multa erudite de Cyclo et Cyclisis: aitque, ‘Cyclicos’ appellari solitos quicumque materiam aliquam continua serie pertexissent: sicut Antimachus Thebanam historiam. Additque, quem vero Poëtam intelligat Horatius per ‘scriptorem Cyclicum,’ nominatim indicare non possumus. Stasimum Docti putant, qui auctor parvæ Iliidis extitit; sed repugnat Photius diserte illum separans a Cyclisis. Itaque Cyclicus apud Horatium erit potius alias quispiam e Cyclo Epico: nam poëtae isti non ob præstantiam carminis commendati, sed tantum propter seriem

‘Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.’  
 Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?  
 Parturiunt montes; nasceretur ridiculus mus.  
 Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte!  
 ‘Dic mihi, Musa, virum, captæ post tempora Trojæ,

140

*olim poëta Cyclicus: Fortunam Priami eontabo et nobile bellum. Ecquid iste promissor dicet tam alto dignum exordio? Montes edent partum, orietur mus risum excitans. Quantor melius is qui nihil perperam agit: Refer mihi, o Musa, virum*

Colon. 1611. Al. *Cyclicus*.—137 Exc. Sax. et *nobile regnum*.—138 *Quid tanto feret hic dignum professor hiatu* Vat. 9. *tanto dignum* Vat. Rom. 3. 6. Chisian. 6. et Vallicel. 1. *Quid feret hic dignum tanto Zarot*.—139 ‘*Parturiunt* Vatt. Rom. 2. 8. duo codd. Pulmanni, unus ap. Valart. unus item Bentleii, qui ex hoc, et quia S. Hieronymus contra Jovinian. lib. 1. princ. ita scribit, intulit in textum. Levissimum sane argumentum ab hoc S. Hieronymi loco petit emendator; non videns S. Doctorem sermonis sui contextui vocem aptasse præsenti tempore, quo loquebatur, ‘Non est contentus (Jovinianus) nostro, id est, humano more loqui; altius quiddam aggreditur: *Parturiunt montes, nasceretur ridiculus mus.*’ Credendum potius Acroni, Valerio Probo Cath. apud Putsch. c. 1468. et Servio ad Virg. *Aen.* VIII. 83. Grammaticis, qui consulto vocem referunt. Ita etiam exigere contextum quis non intelligit? *Quid feret hic?* inquit: eveniet, quod est in proverbio, *Parturiunt montes, nasceretur ridiculus mus.* Omnia futuro tempore. In ipso proverbio Graeco apud Erasim. Adag. pag. 270. edit. 1617. est, Ὡδινεροῦ οὐρανός, παρτυρίεται μων. Sequuntur Bentleium pedibus anonymous Traj. ad Rhén. 1713. Cun. Baxt. San. Merv. Gesn. Sandby, Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle.’ Fea.—141 Angelic. I. a m. sec. Vallicel. 1. unus Achill. Statii, unus Valart, unus

## NOTÆ

rerum eo corpore comprehensarum: quod valde, congruit illi Horatii loco, ubi ineptiarum arcessitur is quem Cyclicum nominat. Hæc omnia Casaub. cit.

137 *Fortunam Priami*] Carminis de Priamo deque bello Trojano initiam est nimis inflatum.

138 *Hiatu*] Persius Horatii locum hunc revolvens ita scripsit Sat. v. 2. ‘Fabula seu mœsto ponatur bianda tragœdo... ant quantas robusti earminis offas Ingeris, &c. Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino, Folle premis ventos, &c. Nec stloppo tumidas intendis rumpere buccas.’

139 *Parturiunt montes*] Ex Æsopi Fab. Phædrus rem explicans sic ait:

‘Hoc scriptum est tibi, Qui magna enī minaris, extricas nihil.’ Usurpatur nempe illa dictio proverbialis in eos qui magna ostentant ac pollentur; minima vero, ut fere sit, præstant. Improbe autem et in suam perniciem tale dicterium aliquando jactarunt Ægyptii cum sno rege Tacha. Lacedæmonios auxiliatores pridem illi expectabant: ubi Agesilam regem demum adventare statura pusillum aspicerunt, non sine ludibrio dixere: ‘Ωδινεροῦ οὐρανός, Ζεὺς δὲ ἐφοβέστο τὸ δὲ ἔτεκεν μῶν. *Parturiebat mons, formidabat Jupiter: ille vero murcum pепerit.* Quo alienatis Lacedæmoniis Ægyptii profligati arrogantium suam fuerunt.

141 *Dic mihi, Musa, virum*] Exor-

Qui mores hominum multorum vidi et urbes.<sup>7</sup>  
 Non sumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem  
 Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,  
 Antiphaten, Scyllamque, et cum Cyclope Charybdin ; 145  
 Nec redditum Diomedis ab interitu Meleagri,  
 Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.

*qui post excisam Trojam perlustravit mores et civitates plurium hominum. Is non fumum e splendore, sed lumen e fumo educere parat, ut exinde res praeclaras et mirandas proferat, Antiphatem, Scyllam, Cyclopem, Charybdim. Nec Diomedis redditum incipit narrare a Meleagri morte, nec Trajæ expugnationem a duplice ovo.*

item Bentleii *post mœnia*; quod Bentl. intulit in textum, eumque secuti Cuning. Wakef. Kidd. et Schelle. Bentleins, suæ opinionis adhuc incertus, conj. nt rectius, *funera*; et Cuning. *Pergama*.—142 Vallicel. 2. a m. sec. multorum novit.—143 Heller. *Nec fumum*. Unus codex ap. Valart. *dare lumen*.—145 Circumque, pro *Scyllamque*, conj. Bentl.—146 *Nec redditum* Vat. 3. *Nec redditu Diomedis* Heller.—147 *Nec bellum gemino* Vat. Rom. 2. et Chisian. 1. *ab ovo* et

## NOTÆ

dium est Odysseæ Homeri. *Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, κ. τ. λ.*

143 *Nec fumum ex fulgore*, &c.] Non e splendidis initis et promissis exigua et obscura, sed potius e tenui modestoque principio res magnas et nitentes profert.

144 *Miracula*] Res admirationem moventes. Quanta scilicet pericula incurrit, et quanta virtute astuque Ulysses est eluctatus.

145 *Antiphaten*] Læstrygonum regem Anthropophagum. Odyss. K.

*Scyllam*] Scopulum terribilem, in freto Mamertino; ut fabulantur Phorci filiam, cuius latera canibus latrantibus succincta. Odyss. M. Cic. contra Verrem: ‘Hoc infestior nautis Verres quam Scylla, quod multo se pluribus et majoribus canibus succincterat.’ Et de Harusp. Resp. ‘Quam Scyllam tam eminentibus canibus tamque jejunis poëtae finiendo exprimere potuerunt?’ Vide Virgil. Ecl. vi. 74.

*Cyclope*] Polyphemo Cyclopium re-

ge. Odyss. I. nos 1. Sat. 5.

*Charybdin*] Voragini Scyllæ adversam in freto Siculo. Odyss. M. cit. Virgil. Æneid. III. nos 1. Od. 27.

146 *Nec redditum Diomedis*, &c.] Nec in Odyssea longe nimis exordium aut aliam quamvis narrationem repetit; ut fecit in suo de Diomedis redditu carmine Antimachus; qui et Thebanam scribens historiam viginti quatuor volumina implevit, antequam septem duces usque ad Thebas perduceret. De Diomede I. Sat. 5.

147 *Nec gemino bellum Troj.* &c.] Nec Iliadem condens a prima origine res narrat, aut poëma exorditur: ut in parva Iliade Stasimus, qui et Ledam a Jove adamataam, et duo peperisse ova, et ex eorum altero Castorem et Clytæmnestram, ex altero vero prodiisse Pollucem et Helenam, quæ a Paride rapta excidii causa Trojani fuerit, prolixe et otiose commemorat. Similiter peccarunt auctores Heracleidis et Theseidis, quos redarguit Aristoteles in sua Poëtica.

Semper ad eventum festinat, et in medias res,  
Non secus ac notas, auditorem rapit; et quæ  
Desperat tractata nitescere posse, relinquit;  
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,

150

*Semper ad finem tendit: et transfert auditorem in medias res velut cognitas: quæ vero non fore tractatu pulchra judicat, omittit. Porro sic fingit, sic intermiscat*

Heller.—149 *Non secus ac notas* Bamberg.—150 *Desperat dictata* Bamberg.

## NOTÆ

148 *Semper ad eventum festinal*] Egregium sane præceptum, ut leviter perstringantur nonnulla quidem dictu necessaria, graviter autem et potissimum tractentur quæ propositum maxime remque promoveant. Hoc vero, ut et præcedens etiam, perdite violavit Statius in Thebaide, ubi et res altius repetit, et permulta congerit vel parum conducibilia vel nihil, quæ quidem integro carmine rescindi queant.

*In medias res, &c.]* Rerum primordia supponi debent ut nota: auditoris autem animus in res medias statim rapiendis: quæ vero præcesserunt, occasione data subinde narrantur solerter et tempestive. Sic Homerus Iliadem ab Achillis ira, quæ Trojæ excidium paulo antecessit; et Virgiliius Æneidem a septimo errorum Æneæ anno exorsus est. Macrob. Saturnal. v. 2. ‘Homerus,’ inquit, ‘vita in Poëmate historicorum similitudinem, quibus lex est incipere ab initio rerum, et continuam narrationem ad finem usque perducere; ipse poëtica disciplina a rerum medio cœpit, et ad initium post reversus est. Ergo Ulyssis errorem non incipit a Trojano littore describere: sed facit eum primo navigantem de insula Calypsonis; et ex persona sua perducit ad Phœacas. Illic in convivio Aleinoi regis narrat ipse quemadmodum de Troja ad Calypsonem pervenerit.

Post Phœacas rursus Ulyssis navigationem usque ad Ithacam ex persona propria describit Poëta. Quem secutus Maro Æneam de Sicilia perducit ad Libyam. Illie in convivio Didonis narrat ipse Æneas navigationem suam de Troja usque ad Siciliam,’ &c.

149 *Quæ Desperat tractula nitescere, &c.]* Præceptum de seligendis præcipuis argumenti partibus et adjuncitis, quæ tractata pulchritudinem poëmati conferant: deque ceteris relinquendis quæ nec oratione splendescere nec splendorem argumento et proposito facere possint. Sic pleraque minimum adjuvantia Homerus prætermisit in Iliade et Odyssea: in hac, Palamedem Ulyssis frande interfectum; in illa, raptum Helenæ, Achillis apud Lycomedem regem latebras, &c. Virgiliius pari arte et solertia nihil dixit de Æneæ in Macedoniam appulsu; nihil de adventu in Laurentem agrum, deque comitum ejus Trojanorum certamine adversus Latinum regem et Aborigines ea loca tenentes. Liv. lib. i. init.

151 *Atque ita mentitur, &c.]* Præceptum de affingendis plerisque, ita tamen ut omnia cohæreant, utque a veris falsa vix discerni queant. Est enim fictio velut anima poëseos. Aristot. Poët. Sie facta a Virgilio complura, totumque Æneidos quartum librum esse confictum, nemo litera-

Primo ne medium, medio ne discrepet imum.  
 Tu, quid ego, et populus mecum desideret, audi :  
 Si plausoris eges aulæa manentis, et usque  
 Sessuri donec cantor, Vos plaudite, dicat,      155  
 Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,  
 Mobilibusque decor naturis dandus et annis.  
 Reddere qui voces jam scit puer, et pede certo  
 Signat humum, gestit paribus colludere, et iram

*ficta veris, ut medium initio, finis medio non discordet. Accipe quid ego populusque mecum exoptet. Si vis retincre plausorem usque ad peristromata, expectantemque donec actor dicat, Vos plaudite; cujusque ætatis mores a te exprimendi sunt, et naturis annisque mutantibus decor tribuendus est. Puer jam loqui sciens, et firmo pede gradiens, ludere amat cum æqualibus, irascitur facile et placatur, atque horis*



*relinquet* Vat. Palat. 3.—152 Vat. 4. *medio nec.* Vallicel. *nec medium, medio nec.*—153 *Tu quod Heller.* desiderat Schoenborn. 1.—154 *Si fautoris conj.* Bentl. adstipulantibus edd. Parm. *Si plausoris Exc.* Sax. Vat. Rom. 2. 3. 4. (5. a m. pr.) 8. Vat. Ottobon. quatnor codd. Pulmanni, et unus Cruq. ita etiam legi, notat Acron; sed ipse præfert, *plausoris.* Alterum *plausoris* annavit ex anne sua Cuning.—157 *Nobilibusque* Vat. 8. Venett. 1481. 1483. 1486. et Florent. 1482. *maturis dandus et annis* Vat. 7. a m. pr. quod dederat ex conjectura Bentl. probatur nunc ex optimæ notæ ap. Feam; ita etiam legebatur Acron. Adoptarunt anon. Traj. ad Rhen. Baxt. in ed. 2. Cuning. Sanad.

## NOTÆ

tus ambigit. Certe doctis constat, Trojam ab Ænea et Antenore proditam, Africam nunquam illum vidiisse, nedum Diomedem; Didonem a Si-chæi viri morte castissimam vixisse, &c. Huc pertinet quod præcipit Scaliger III. 97. ‘Argumentum sumendum est brevissimum; illudque maxime varium multiplexque facendum.’

152 *Primo ne medium, &c.]* Quintil. IV. 2. ‘Prima sit curarum, ut id quod fingimus fieri possit: dcinde ut personæ et loco et tempori congruat; et credibilem rationem et ordinem habeat: si contingat etiam, ut veræ alicui rei cohæreat, aut arguento quod in causa sit confirmetur. Nam quæ tota extra rem petita sunt, mentiendi licentiam produnt. Curandum præcipue, ne qua inter se pugnent.

Quædam enim partibus blandiuntur; sed in summam non consentiunt. Præterea ne iis quæ vera esse constabit adversa sint,’ &c.

154 *Si plausoris eges, &c.]* Si vis scribere Tragœdiam quæ ita populum delectet, nt ad usque finem in amphitheatro detineat, et donec amo-veantur aulæa scenam exornantia.

155 *Vos plaudite]* Hoc dicebat his-trio peractam fabulam indicans. Tullius in Catone: ‘Sapienti non est usque ad ‘plaudite’ veniendum,’ id est, usque ad vitæ finem, scilicet ut honeste vixisse intelligatur.

156 *Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores]* Præceptum hoc de moribus bene et lucenter exprimendis non semel inculcat Horatius, videlicet præcipuum.

Colligit ac ponit temere, et mutatur in horas.	160
Imberbus juvenis, tandem custode remoto,	
Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi;	
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,	
Utilium tardus provisor, prodigus æris,	
Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix.	165
Conversis studiis, ætas animusque virilis	
Quærerit opes et amicitias, inservit honori,	
Commisisse cavet quod mox mutare laboret.	
Multa senem circumveniunt incommoda; vel quod	
Quærerit, et inventis miser abstinet, ac timet uti;	170
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,	
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri,	

*singulis mutatur. Juvenis sine barba, dimiso tandem pædagogo, delectatur equis et canibus et campo Martio; flexibilis ad vitium, reprehensionis impatiens, utilium contemtor, pecuniam profundens, superbus, ardenter cupiens, et cupita cito descrens. Ætas et animus virilis habet alia jam studia: studet comparandas dicitii, dignitatibus, amicis; caret facere id cuius mox paeniteat. Senex pluribus molestiis obnoxius est; seu quia opes accumulat, et quæsitis parcit infelix; seu quia pigre et frigide cuncta molitur; procrastinator, longinquæ sperans, segnis, cupiens rivere*



Mervill. Phil. Valart. et Schelle.—160 *Colligit et ponit* Vallicel. 1. Heller. Venett. 1478. 1479. 1481. 1486. 1490. 1495. Britann. 1520. *Concipit ac ponit* Zarot. 1470. *ac mutatur* Schoenborn. 4. *Inberbis* Bamberg. Heller. et Schoenborn. 1. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. et omnes fere codd. Feæ, et edd. vett. *Imberbus* ex codd. Cruquius, inde Baxt. Bentl. anon. 1713. Cuuing. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Sandby, Valart. Oberlin. Comb. Wakef. Zenn. et Schelle. —167 Vat. 9. *et servit.*—168 Vat. 3. a m. pr. Vatt. Rom. 4. 8. Angelic. 1. unns Pnlm. unusque Achill. Statii *quod permutare.* Alii codd. ap. Jaeck, *quod mox munire.*—169 Heller. *circumveniunt et incommoda.*—172 Bentl. conj. spe

#### NOTÆ

162 *Equis canibusque et aprici, &c.]* pulcherrima vitæ supellex.' Cic. in Venationi, item exercitationibus juveniis Romanæ consuetis in Martio campo, natatu, cursu, palæstra, lucta, &c. Vide 1. Od. 8.

Venationi, item exercitationibus juveniis Romanæ consuetis in Martio campo, natatu, cursu, palæstra, lucta, &c. Vide 1. Od. 8.

'Lælio.

Honorij] Excellentiam expedit ætas

florens. Aristot. Rhetor.

170 *Inventis miser abstinet, &c.]* Sunt avari senes, quod usu didicernnt et difficile esse invenire, et facile amitttere. Aristot. cit. 'Quicquam potest esse absurdius, quam quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?' Cic. cit.

172 *Spe longus]* Nemo tam senex qui annum vivere non speret. Cicero

163 *Cereus in vitium flecti]* Mollis et facilis ad suscipiendam quamlibet affectionem perversam, sicut cera ad quamcumque formam et figuram.

164 *Utilium tardus provisor]* Ut qui nondum egestatis incommoda expertus.

167 *Amicitias]* Quæ optima et

- Difficilis, querulus, laudator temporis acti  
Se puero, censor castigatorque minorum.  
Multa ferunt anni venientes commoda secum,      175  
Multa recentes adimunt: ne forte seniles  
Mandentur juveni partes, puerisque viriles,  
Semper in adjunctis ævoque morabimur aptis.  
Aut agitur res in scenis, aut acta refertur:  
Segnius irritant animos demissa per aurem,      180  
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, et quæ  
Ipse sibi tradit spectator. Non tamen, intus

*dintius, morosus, queribundus, laudator æri se puero transacti, juniores autem arguens crebro et objurgans. Anni accedentes plura bona secum afferunt, plurima abeentes auferunt. Ne forte adolescenti committantur officia senis, aut puero quæ viri sunt, diligenter observabit atatum differentias et proprietates. Vel res in theatro peragitur, vel facta narratur: audita minus animum movent quam quæ videntur, queque spectator ipse sibi tradit. Attamen in theatro non exhibebis intus per-*

lentus, iners, pavidusque futuri.—173 Post hunc versum, alter intrusus legitur in Vat. 19. *Laudat præteritos, præsentes despicit actus.*—174 Codd. ap. Valart. censor castigatorque; ita Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. inde vulgata fere apud omnes. Ceteri MSS. omnes, Acron, et priscae editiones alium ordinem tenuerunt, quem revocavit in textum Talbot. Bentl. Cun. Sandby, Val. Schelle. —175 Barberin. 1. a m. pr. *commoda vitæ*; ita notatum in ora Ald. 1519. in Biblioth. Angelicæ.—176 Venet. 1481. *nec forte.*—178 Bamberg. Vat. 4. a m. pr. Vatt. Rom. 4. 5. Vat. Rom. 3. a m. pr. Vat. Palat. 4. Chisian. 1. a m. pr. unus Achill. Statii, et Exc. Sax. *morabitur.*—179 *Ut agitur Schoenborn. 4. aut apta refertur* Vat. Rom. 9. Vat. Palat. 1.—180 Codex Achillis Statii, *animum dimissa.* Schoenborn. 1. Vatt. 5. 14. Vat. Rom. 9. Vat. Palat. 1. Angelic. 3. a m. sec. Britann. 1520. *animos dimissa.* Harl. 6. Vat. 10. et Barberin. 1. *per aures.*—181 *Quam quæ sint* Schoenborn. 4.—184 Schoenborn. 4.

## NOTÆ

ibidem.

173 *Querulus*] Nam senes plerunque ‘contemni se putant, despici, et illudi.’ Cic. de Senect.

*Laudator temporis acti*] Senex res olim præteritas cum gaudio in memoriam revocat, aliisque narrat. Aristot. cit.

178 *Ævo aptis*] Ut juveni levitas, adolescenti fervor, viro cura divitiarum, ambitio et cupiditas honoris; seni maturitas et prudentia tribuantur, &c.

179 *Aut agitur res, &c.*] Præceptum grave, ne res ulla vel atrocior, vel

turpior in scenam proferatur; aut publice fiat; sed narretur duntaxat. Quod si contra fiat, spectator non movetur suaviter, sed offensus indignatusque explodit.

*Agitur*] Hinc dramatis et dramaticæ poëeos nomen.

180 *Segnius irritant animos, &c.*] Curet igitur poëta dramaticus ut agatur in scena quicquid magis afficerre potest, ratione tamen et modo statim explicandis.

181 *Oculis fidelibus*] Plaut. Trucul. ‘Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.’

Digna geri, promes in scenam ; multaque tolles  
 Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens :  
 Nec pueros coram populo Medea trucidet,  
 Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,  
 Aut in avem Procne vertatur, Cadmus in anguem.  
 Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.  
 Neve minor, neu sit quinto productior actu

185

*agenda: et plerique aspectui non objicies, sed oratione commemorabis velut mox acta.* Nec Medea liberos occidat ob oculos spectatorum : vel nequam Atreus palam coquat humana membra. Nec Procne transformetur in volucrem, aut Cadmus in serpentem. Quicquid mihi sic exhibes, non credo, immo aversor. Nec brevior, nec

\*\*\*\*\*

*quæ mox narrat.*—185 *Ne pueros septendecim codd.* ap. Feam, tres Bersm. unus Bentl. unus Oberlin. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. Zarot. Venett. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. et Britan. 1520. restituit Bentl. inde anon. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Wakef. Wetz. Schelle, et Kidd. Nec pueros Vat. 1. a m. pr. Vat. 7. Barberin. 2. a m. sec. Vet. Comb. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. inde vulg. *trucidet* Vat. Palat. 1.—187 *Procne Lamb.* sed *Progne* omnes fere codd. et edd. veti. *Cadmus vertatur* Vat. Rom. 9. et Chisan. 1. et sic Cuning. ex ingenio.—189 Vat. Rom. 9. *minor quinto, neu sit* ; et ita Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. Glarean. Frib. 1536.

#### NOTÆ

183 *Scenam*] Nomen a σκήνῃ, *umbras*, quod olim sub arborum umbraculis prima dramata fuerint acta. Postea vero locus tabulatis et contignationibus constructus, aulaeisque et picturis rem theatricam adjuvantibus decoratus est.

185 *Nec pueros coram, &c.]* Ut in epite apud Senecam Tragieum : Qui non immerito ‘a paucis probatur.’ Sealign. III. 97.

*Medea trucidet]* De Medea in Epopis. Quod pertinet ad rem præsentem, notandum est præceptum hoc gravissimum a Tragicis Græcis religiose semper observatum : et eos hallucinari qui aliter putant. Apud Æschylum, Agamemnonis in suo palatio trucidati auditur clamor luctuosus ; minime vero cædes spectatur. Apud Sophoclem, Clytaemnestra ab Oreste cæsa intus vociferatur, audiaturque ; at nequaquam in scena occi-

ditur. Hæc et alia bene multa sagaciter, strenue, graviterque probat vir Dramaticæ reiperitissimus Hedelinus in Praxi Theatrica : ubi et Sophoclem defendit, quod Ajax gladio suo palam iucumbat. Verum in proximo nemore id perpetrare Ajax intelligi potest.

186 *Atreus]* Supra, vs. 91.

187 *Procne]* Hæc Ityn filium Tereo marito comedendum apposuit, a quo tantum non ense transfixa in hirundinem versa est ; Philomela ejus soror in avem sui nominis, Itys in phasianum, Tereus ipse demum in upupam. Ovid. Met. vi.

*Cadmus in anguem]* Agenoris ille filius a patre missus ad Europam sororem querendam, varias orbis regiones pervagatus, senio tandem ingrante, in serpentem mutatus est. Ovid. Met. III.

189 *Nere minor, &c.]* Hæc certe

Fabula, quæ posci vult, et spectata reponi :	190
Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus	
Incidet : nec quarta loqui persona laboret.	
Actoris partes chorus officiumque virile	
Defendat ; neu quid medios intercinat actus,	
Quod non proposito conducat et hæreat apte.	195
Ille bonis faveatque, et consilietur amicis ;	

*longior quinque actibus sit fabula, ut saepius spectanda reposetur. Nec Deus adhibetur, nisi difficultas occurrit digna tali vindice. Nec quarta persona loquendo desuet. Chorus sustineat personam unius actoris et viri. Ne vero in mediis actibus quicquam dicat nisi quod ad rem sit et faciat. Ille probis suffragetur, et amicis*



Dion. ab Harsio Lugd. 1538.—190 Octo codd. ap. Fream, tres Pulmanni, unus Achill. Statii, et Venett. 1490. 1495. 1514. *spectunda*.—191 *Neu Deus Schelle ex ingenio. dignus judice nodus Schoenborn. 1.*—193 Octo codd. Few, duo Lambini, duo Pulmanni, Alld. 1. 2. 3. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. et Turn. Advers. xix. 9. *Actoris partes*.—194 Schoenborn. 1. et Schelle, *ne quid. Duo Vat. Schoenborn. 1. et Zarot. intercidat*.—196 Heller. et Schoenborn. 1. 4. *faveatque concilietur amice*; Codex Helmst. Ald. 1501. Britann. 1520. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Venet. 1573. Glarean. Basil. 1530. Dan. Heins. et

## NOTÆ

justa est fabulae magnitudo. Nam si plures quam quinque actus sint, nimis laxa tractatio et dispersa vis rem enervabit. Si tres solum fuerint actus, vel argumentum nimis pressum ac jejunum fiet elumbe, vel rebus et adjunctis pluribus nimium coarctatis erit confusum.

191 *Nec Deus intersit, &c.*] Non enim intervenire in machina numen debet, nisi quando res adeo difficilis contingat, ut ope nequeat humana extricari; et Deum aliquem subvenire, æquum esse decorumque videatur. Hinc vitiosa catastrophe Medeæ Euripidis jure exploditur. Vide Aristot. Poët. Sed et culpatur idem, quod saepius Deos e machina producat: Dianam in Hippolyt. Miner- vam in Iphigen. Tauric. Thetin in Audromach. Castor. et Poll. in Helen. &c.

192 *Nec quarta loqui persona laboret*] Ita saltem consuetum Dramati-

cis Græcis. Tres personæ duntaxat agunt simul et colloquuntur: atque muta est, si inducatur, quarta. Nil tamen vetat quartani induci non multa loquentem. Scaliger III. ‘Quatuor in eadem scena personas loqui, nulla religio est.’ Profecto si parum agat loquaturve quarta, haud ullam afferet perturbationem aut confusio nem.

193 *Actoris partes*] Chorus eos exhibet qui rei peractæ interfuerint: plures sunt homines, sed unus loquitur, Coryphænus dictus. Porro Chorum jam pridem obsoletum instaurari velut maximum Scenæ ornamenti non abs re exoptat Hedelinus ante landatus: ac de istis egregie disserit. Prax. Theatr. III. 4. ubi redarguit Aristotelem et Scaligerum, apud quos perperam Chorus appellatur ‘otiosus rerum curator.’

196 *Ille bonis faveatque, &c.*] Chori officiosa recenset Horatius. Exem-

Et regat iratos, et amet peccare timentes :  
 Ille dapes laudet mensæ brevis ; ille salubrem  
 Justitiam, legesque, et apertis otia portis :  
 Ille tegat commissa, Deosque precetur et orei,  
 Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis. 200  
 Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque  
 Æmula, sed tenuis simplexque, foramine pauco,  
 Aspirare et adesse choris erat utilis, atque

*opituletur : iratos placet, et innocentes protegat : laudet frugalitatem, justitiam salutarem, et leges, et pacem fores aperientem : arcana sibi credita ne revelet ; et numina deprecetur, ut miseris sors melior contingat, pejor autem superbis. Tibia quondam non sicut modo compacta orichalco, et buccinæ par ; sed exigua, et simplex, et paucis foraminibus, canentem Chorum adjuvare idonea erat, et sono replere*



Delph. etiam, concilietur. Cf. iii. Od. 3. 17. *amicis Muret.* inde alii multi, Dan. Heins. Delph. Bond. Schrevol. Dacer. Baxt. Gesn. Bipont. Oberlin. Comb. Wetz. et Zeun. Ceteri *amicæ*.—197 Codex unus Crnqii, unusque Achill. Statii, *pacare*. Duo codd. Pnlmanni, *pacare tumentes* ; quod receperunt Bentl. Cuning. Traj. ad Rhen. 1713. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Batt. Bodoni, Schelle, Kidd. et Jaeck.—198 Vat. Rom. 2. *laudat.* Cuning. *mensæ laudet.*—199 Heller. et *otia portis*, sine *apertis*. Schoenborn. I. *otia templis.*—201 *Arrideat Venet.* 1495, 1514.—202 Omnes codd. Feæ præter quatuor, alii codd. quam plurimi, edd. Bentl. Lamb. Sanad. Dorigh. Kidd. Fea, et Bothe, *juncta.* Vat. Rom. 3. 5. 6. Vat. Palat. I. Alld. 1501. 1509. 1519. aliique editores non pauci, et inter recent. Talbot. Dacer. Baxt. anon. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Gesn. Phil. Sandby, Valart. Batt. Oberlin. Comb. Wakef. Wetzel. Zenn. Bipont. Schelle, Jaeck, et Dæring. *vincta.*—203 Quindecim codd. Feæ, Bamberg. Schoenborn. I. 4. unus Pehn. unus Helmst. duodecim ap. Valart. Jnt. 1503. *parvo.* Duo et viginti codd. Feæ, Harl. I. 2. 3. 4. 6. 7. alii ap. Lamb. Talbot. et Oberlin. Aerom. prisæ edd. et aliae fere omnes, præsertim recent. *pauco.* Vat. Rom. 7. *paucoque foramine simplex.*—

## NOTÆ

pla lege passim apud Tragicos Græcos : nec te moretur Seneca ubique fere vitiosus.

199 *Apertis otia portis]* Vel privatarum ædium, vel civitatis, vel etiam templi Jani fores apertæ indicant pacem, clausæ autem bellum. Vide iv. Od. 15.

202 *Tibia non, ut nunc]* Chorus in mediis actibus agebat et loquebatnr per Coryphaeum, ut ante dictum est. Sed præterea inter unum et alternum Actum canebat saltabatque. Hinc mentionem facit Horatius de instrumentis musicis Chori concentum ad-

juvantibus.

*Tibia]* De hac fuse Scaliger, Poët. I. 20.

*Orichalco vincta]* Gall. *garnie de letton.* Montanum illud æs magno quondam in pretio fuit ; quod auri splendorem, et æris duritiam habeat. Isidor. Fest. Servius ad Æneid. xii. ‘Orichaleum omnibus metallis pretiosius fuit,’ inquit.

*Tubaæque Æmula]* Gall. *aussi grande et aussi éclatante que la trompette.*

203 *Foramine pauco]* Quatuor fusse primum foramina scribit Varro ; alii tria dñntaxat.

Nondum spissa nimis complere sedilia flatu;	205
Quo sane populus numerabilis, utpote parvus,	
Et frugi, castusque verecundusque coibat.	
Postquam cœpit agros extendere vicit, et urbem	
Latior amplecti murus, vinoque diurno	
Placari genius festis impune diebus,	210
Accessit numerisque modisque licentia major.	
Indoctus quid enim saperet, liberque laborum,	
Rusticus urbano confusus, turpis honesto?	
Sic priscæ motumque et luxuriem addidit arti	
Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem:	215

*sedes haud tunc valde referetas. Illuc enim populus numerari facilis, quippe non frequens, et frugalis, et pudicus, et modestus conveniebat. Postea vero quam vicit imperium atque urbis pomærium amplificavit; ac diurna computatione genio indulserunt impune diebus festis, tum quoque versuum et musicæ luxuria aucta est. Nam quid melius ficerent agrestes imperiti et labore soluti cum civibus mixti, et sordidi cum honoratis? Sic antiquæ arti saltationes luxuriosas adjunxit tibicen,*

-----  
 206 Faber conj. *parcus*, adoptavit Valart. in Praef. p. 15. ita quoque Bibl. Crit. 1820. II. 1. 581. Deest hic versus in Heller.—207 *Ut frugi* Vat. Rom. 4. *castus verecundus*, sine et, Heller.—208 *Omnes* codd. Feæ, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. quatuor Bersmanni, Helmstad. alii, priscæ edd. Britann. Fea, et Bothe, urbes. Alld. 1. 2. 3. *urbem*; et inde aliæ omnes ante Feam.—209 *Laxior* Bentl. ex ingenio; sequuntur Kidd. et Schelle. *Crassior* conj. Bentleii citat Jaeck.—212 Vat. Rom. 9. *malorum*.—213 Idem codex, *confusus*.—214 *Sic pri-mæ motum et Heller. luxuriem plurimi* codd. Feæ, Schoenborn. 4. quatuor ap. Pulm. Commentator Cruq. Pign. Manzon. Junck. Baxt. Bentl. anon. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Sandby, Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. et Zeun. Al. *luxuriam*.—215 Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7.—217

## NOTÆ

205 *Sedilia*] Caveam, in qua sub-sellia ad spectandos ludos. Vide cit. Scalig. I. 21. ubi de theatro, et amphitheatro; deque eorum partibus, incrementis, et ornamentis.

208 *Agros extendere vicit, et urbem, &c.*] Iis tantum licebat urbis mœnia proferre, qui imperii fines propagassent. Vopisc. in Aureliano.

210 *Placari genius*] Vide III. Od. 17. et II. Epist. 1. 144.

*Impune*] Sine metu legum et Censorum. De die epulari vetitum olim: et pœnis constitutis luxuriam et summus coercuerunt leges, Cornelia, Ju-

lia, &c.

211 *Accessit numerisque, &c.*] Glisscente populi luxu, pariter et theatralis apparatus crevit et luxuriatus est.

212 *Indoctus quid enim*] Licentiam nempe illam majorem in versibus et musica postulabant spectatores luxuriosi; plebeii rusticis, nobiles plebeis inquinati et corrupti.

213 *Confusus, turpis honesto*] Diu quippe ludos spectarunt confusi nobiles cum populo. Liv. Val. Max. II. 4. Vide Epod. IV. Not.

Sic etiam fidibus voces crevere severis,  
 Et tulit eloquium insolitum facundia præceps ;  
 Utiliumque sagax rerum, et divina futuri,  
 Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.  
 Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,  
 Mox etiam agrestes Satyros nudavit, et asper  
 Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod

220

*et per theatra amplum syrma traxit. Sic et olim modesti lyrae soni per luxum multiplicati sunt : atque elocutio rapida inexit dictiōnēm antea inauditam : necnon sermo utilia documenta continens et futurum præsagiens eis discrimen habuit a Delphis oracula proferentibus. Paulo post is qui propter vilem hircum contendit carmine tragicō, nudos introduxit Satyros rusticos ? et acerbus protulit sales, illæsa*

Heller. *insolitum eloquium.*—219 Vat. Rom. 9. *sortileges.* Chisian. 1. a m. sec. *sortilogis.*—220 Exc. Sax. et Harl. 6. *cantavit.*—221 Heller. *mutavit personas Satyrorum.*—222 Idem *codex, tentavit codem.*—226 *Couveniat Venett.*

## NOTÆ

216 *Sic etiam fidibus]* Ut in Comœdia tibiae sonos et foramina, ita etiam in Tragœdia lyræ chordas et modos auxit luxus. In hac tres primum, deinde septem, post decem fuisse aiunt.

*Severis]* Cic. Leg. II. ‘ antiquæ musicæ severitas.’

217 *Facundia præceps]* Versus magniloqui, turgidi, rapide fluentes, ut torrens.

218 *Utilium sagax rerum]* Tragœdiae Chorus sententias protulit affectavitque nimium acutas, obscuraque, similes oraculis.

*Dirina futuri]* Ventura prænuntians ad instar Apollinis Delphici.

219 *Sortilegis]* Vide infra ad versum 403.

*Delphis]* Apollo colebatur, et responsa dabat apud Delphos. Vide I. Od. 7.

220 *Carmine qui tragicō]* Agit Horatius de Satyrico Græcorum drāmatē; enjus aliqui dicunt inventorem Cratinum in Dionysiis, Suidas autem Pratinam Thespi non multis annis posteriorem. Unum istius ge-

neris drama saperest nobis Cyclops Euripidis. Porro ista Græcorum drāmata Latini utenique imitati sunt in Atellanis fabulis : quas ‘ argumentis dictisque jocularibus similes ’ Diomedes scribit. Vide Liv. lib. VII. init.

*Certavit ob hircum]* Scilicet poëtæ suum quisque Satyricum poëmia certatim edebant. Et qui victor censebatur mercedem accipiebat hircum, quem Baccho sacrificabat. Hinc nomen tragœdiæ, a τράγος, *hircus*, et φῶνη, *cantus*. Alii tamen quasi τρυγωδῶν dici volunt a τρύγεσ, *fæces*, quod histriones primum ‘ ore fæcibus peruncto ’ in scenam prodirent, agerentes tragœdiam, ante inventum personæ usum. Vide postea vs. 277.

221 *Satyros nudarit]* Satyrica drāmata edidit, in quibus erat Chorus e Satyris; Coryphæusque Silenus. Histriones nimirum perizomatis, villosa tunica, hircinis pellibus, Satyrorum habitum et speciem referentes, inter Actus, et post tragœdiam, sales et dicteria jactabant; sieque risum moventes populum delectabant.

- Illecebris erat et grata novitate morandus  
 Spectator, functusque sacris, et potus, et exlex. 225  
 Verum ita risores, ita commendare dicaces  
 Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo ;  
 Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,  
 Regali conspectus in auro nuper et ostro,  
 Migret in obscuras humili sermone tabernas ;  
 Aut, dum vitat humum, nubes et inania captet. 230  
 Effutire leves indigna Tragœdia versus,  
 Ut festis matrona moveri jussa diebus,

*severitate Tragœdiae: propterea quod oblectamentis et jucunda novitate detinendus erat spectator sacris perfunctus, et ebrius, et sine lege. At sic oportet Satyros risores et dicaces commendare, sic e seriis sermonibus ad jocosos transire, ut quisquis Deus vel Heros producetur, paulo ante in auro et purpura conspectus, non loquatur sordide quasi in vili taberna; neve terram fugiens sectetur nubila et vacua. Tragœdia versus leviculus respuens, tanquam matrona diebus festis saltare compulsa,*

1492. 1514.—227 *Nec quicumque Vat. Palat. 3. Vallicel. 3. et Heller.*—  
 228 *Vat. 14. ostro nuper et auro.*—229 *Migrat Schoenborn. 1. obscenæ Heller.*  
 —230 *Vat. 19. a m. sec. vitet.*—231 *Heller. indignatur.*—233 *Vat. Rom. 9.*

## NOTÆ

224 *Functusque sacris]* Quoniam ludi pars erant religiosis, et cultus Deorum, sic fastidium insulsarum plebis fallendum fuit, et *grata novitate*, jocosis nempe salsisque carminibus, detinendi spectatores. Liv. cit. l. viii.

*Potus, et exlex]* Post sacra voluptati duntaxat inhians, suoque genio nihil jam negans; quique epnisi et vino refertus nulla jam lege regi potest.

225 *Verum ita risores]* Ita plebis fastidio obsequendum, ut decorum non violetur.

227 *Deus]* Pan, Bacchus, Silenus, &c.

*Heros]* Semideus, Hercules, &c.

228 *Regali conspectus in auro, &c.]* In Tragœdia magnifice locutus ex decoro, idem post in Satyrico drame abjecta, obscenæ, sordida ne effutiat, quasi tabernarius.

229 *Tabernas]* Alludit Poëta ad tabernarias fabulas, in quibus Personæ viles et argumentum humile. Festus.

230 *Aut, dum vitat humum]* Ergo adhibendus ubique modus: medium teneat, suamque dignitatem servet: nec incidat in comicam parvitatem et humilitatem, nec vane extollatur et inaniter intumescat.

231 *Effutire leves, &c.]* Tragœdiae gravitas custodiri debet inter protertos Faunorum sales et jocos. Sic matrona in sacris non leviter et lascive, sed modeste et graviter saltans, nihil sui decoris amittit.

232 *Moveri jussa]* Erant enim choreæ sacræ modo virginum, alias matronarum, ut in ludis Megalensibus, et in sacris Cybeles: et jussu Pontificis agebantur.

Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.  
 Non ego inornata et dominantia nomina solum  
 Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo ;      235  
 Nec sic enitar tragico differre colori,  
 Ut nihil intersit Davusne loquatur et audax  
 Pythias emuncto lucrata Simone talentum,  
 An custos famulusque Dei Silenus alumni.  
 Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis      240  
 Speret idem ; sudet multum, frustraque laboret

*lascivos inter Satyros aliquanto reverenda esse debet. Ego Satyrica scribens, o Pisones, non consectabor dictiones inconditus aut simplices dyntaxat: neque sic curabo declinare Tragœdiae speciem, nt nihil ponam discriminis, utrum loquatur Davus et inverecunda Pythias deluso Simonis talentum extorquens, an Silenus curator et minister Dei alumni. E materia vulgata sic poëma condam, ut quisque pariter facere posse confidat; rem vero tentans, desudet plurimum, et perdat oper-*

*parum pudibunda.*—234 *Non ego honorata conj.* Hurd.—235 *Satirarum* Vat. 1. et Helmst. *Satirorum* ed. Comb.—236 *Neu sic* Vat. 1. a m. pr. *Non sic* Vat. Rom. 2. et Schoenborn. 1.—237 *Davus* Vat. 1. *an audax* Schoenborn. 1. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Helmst. octo ap. Feam, alii ap. Oberlin. Venett. 1481. 1486. 1490. 1546. 1573. Alld. 2. 3. Glarean. et Dion. ab Harsio Lngd. 1538.—241 Schoenborn. 1. *tantum series, cum gl.* ‘studet multum.’—242 Vat. 7. se-

## NOTÆ

234 *Non ego inornata*] Docet Poëta Satyrici carminis dictionem esse debere tragica inferiorem, at agresti superiori.

*Inornata*] Abjecta, vetusta, obsoleta.

*Dominantia*] Græcis κύρια, a translatissimo suo jure non expulsa, res proprie et aperte significantia: qualia sunt quæ res venereas et obsceneitatem clare et simpliciter denotant.

235 *Satyrorum*] Al. *Satirarum*.

236 *Nec sic enitar*] Decorum personarum hic etiam, ut et alibi, semper observandum est.

*Tragico colori*] A tragœdiae magniloquentia.

237 *Darus, Pythias, Sim.*] Personæ comicæ apud Lucilium, Menandrum, Terentium.

238 *Emuncto*] Terent. ‘emunxi argento senes.’

239 *Silenus*] Gravior quædam persona, qualis ille Bacchi pædagogus.

240 *Ex noto fictum carmen sequar*] Satyricum ego drama condere volens, non configam argumentum, ut solent Comici; sed potius ex nota materia et historia desumto argumento, affectisque ut decet adjunctis, carmen eximie componam. Sic Euripides Cyclopem finxit ex Homeri Odyss. I. Vide supra vs. 128. et 129.

241 *Sudet multum*] Cic. Orat. Perf. ‘Illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil experienti minus.’ Vide Quintil. II. 1. et IV. 2.

Ausus idem : tantum series juncturaque pollet ;  
 Tantum de medio sumtis accedit honoris.  
 Sylvis deducti caveant, me judice, Fauni,  
 Ne, velut innati triviis ac pæne forenses, 245  
 Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam,  
 Aut immunda crepent ignominiosaque dicta :  
 Offenduntur enim quibus est equus, et pater, et res ;  
 Nec, si quid fricti cicoris probat et nucis emtor,

*ram. Tantum valent ordo et connexio : tantum venustatis addunt argumento vulgari. Satyri e sylvis prodeentes non debent, ut opinor, tanquam in urbibus atque in foro educati carmina juvenilia et nimis polita dicere, nec obscena et contumeliosa eructare. His enim offenduntur habentes equum, et patrem, et opes : neque*

*ries tantum. Schoenborn. 4. vincturaque pollet.—243 Heller. et quinque codd. Feæ, accedet. Schoenborn. 1. succedit.—244 Markland. ad Eurip. Suppl. in Append. p. 257. conj. educti, quod habent Vat. Rom. 9. et Vallicel. 3. adoptavit Schelle.—246 Heller. invenientur.—247 Venett. 1479. 1483. 1486. et Florent. 1482. crepent i. verba.—249 Viginti sex codd. Feæ, et Harl. 1. 2. 4. 6. 7. fracti; sic alii MSS. apud Pulm. Commentator Cruquianus, edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. 1546. 1552. Flor. 1482. Aldus 1501. Britann. 1520. Basill. 1527. 1531. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. ‘ Merito hanc lectionem deseruerunt editores critici.’ Fea. fricti octo codd. Feæ, duo Lamb. Harl. 3. quinque Pulm. omnes Cruquii, Aldus 1509. 1519. Junta 1503. defendant Parrhasius, Lamb. Jason de Nores, Turneb. Advers. xix. 9. Mur. Cruq. Pulm. Chab. Bond. Despr. D. Heins. Nannius, Talb. Dac. Baxt. Bentl. aliquie recentiores omnes.—250*

## NOTÆ

242 *Series*] Rerum dispositio seita et ingeniosa.

*Junctura*] Structura verborum artificiosa.

243 *Accedit honoris*] Ex illa solerti inventione, fictione, connexione, ordine.

244 *Sylvis deducti*] Vel, agrestes et in sylvis educati : vel e proscenio sylvestri et nemoroso prodennentes. Nam triplex erat scenæ forma tripli dramati respondens. Tragica columnis suffulta, superbisque fastigii et signis ornata. Comica ædium privatarum speciem ostendebat. Satyrica arbores, montes, speluncas, agrestia omnia exhibebat. Vitruv. viii. 5.

*Fauni*] Dii sylvestres, qui et Syl-

vani et Satyri. de his jam 1. Od. 4. II. Od. 17. III. Od. 18.

246 *Teneris juvenentur versibus*] Ne versibus nimium exultis juveniliter et scurriliter lasciviant : sed ubique simplicitatem rusticam redoleant.

247 *Ignominiosa*] Famam alienus labefactantia.

248 *Quibus est equus, et pater*] Equites Rom. et Patricii : honesti viri et nobiles.

249 *Fricti cicoris et nucis emtor*] Homines infimæ sortis e plebe : qui dum spectaculis aderant, emebant frictum cicera, ad levandam famem.

*Nucis*] Frictæ quoque nuces ibi vendebantur. Plaut. Athen. lib. II. Festus ‘ nuces ustas’ dicit.

Æquis accipiunt animis, donantve corona.	250
Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus,	
Pes citus; unde etiam trimetris accrescere jussit	
Nomen Iambeis, cum senos redderet ictus,	
Primus ad extremum similis sibi: non ita pridem,	
Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,	255
Spondæos stabiles in jura paterna recepit	
Commodus et patiens: non ut de sede secunda	
Cederet aut quarta socialiter: hic et in Acci	
Nobilibus trimetris appetat rarus, et Enni	
In scenam missos magno cum pondere versus,	260

probant vel laudent quicquid placet ementibus frictum cicer et nuces. Syllaba longa brevi subjuncta appellatur Iambus, pes celer: unde et rotati sunt Iambici Trimetri; quoniam sex celebat sonos, a primo usque ad ultimum aequalis. Is autem nuper ut aliquanto lentior et gravior ad aures perveniret, in patriam ditionem ultra admisit firmiores Spondeos, non ita tamen ut consorti locum secundum vel quartum concederet. Talis etiam infrequens reperitur in Accii Enniique celebratis Iambicis. Certe Iambici Spondeis crebris graves in scenam producti vel properantem nimis



Vat. 4. *excipiunt*. Chisian. 5. et Heller. *donantque*. Vat. 4. a m. pr. *donentve*. Schoenborn. 1. *coronam*.—252 Vat. 1. Vat. Rom. 7. a m. pr. Vat. Palat. 4. Vallicel. 1. et Schoenborn. 4. *accedere jussit*. Florent. 1482. et Venet. 1483. *accersere jussit*.—253 Cuning. *senos cum*.—254 Heller. *simil sibi*.—255 Schoenborn. 4. *ut parvo*.—256 Schoenborn. 4. *relinquit*.—257 Duo Vatt. *ut non*.—258 *Cederet Heller*.—259 *Mobilibus P. Victorius in Cic. ad Fam. v. 2. refutant Lamb. et Bentl.*—260 *In scenam missus Piscator primus emendavit ex ingenio, et in contextum induxit; ita Minellius, Martignac, Rodelins, ut notat Cuningamius; ita Marcilius; adoptarunt Desprez, Bentleius, qui id magis probare nititur argutiis; inde anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Dor. Val. Wakef. Wetz. refutat Schelle. Facilis constructio sensum verum exponit; ut hic Iambus in secunda et quarta sede positus ab Ennio premat ejus versus, missos, fere projectos, cum magno pondere in scenam; criminis turpi aut opera celeris ni-*

#### NOTÆ

251 *Syllaba longa, &c.*] Agit iterum de versibus Dramati propriis. Nam de his jam supra vs. 80.

252 *Pes citus*] Aeson. velociorem Parthorum sagittis dicit.

253 *Cum senos redderet ictus*] Cum sex haberet pedes, omnes Iambos; ob celeritatem Trimetri dicti sunt; quasi tres solum percussionses atque tria duntaxat intervalla pronuntiando faciant. Quintil. ix. 4. supra i. Sat. 10. 43.

256 *Spondeos stabiles, &c.*] Inserti sunt Spondei pedes tardiores in versibus Iambicis, ad dandum iis pondus et robur, magisque movendos animos audientium.

258 *Acci*] Accius, sive Actius, aut Attius, Poëta celebris, de quo i. Sat. 10. et ii. Epist. 1. ubi et de Ennio.

259 *Ennij*] De eo iv. Od. 8. 20. Item locis mox citatis.

260 *In scenam missos*] Apposite Marcilius corrigit, missus: alias quæ

Aut operæ celeris nimium curaque parentis,  
 Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.  
 Non quivis videt immodulata poëmata judex ;  
 Et data Romanis venia est indigna poëtis.  
 Idecircone vager, scribamque licenter ? Ut omnes      265  
 Visuros peccata putem mea, tutus et intra  
 Spem veniæ cautus ? vitavi denique culpam,

*operam et negligentiam arguunt, vel turpem artis inscitiam. At quilibet judex haud animadvertis inconditos versus : et poëtis Latinis indulgentia immerito concessa est. Ergone ideo spatier, et parum accurate scribam? an omnes credam errata mea cognituros, providus et securus citra spem indulgentiae? Tum demum*

miam, et parentis cura, aut artis ignoratæ. Sensum ad Ennii versus referendum, vidi etiam Acron. Confer i. Sat. 10. 53. 54. *Fea. cum magno pondere* Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. et tres et viginti codd. ap. Feam. ‘Hoc ex omnibus suis, et Bersmanni, ascerit in textum Bentleius ; quia videtur Poëta venerem quandam in ipsa pronuntiatione studio quæssisse : *cum magno pondere* : quæ dum profers, ipsum illud pondus, et lente ambulantes Spondæos voce et spiritu persentiscis. Aliter æque bene apud scriptores. Cicero in Arato vs. 379. ‘*Magno cum pondere nautæ.*’ Tertull. Apolog. adv. Gentes, c. 38. ‘*Judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu.*’ Confer i. Sat. 10. 49. 1. Epist. 20. 8. infra 336.’ *Fea.*—261 Vatt. 9. 19. Vat. Rom. 9. Chisian. 1. Vallicel. 1. 3. et tres Pulmanni, *nimum celeris* ; ita Cuning. Sanad. Mervill. et Phil.—263 *Ut quiris* Vat. Palat. 3. *Nun quivis Zarot.*—265 *Ut omnes* Vat. 1. a m. pr. unus Achill. Statii, unus Bentleii, qui adoptavit in textu ; inde anonymous 1713. Cun. Baxt. Gesn. Dor. Oberl. Wetz. Zeun. Schelle : refutat Sanad. ‘*An, inquit Horatius, exemplo aliorum poëtarum Romanorum, quibus data est venia, indigna, non debita, tutus putare possum, lectiones, vel auditores visuros, vel audituros peccata mea eadem æquitate ; et cantus ero adeo, ut sperem illos eandem veniam mihi datus?*’ *Fea.* Ceteri omnes codd. vel, *An omnes*, ut Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Heller. et Schoenborn. 1. 4. vel, *Et omnes*, ut in edd. vett. quod revocabit Fea.—266 Lamb. ex ingenio, et extra ; rejiciunt omnes, et præsertim Muret. Var. Lect. xiii. 5.—

## NOTÆ

syntaxis ?

263 *Non quiris videt, &c.]* Prolepsis, ad quam mox respondet, ‘*Idecircone vager,*’ &c. Apage versiculum : *Nec tanta in metris venia conceditur uti:* quem velut Horatii affert Servius ad Æneid. v. et collocant aliqui ante istum : *Non quiris videt, &c.*

264 *Et data Romanis, &c.]* Vide i. Sat. 4. et 10. Item ii. Epist. 1.

265 *Scribumque licenter]* Nulla habita ratione pedum et legis metricæ : an Latinorum negligentiam imitabor potius quam exactam rationem Græcorum ?

266 *Intra Spem venia]* Præcisa spe omni veniæ : qua si mihi blandirer, oscitanter scriberem, nec mihi satis caverem. Sunt qui emendarint, *extra.* Sed veteres codices reluctantur. Vide Agell. xiiii. 13. Extra spem veniæ est qui scit nullam fore veniam. Intra spem veniæ cantus et tutus est, qui licet veniam speret ; recti amans sibi cavet tamen, et peccare non vult. Hæc ego.

267 *Vitavi denique culp, &c.]* Quod si versus lambicos diligenter condam, nec hoc satis ad laudem. Plaut. Trium. Scen. ult. ‘*Si quid amicum er-*

Non laudem merui. Vos exemplaria Græca  
Nocturna versate manu, versate diurna.

At vestri proavi Plautinos et numeros et  
Laudavere sales ; nimium patienter utrumque,  
Ne dicam stulte, mirati; si modo ego et vos  
Scimus inurbanum lerido seponere dicto,  
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.  
Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ

270

275

*culpam effugero quidem, sed non laudem meruero. Itaque, Pisones, die nocteque scripta Græcorum evolvite. Verum majores nostri et numeros et jocos Plauti approbaverunt : certe utrosque facilius quam par est, ne dicam stolidæ admirati; si quidem ego et vos novimus insaculum sermonem a venusto distinguere, et rectum modulum sentimus digitis atque auribus. Thespis reperisse fertur Tragicæ muse*

267 Vat. Rom. 7. et Vat. Palat. 4. *captus*.—268 Vat. Rom. 7. *nec laudem*.—  
269 Vat. 19. et *versate diurna*.—270 ‘At nostri Vatt. 7. 9. Vat. Rom. 7. 9. 10.  
11. Chisian. 6. Barberin. 2. nns Pulm. Aldns 1501. 1509. 1519. Junta 1503.  
Basill. 1527. 1531. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. H. Steph. Muret. Desprez,  
Bond. Talbot. Dac. Valart. Dorigh. et *venia* indignus, Schelle, qui multa ef-  
futit inepta contra Bentleium.’ *Fea*. At vestri Vatt. 1. 2. 3. 4. 8. 17. 18. 19.  
21. Vatt. Rom. 2. 3. 5. 6. 8. Vatt. Palat. 1. 3. 4. Vat. Ottobon. 2. Chisian. 1.  
Angelic. 1. 3. Barberin. 1. Vallicel. 1. 3. omnes Lambini, Harl. 1. 2. 3. 4. 6.  
7. omnes Cruquii, sex Pulmanni, Acron, Commentator Cruquii, notatum ex  
cod. in ora Ald. 1509. Biblioth. Barberin. Zarot. et Venett. 1478. 1479. 1481.  
1486. 1490. 1492. 1495. 1514. 1546. Probat P. Victor xv. 13. et alii innumeri,  
ut sit vulgata. ‘Hanc lectionem firmat contextus. *Venia* dicitur data Ro-  
manis poëtis, præsertim Plauto, a proavis Pisonum, nempe a Romanis. Quo-  
modo Horatius, qui Romanus non erat, etiamque libertinus, huc suos proa-  
vos appellare poterat?’ *Fea*. Et vestri Vat. Rom. 4.—271 Cuning. *utrosque*.  
—272 *Nec dicam Schoenborn*. 1. *Nou dicam* Vat. Palat. 4. unus Achill.  
Statii, et ed. Sanad.—273 *Scimus urbano Heller*. *dictum* Chisian. 6. et ita  
notatum ex cod. in ora Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.—274 *Heller. digitio*.

## NOTÆ

ga bene feci, aut consului fideliter ;  
Non videor meruisse laudem, culpa  
caruisse arbitror.’ Qui erratum vi-  
tat, quod debet, non ideo laudem  
meretur ; sed qui ingeniose, recte,  
artificiose scribit, is laudatur.

270 *Plautinos et numeros et sales*] Donatus in Plauto notat et carpit numeros inconditos et peregrinos, item sales frigidulos interdum atque etiam securiles, &c. S. Hieronymus Apolog. in Ruffin. ‘Plautinum sa-  
lem’ dicit, pro securili. Landant ta-  
men Cicero Offic. 1. Macrob. Satur-

nal. 11. 1. Gell. III. 3. Vide 11. Epist.  
1. 58. Item vs. 170.

274 *Digitis et aure*] Versum di-  
mensionem digitis faciunt parum ex-  
eritati, aurum vero judicium adhi-  
bent peritiiores.

275 *Tragicæ genus invenisse*] Libet  
altius repetere originem Tragœdiæ  
ac dramatum. Bacchus Icarium do-  
cuerat plantare vites. Hic in Attico  
agro hircum vineas depopulantem  
Baccho mactavit, convocatis ad sa-  
crificium vicinis, qui choreis et can-  
tilenis Dei lætitiae datoris vindictam

Dicitur, et plaustris vexisse poëmata Thespis,  
 Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.  
 Post hunc personæ pallæque repertor honestæ  
 Æschylus et modicis instravit pulpita tignis,

*genus incognitum, et carpentis circumtulisse carmina, quæ cantarent agerentque  
 vultum habentes fæce oblitum. Post eum Æschylus inventor larvæ et stolæ decoræ,*

—276 Cuning. conj. vectasse per Hellada.—277 Qui canerent contra omnes  
 codd. Bentl.—278 Schoenborn. 1. pallæ personæque.—279 Æsthyrus Heller.

## NOTÆ

celebrarunt. Religiose illud etiam quotannis vindemiarum tempore fieri placuit tum in pagis, tum subinde in urbibus. Mox coeperunt scribere certatim poëtæ *Τραγῳδίαν*, id est, carmen hirci, vel de hirco : quod a choro decantatum. Postea illis carminibus Baccho sacris inserta, addita, substututa et quædam alia fuerunt : atque etiam dialogi inter duos aut plures. Hincque natum drama tum comicum, tum Tragicum, tum Satyricum. Quod ad inventorem spectat, certe ante Thespium fuerunt Dramatici rudiores quidem : at ille nominatur auctor, quoniam unum Actorem induxit ; qui, dum chorus Bacchi laudes canens paullum interquiesceret, herois aut summi eiususpiam viri insigne aliquod facinus carmine celebrabat. Alia insuper ornamenta subjunxit, quibus Tragœdia illustrata est.

276 *Dicitur*] Scilicet res non extra controversiam est. Scalig. Poët. I. 6. sic habet : ‘ Qui primus Tragœdiam dederit, haud ita pro comperto habetur. Satis constat illud, a Thespi niti diorem factam, qui pensiles scenas in plaustris circumnegit : addiditque nudis oribus foecem pro persona.’

*Plaustris rexisse poëmata*] Circa vi-  
 cos Thespis aliisque plaustris vecti in  
 obvium quemque scommata jactabant  
 et salsa convicia. Plutarch. in So-  
 lone. Hinc Proverb. ‘ E plausto lo-  
 qui.’

*Thespis*] Atheniensis ille poëta Solonis tempore floruit, ante Æschylum plus sexaginta, ante Sophoclem octoginta circiter annis. Thespis Protagonistam seu histriōnem induxit cum Coryphæo aut alio quopiam e Choro loquentem. Æschylus deinde alterum sen Deuteragonistam addidit. Denique Sophocles tertio sive Tritagonista adjuncto Tragœdiam perfecit.

277 *Peruncti fæcibus ora*] Ideo Thespis aliique vnltu cerussa, vel minio, vel fæce peruncto dicteris obvios quosque incesebant, ut imitarentur Silenus rubicundum, Satyrosque diaces Bacchi socios et ministros. Illos Aristophanes *τρυγοδάίους* vocabat, Gall. *des diables barbuilles de lie.* Vini an olei fæcibus tingerent se histriones, disceptant fatali more suo Grammatici, et nugas nugis addunt, inquit Scaliger paulo ante citatus.

278 *Personæ*] Ne agnoscerentur histriones.

*Pallæ*] Quæ ad pedes imos usque demissa, et Latina dicebatur; ad discrimen pallæ Gallicæ, quæ brevior.

279 *Æschylus*] Domi nobilis Poëta iste non militando magis quam scribendo acer et andax fuit. In Marathonia pugna non ultimam laudem tulit : adeo bibax, ut Sophocles ei objiceret, non ipsum sed vinum tragœdiarum ejus esse auctorem. Has dum scriberet *ταυρηδὸν έρβλεπε*, inquit

Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.  
 Successit vetus his Comœdia, non sine multa  
 Laude; sed in vitium libertas excidit, et vim  
 Dignam lege regi: lex est accepta, chorusque  
 Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.  
 Nil intentatum nostri liquere Poëtae:  
 Nec minimum meruere decus, vestigia Græca

280

285

*theatrum parvo tubulato exstruxit, atque instituit loqui magnifice et incedere cothurno. His successit vetus Comœdia magna cum laude: sed libertas evasit in crimen et audaciam lege cōcērēdam: lex lata est: et chorus ignominiose tacuit, ademta potestate maledicendi. Nostri poëtae nihil non tentarunt: neque laudem exiguum abstulerunt.*

---

*immodicis Vat. Rom. 10.—280 Edocuit Vat. 10. Vat. Rom. 4. Vat. Ottobon. 2. Venett. 1481. 1486. 1490. 1495. 1514. et Britan. 1520.—283 Lege regi dignum Cuning. ex aure sua.—284 Turpiter obmutuit Vat. Rom. 3.—285 Heller. linquere.—286 Nec nimium in eodem codice.—287 Ausi disserrere Schoenborn.*

## NOTÆ

Aristophanes, *tauro furenti similem aspectum habebat*. Non ergo sit incredibile quod narrant, ejus Eumenidum terribili spectaculo exanimatos esse pueros aliquot, perculsas autem prægnantes fœminas ad partum adactas. Ab Æschylo compositas nonaginta fabulas tradunt, quarum ad nos vix septem pervenerunt, Denique easu testudinis eliso capite extinetum referunt.

280 *Cothurno]* Eminentiori calceo Tragicis proprio.

281 *Vetus Comœdia]* Hæc a nova differebat in omnibus; tempore, argumento, apparatu, metro; ut ait Crnq. *Vetus tempore belli fuit Peloponnesiaci*: nova post extinctam populi libertatem, jam rerum potentibus Philippo et Alexandro. In veteri Duces, Magistratus, Philosophi, Dii ipsi proscindebantur. Patet ex Aristophane, item ex Eupolide. In nova sunt amores adolescentum, servorum fraudes, &c. *vetus assurgit ad tragicum stylum*: nova popularis est. In veteri omnia metrorum genera ad-

mittebantur: in nova solum fere Iambicum. In veteri mirus apparatus et luxus: in nova prope nullus, ablato etiam Choro. In veteri personæ ad vivum effingebantur, ut agnoscerentur facile: nova nihil tale habet.

282 *Vim Dignum lege regi]* Nec enim nulli parcebatur: honeste viri, perinde ut alii, dieteris et conviciis nominatim proscindebantur. ‘Sævus apertam In rabiem verti cœpit jocus,’ &c.

*Lex est accepta]* Quæ maledicentiam illam effrænatam pœnis propositis vetabat. Vide II. Epist. 1. 150. et seq. ‘Quin etiam lex Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam Describi.’ Ceterum Comœdia Satyrica multum civitati profuit, cum caveret uniusquisque culpam, ne spectaculo ceteris esset, et domestico probro, ut ait Donatus.

286 *Vestigia Græca Ausi deserere, &c.]* Primo quidem Græcas fabulas et historias in Latinos versus trastranslernerunt, ut est in Epist. mox cit. vs. 161. at postea marte proprio argu-

Ausi deserere, et celebrare domestica facta;  
 Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.  
 Nec virtute foret clarisve potentius armis,  
 Quam lingua, Latium, si non offenderet unum- 290  
 Quemque Poëtarum limæ labor et mora. Vos, O  
 Pompilius sanguis, carmen reprehendite quod non  
 Multa dies et multa litura coëreuit, atque  
 Præsectum decies non castigavit ad unguem.  
 Ingenium misera quia fortunatius arte 295  
 Credit, et excludit sanos Helicone poëtas

*lerunt qui relictis Græcorum argumentis gesta Romanorum decantarunt: sive qui prætextatas fabulas seu qui togatas scripsere. Nec virtute bellica illustriores ac potentiores quam facundia essent Romani, si poëtas plerosque non terneret cura et longum tempus expoliendi. At vos, o Numæ proles, redarguite carmen diu et crebra recensione haud castigatum et ad amussim non sèpius emendatum. Quoniam Democritus existimat ingenium plus valere quam artem, et poëtas non insanientes ar-*

4.—289 *Non virtute f. clarisque* Schoenborn. 1. *clarisque* etiam Vat. 18. et Vat. Rom. 7. 10.—292 *Cuning*, ex ingenio reprendite.—294 *Præsectum* Lamb. Dac. Baxt. et Bentl. auctoritate duorum codd. Cruquii, aliquot Achill. Statii, unius Mureti, et unius Vat. ap. Lamb. *Præfectum* Vat. Rom. 2. *Præsectum* Vat. Ottobon. 2. *Prospectum* Heller. *Profectum* nonnulli ap. Jaect. *Perfectum* Schoenborn. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. omnes fere ap. Feam, alii, et edd. vett. item edd. Feæ, et Bothe. Bentleium secenti sunt Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Valart. Oberlin. Comb. Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Schelle. Bodoni. Bipont. Jaeck, et Dœring.—296 Schoenborn.

## NOTÆ

menta ex historiis Romanorum trac-  
 tarunt landabiliter, Ennius, Pacu-  
 vius, Actius, &c.

288 *Prætextas*] Latinas fabulas gra-  
 viores, ubi prætextati et nobiles per-  
 sonæ locum habent: que respondent  
 Tragœdiis Græcorum.

*Togatas*] Fabulas tabernarias, in  
 quibus agunt personæ privatæ et ple-  
 beiae. Et hæ Comœdiae Græcorum  
 novæ, sicut veteri Atellana et Satira  
 Latina, respondebant. Illas scripse-  
 runt Ælius Lamia, Anton. Rufus, Cn.  
 Melissus, Afranius, Pomponius.

291 *Limæ labor et mora*] De cura  
 et sedulitate diurna emendandi jam  
 alibi dictum. Vide II. Epist. 1. &c.  
 Ovid. de Ponto III. Eleg. ult. ‘Sæpe

piget... Corrigere, et longi ferre la-  
 boris onus. Corrigere at res est tanto  
 magis ardua, quanto Magnus Aristar-  
 cho major Homerus erat.’

292 *Pompilius sanguis*] Pisones tra-  
 hentes originem a Numa Pompilio, et  
 a Calpo ejus filio dicti Calpurnii.

293 *Ingenium misera, &c.*] Redar-  
 guit Horatius eos qui non virtutem  
 poëseos sed vanam opinionem secta-  
 bantur.

*Ingenium*] Poëticam facultatem a  
 natura datam.

*Misera arte*] Ironice: exercitatio-  
 ne et arte quæ parum valeat ad fa-  
 ciendum bonum poëtam, et ad landa-  
 bile carmen scribendum.

296 *Excludit sanos Helic. p.*] Cic. I.

Democritus, bona pars non ungues ponere curat,  
Non barbam; secreta petit loca; balnea vitat.  
Nanciscetur enim pretium nomenque poëtæ,  
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam  
Tonsori Licino commiserit. O ego laevus,  
Qui purgor bilem sub verni temporis horam!  
Non aliud faceret meliora poëmata; verum  
Nil tanti est; ergo fungar vice cotis, acutum

300

*cet ab Helicone, plerique negligunt resecare ungues et barbam, secundunt in locu remota, fugiunt batnea. Etenim consequentur, ut putant, præmia et laudem poëtarum, si tonsori Licino tondendum nunquam præbeant caput tribus Anticyris minime curandum.' Quam ego sum parum cautus, qui bilem expurgo ineunte vere! At nemo conderet meliora carmina: sed hoc non tanti puto. Itaque implebo munus*

\*\*\*\*\*

4. *exclusit.*—299 Schoenborn. 1. *nomen pretiumque.*—300 *Ancireris* Heller. *Anticeris* Schoenborn. 1.—302 *Qui purgo septem codd.* Feæ, aliqui MSS. Lambini, duo Pulm. edit. Princ. Med. 1476. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. Lamb. Gryph. 1566. Bond. Desprez, Batteux, Dorigh. *Qui purgor triginta codd. ap. eundem Feam, quinque Pulm. tres Crnqii, Acron, Porphyrio in edit. 1580. Commentator Crnqianus, Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. edit. Venn. 1509. 1552. 1573. Basill. 1527. 1531. Glar. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. Luisin. H. Steph. Muret. Cruq. Chab. Marcil. Nannius, D. Heins. Talb. Dae, Baxt. Bentl. anonymous 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby, Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle, Kidd. Bipont. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *verni sub temporis* Heller. Cuning. et Sanad. *hora octo codd. Feæ, Zarot. Venett. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1492. 1495. 1514. et Florent. 1482. oram Venet. 1552. in margine.*—304 *Vatt.* 1. 5. 7. *Vat. Rom. 2. a m. pr. Vat. Rom. 3. tres ap.**

## NOTÆ

de Divin. 'Negat sine furore Democritus quenquam poëtam magnum esse posse.' Et II. de Orat. 'Sine inflammatione animorum, etsine quodani afflatu quasi furoris; quod et a Platone scriptis relictum dicunt.'

*Helicon]* Is mons Bœotiae Musis sacer, Parnasso vicinus.

297 *Democritus]* De eo Philosopho I. Epist. 12.

*Bona pars non ungues ponere, &c.]* Quasi vero cultum exteriorem negligendo, et insaniae speciem præ se ferendo, boni poëtæ habendi sint.

298 *Non barbam]* Philosophi quidem alebant barbam: et gravitati tribucbatur. At in ceteris insaniae

species erat.

*Secretu petit loca]* Hominum conspectum et consuetudinem fugit.

300 *Tribus Anticyris]* De Anticyra insula II. Sat. 3. 83. Ibidem de Elleboro in ea abundant, quod insaniae remedium. Quod autem Horatius tres Anticyras dicit, cum duas Strabo ponat, auxesis est.

301 *Licino]* Is Augusti tonsor et libertus ab eo factus Senator, quod Pompeium odisset.

302 *Qui purgor [purgō] bilem]* Per quam insaniens optimæ poëmata conderem. Ironia est. Alii *purgor* legunt perperam.

304 *Nil tanti est]* Absit ut insanire

- Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi : 305  
 Munus et officium, nil scribens ipse, docebo ;  
 Unde parentur opes ; quid alat formetque poëtam ;  
 Quid deceat, quid non ; quo virtus, quo ferat error.  
 Scribendi recte, sapere est et principium et fons :  
 Rem tibi Socraticeæ poterunt ostendere chartæ : 310  
 Verbaque provisam rem non invita sequentur.  
 Qui didicit patriæ quid debeat, et quid amicis,

*cotis, quæ secare non valens reddit ferrum acutum et secando aptum. Nihil ego scribens docebo munus et officium scribendi : unde facultas petatur ; quid erudit et perficiat poëtam ; quid conveniat, quid non ; quo virtus, quo error deducat. Sana mens est principium et origo recte scribendi : materiam tibi suppeditabunt placita Socratis : præparatamque materiam sequetur ultro facundia. Qui scit quid patriæ,*

Valart. et ed. Britann. 1520. *ego sed fungar.* Schloenborn. 1. 4. *fungor.*—305  
 Schoenborn. 1. *expers ipsa.*—307 Heller. *parantur opes ; quod.*—308 Vat. Rom.  
 9. *ferat horror.*—310 Heller. *potuerunt.*—311 Codex Pulf. et Chabot. *prævisam.* Exc. Sax. et unus ap. Oberlin. *sequuntur.*—312 Angelic. 1. et Exc.

## NOTÆ

velim ad eximia facienda carmina. Imino sapere malim et nulla compone : valeant Democritus et Democritici.

*Ergo fungar vice cotis]* Hoc petitum ab Isocrate, vel ab Aristotele, ut volunt alii : Αἱ ἀκόναι αὐταὶ μὲν τα- μεῖν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον ὁξέα καὶ τμητικὸν ποιοῦσι.

306 *Nil scribens]* Nullum carmen Epicum vel Dramaticum.

307 *Opes]* Adjumenta ad bene scribendum : dives poëeos facultas et virtus.

308 *Error]* Ignoratio artis et virtutis poëticæ.

310 *Socraticeæ chartæ]* Philosophiaæ præsertim moralis scientia ; quam Socrates promovit, et ab eo hausebunt Plato, Xenophou, aliisque, et scriptis illustrarunt. De Socrate, III. Od. 21. Item II. Sat. 4.

*Rem poterunt ostendcre]* Scribendi ubertatem præbebunt. Cic. in Bruto.

‘ Habeat omnes Philosophiaæ notos et tractatos locos : nihil enim de religione, nihil de pietate, nihil de charitate patriæ, nihil de morte, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore et voluptate, nihil de perturbationibus animi et erroribus, (quæ sæpe cadunt in causas, ut in poëmata sæpiissime,) nihil inquam sine ea scientia ample et copiose dici et explicari potest.’ Et alibi : ‘ Omnis ubertas et quasi sylva dicendi e disputationibus philosophorum duxta est.’

311 *Verbaque provisam rem, &c.]* Si rem bene tenes, si præparatam habes rerum copiam, non deerit elocutio ; verbaque et dictiones affatim sequentur : et apte atque accommodate dices. Cic. de Orat. III. ‘ Rerum copia verborum copiam gignit.’

312 *Patriæ quid debeat, &c.]* De variis istis officiis Plato de Legibus v. &c.

- Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,  
 Quod sit conscripti, quod judicis officium, quæ  
 Partes in bellum missi ducis; ille profecto                    315  
 Reddere personæ scit convenientia cuique.  
 Respicere exemplar vitæ morumque jubebo  
 Doctum imitatore, et veras hinc ducere voces.  
 Interdum speciosa locis morataque recte  
 Fabula, nullius veneris, sine pondere et arte,                    320  
 Valdus oblectat populum meliusque moratur,

*quid amicis debet; qua parentes, qua fratres et hospites charitate diligendi sint; quod Senatoris, quod Judicis, quod belli Ducis munus sit; is certe novit tribuere decorum unicuique persone. Solers imitator debet intueri exemplar vitæ et morum, atque hinc proprios fingere sermones. Nonnunquam Comædia locis pulchra, beneque mores exprimens, quamquam nec elegans nec verbis ornata nec artificiose disposita, populo magis placebit, cumque melius detinebit, quam versus sententiis destituti*

-----  
 Sax. quod *debeat et quod*.—313 Vallicel. 3. *frater et hospes*.—314 *Quid sit Heller. quid judicis Schoenborn. 1.—318 Harl. 1. 2. 3. 4. 6. Schoenborn, 1. 4. omnes codd. Feæ, alii, et edd. prisæ, vivas h. d. *voces*; et sic Nie. Hein-sius ad Ovid. Amor. 1. 4. 19. *veras h. d. voces* codd. apud Lamb. Talb. Valart. Aldns 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Dion. ab Harsio Lugg. 1538. Lamb. Gryph. 1566. Mur. Chab. Desprez, Bond. Dac. Baxt. Gesn. Batt. Combe, Wetz. Zeun. Bipont. Jaeck, et Dœring. *vivas inducere voces* Vat. Rom.—319 Septem codd. Feæ, *locis*; ita etiam omnes Lamb. tres Pulm. quatuor Cruq. plerique Achillis Statii; notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. et 1519. Bibl. Ang. Acron. Porphyrio, edit. Princ. Venn. 1478. 1479; 1481. 1483. 1486. 1492. 1514. 1546. Lamb. Chabot. Desprez, Bond. Talb. Dac. Baxt. Bentl. Cun. San. Merv. Gesn. Phil. Batt. Sandby, Val. Dor. Oberl. Combe, Wetzel. Zeun. Schelle, Fea, Bothe, Kidd. Jaeck, et Dœring. Alii codd. Feæ, Harl. 2. 3. 4. 6. 7. duo Bersin. et unus Achill. Statii *jocis*; et sic Marc. Venet. ap. Zeun. et Glarean. Vide Burm. ad Quintil. Inst. Orat. vi. 3. p. 528. Ovid. Fast. iv. 868. Phædr. Prol. vi. et Val. Max. vii. 8. 9.—321 *Blandus oblectat Heller. Marklandus dubitat de voce, meliusque*.—323*

## NOTÆ

313 *Hospes*] Contra peregrinos peccata, præ illis quæ in cives committuntur, ulti Deo curæ sunt. Nam enim peregrinus amicis cognatisque careat, majorem apud Deos et apud homines meretur misericordiam, &c. Plato mox citatus.

317 *Respicere exemplar, &c.*] In animo suo eximium et perfectissimum exemplar sibi singat. Non hominem quempiam privatum, sed perfectissimi et numeris omnibus absoluti hominis sibi proponat imaginem, sive

ideam, ut Plato vocat: atque secundum illam scribat et dicat.

318 *Imitatore*] Poësis est imitatione, ex Platone, Aristotele, &c.

*Veras voces*] Rei naturam vere exprimentes. Al. *viras*; sed apage.

319 *Speciosa locis, &c.*] Locis communibus et sententis rerum naturam et mores apprime exhibentibus, quamvis nullo verborum ornatu. Al. *jocis*. Prior lectio præferenda.

*Morataque recte Fabula*] Lege Quintil. vi.

- Quam versus inopes rerum, nugæque canoræ.  
 Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo  
 Musa loqui, præter laudem nullius avaris.  
 Romani pueri longis rationibus assem                            325  
 Discunt in partes centum diducere. ¶ Dicat  
 Filius Albini, Si de quincunce remota est  
 Uncia, quid superat? ¶ Poteras dixisse, Triens. ¶ Eu!

*et sonantes nugæ. Musa Græcis largita est ingenium et politi sermonis facultatem, quippe nihil appetentibus nisi laudem. At contra juvenes Romani longis numeris discunt assem dividere in centum partes. Albini filius respondeat: si de quinque unciiis dematur una, quid restat? poteras dicere, triens.*

Gragis Schoenborn. 1.—324 Vallicel. 3. laudes. Schoenborn. 1. arari.—326 Schoenborn. 1. Vatt. 4. 14. 17. 24. Vat. Rom. 7. 9. Vat. Palat. 4. Angelic. 1. 3. Barberin. 2. et Venett. 1495. 1514. deducere. ‘Pessime Bentleius immutavit *Dicai in Dicas*: neque enim novit Enallagen Personæ in tali Dia-logismo urbanam esse atque elegantem, et comica prolatione pronuntiatam.’ Baxt. Bentleium secuti sunt Schelle, Kidd, et Jaeck.—327 Albani Vat. 1. a m. pr. Vatt. 3. 7. Vat. Palat. 4. Chisian. 1. et Venet. 1509.—328 Ed. Junkeri, et Bentl. ex ingenio, *superat?* sequuntur Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Valart. Wakef. Wetzel. et Kidd. *superest?* quinque codd. Feæ, Exc. Sax. Harl. 7. aliique ap. Valart. *superat?* ceteri codd. et edd. *Potera* quatuordecim codd. Feæ, Harl. 1. quatnor Bersmanni, quinque Bentl. unus Valart. edd. Zarot. Vet. Comb. Bentl. Cuning. Sanad. Mervill. Wakef. Bodoni, et Kidd. *Poteras* Harl. 2. 3. 4. 6. 7. septem Feæ, edd. vett. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. Britann. 1520. Dion. ab Harsio 1538. Lamb. Mur. H. Steph. Crnq. et recent. *triens eu* Vat. Rom. 2. 6. Vat. Palat. 6. Chisian. 6. Angelic. 2. 3. alii codd. ap. Pulf. Crnq. Talbot. notatum ex cod. in ora Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. Acron. Comment. Crnq. *triens: heus Dorigh.* Alii codd. ap. Feam, *triens, hem; triens, en; triens, heu; triens, oe.* Vat. 1. a m. pr. *tri-entem.* Vat. 1. a m. sec. Vat. 7. Vatt. Rom. 3. 4. 6. 9. et Barberin. 1. *triens est.* Nonnulli ita constituant: MAG. *Dicat Filius... superat?*—*Poteras dix-*

## NOTÆ

322 *Nugæ canoræ*] Versus solo verborum sonitu inflati, modulati quamvis et numerosi, non sic afficiunt, ut qui verbis inopes quidem, at rebus divites fuerint. Pers. Sat. v. ‘Non equidem hoc studeo bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat.’ Statius nugas ejusmodi canoras effuttiuit.

323 *Ingenium, Graiis*] Adverte, Lector, quam sæpe Græcos commendet Horatius: et merito: cum scripserint illi sapienter æque et eleganter, ingeniose et accurate. Nempe quod non quæstui sed gloriæ studebant.

326 *Assem Discunt in partes centum diducere*] Arithmeticam sedulo ediscunt angendis opibus utilem: *longis rationibus:* addendo, dividendo, diminuendo, multiplicando, subtrahendo.

327 *Dicat Filius Albini*] Prosopopeia. Albinus insignis fœnerator filium ad lucri studium artemque instituens.

Quincunce... *Triens... Semis*] As duodecim habet partes, sive uncias. ‘Uncia’ ab uno dicta, quod una sit e duodecim partibus assis. ‘Sextans’ duæ sunt unciæ: sic dicitur quasi sex.

Rem poteris servare tuam. Redit uncia, quid fit?  
 ¶ Semis. ¶ An, haec animos ærugo et cura peculi  
 Cum semel imbuerit, speramus carmina singi      330  
 Posse linenda cedro, et levi servanda cupresso?  
 Aut prodesse volunt aut delectare poëtæ,  
 Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.

*Bene: valebis tua bona conservare. Quod si uncia addatur, quid erit? Semis. Atqui cum ista lues et studium lucri animos occuparit, an putamus carmina condi posse cedro illinenda, et fabrefacta cupresso custodienda? Poëtæ vel cupiunt prodesse, vel delectare; vel jucunda pariter atque utilia dicere ad vitam*



isse.—*PUER. Triens. MAG. Eu!* Rem poteris, &c.—329 *Rem poterit servare tuam* Harl. 7. ut edidit Cuning.—330 *Ad haec plurimi codd. ap. Feam, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Schoenborn. 1. 4. alii codd. ap. Talbot. At haec Vat. 10. duo codd. Crnqii a m. sec. et Sorb. ap. Valart. ita etiam Lamb. Dacer. Wakef. Fea, et Bothe. *An hac* Bentl. ex tribus codd. Blandd. et ex conj. Achill. Statii; sequuntur Baxt. Traj. ad Rhen. 1713. Sanad. Mervill. Sandby. Phil. Dorigh. Gesn. Bipont. Zenn. Comb. Kidd. Jaeck. et Dœring. *Et haec* Cuning. ex ingenio.—331 *Tredeccim codd. Feæ, tres Pulm. sex Bentl. sex Valart. Vet. Comb. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. et Valart. speremus.* Ceteri codd. Feæ, alii ap. Bentl. et Valart. omnes Harl. Zarot. et edd. antiqu. Aldi. Junt. et inde ceteræ omnes, speramus; et sic legit Nic. Heinsius ad Ovid. Trist. i. 1. 5.—332 *Posse limenda* Heller. *cupressu* Vat. 2. Vat. Rom. 7. Chisian. 6. a m. sec. Vallicel. 1. et duo Pulm. cum edd. Cuning. Sanad. Mervill.*

#### NOTÆ

ta pars assis. ‘Quadrans,’ tres unciæ; quod sit quarta pars. ‘Triens,’ quatuor unciæ, tertia pars. ‘Quincunx,’ quinque unciæ. ‘Semis,’ sex unciæ, sive dimidium assis. ‘Septunx,’ septem unciæ. ‘Bes’ olim ‘Des,’ quasi demto triente, id est, demtis quatuor unciis de asse, octo continet uncias. ‘Dodrans,’ novem unciæ, quod demtum sit quadrans. ‘Dextrans,’ quod demtum sit sextans. ‘Deunx,’ quod una desit uncia ad assem.

328 *Poteris dixisse]* Instigatio est, qua interrogans urget Albiui filium ut respondeat, *Triens*.

*Eu]* Approbatio est bonae responsionis pueri. Al. *heus*, vel *hem*, &c. sed minus bene.

330 *Ærugo]* Æris vitium est. Metaphor. pro avaritia et opum cupiditi-

tate; qua bona indoles corruptitur, ut metalla rubigine.

332 *Linenda cedro]* Digna immortalitate, quæ significatur per cedrum minime putrescentem. Hinc olim eximia scripta cedrino oleo linebantur, ne blattis vel ipsa vetustate corrosa absumentaque interirent. Plin. xvi. 39. ‘Cedri oleo peruncta materies nec tineam nec cariem sentit.’

*Levi cupresso]* Cypressina area, capsa, scrinio. ‘Cypressus cariem et vetustatem non sentit.’ Item, ‘adversus cariem tineasque firmissima.’ Plin. xvi. 40. et 42.

333 *Aut prodesse volunt, &c.]* Duæ sunt hæ poësos virtutes, docendi atque delectandi: de quibus præcepta dat Horatius ista duo. Ut doceas utiliter, esto brevis. Ut delectes, finge veri similia.

- Quicquid præcipes, esto brevis ; ut cito dicta 335  
 Percipiant animi dociles, tencantque fideles :  
 Omne supervacuum pleno de pectore manat.  
 Ficta voluptatis causa, sint proxima veris.  
 \* Nec, quodcumque volet, poscat sibi fabula credi ;  
 Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo. 340  
 Centuriæ seniorum agitant expertia frugis ;

*bene instituendum. Si quod præceptum das, illud breve sit ; ut animus paucis verbis comprehensa suscipiat facile, et sedulo retineat. Omne redundans effluit ex animo pleno. Ficta ad oblectamentum sint vero simillima : nec quidlibet credi petat fabula : neve devoratum infans e lumiæ ventre eximat vivum. Porro quod nihil fructuosum continet, respicitur a cœtu seniorum : cluti vero Rhamnenses explodunt carmina*

et Phil.—335 Schoenborn. 1. *ut scito.* Vat. Palat. 4. et Barberin. 2. *et cito.* —336 *Præcipitant Zarot.* 1470. *animo unus Cruquii. dociles animi* Vat. Rom. 6.—337 Vat. Rom. 10. *de corpore* ; et sic unus apud Bentleium, qui totum versum, nt suspectum, uncis includit ; et monacho potius, quam Flacco attribuit. Simile quid refutavimus ad iv. Od. 8. 17. Cum Bentleio sentiunt Gnyetus, Mervill. *manat de pectore pleno tres codd. ap. Bersm.*—338 Vat. Rom. 9. *ficta voluptatis.*—339 *Ne quodcumque volet* Vat. Rom. 3. a m. pr. 4. 5. Vat. Palat. 6. Barberin. 1. Harl. 1. Gott. Zarot. Florent. 14S2. Venet. 1479. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Sandby. Dorigh. Wetzel. Schelle, Kidd. et Jaeck. *Ne quodcumque relit* Harl. 3. aliisque ap. Feam. *Nec quæcumque relit* duo codd. Pulmanni. *Nec quodcumque volet* quinque codd. Feæ, unus Pulmanni, Aldus 1501. 1509. 1519. Junta 1503. Basill. 1527. 1531. 1580. Glar. Frib. 1536. Dion. ab Harsio Lugd. 1538. edit. Venn. 1546. 1552. Lamb. Gryph. 1566. Crnq. Mur. et fortasse aliorum omnium usque ad Bentleium ; sed retinuit Baxterius cum suis assecilis Gesnero, Batt. Val. Oberl. Combe, Wakef. Zennio, Bipont. Fea, Bothe, et Dæring.—340 *Ne pransæ* Vat. Rom. 7. *puerum virum* Angelic. 3. *excusat alvo* Cuning.

## NOTÆ

338 *Ficta voluptatis causa, &c.]* Reprehenditur Virgilins, quod ait, *mittatas naves in nymphas* Æn. x. 83. item Æn. vi. per ramnum aureum ad Inferos Æneam descendisse : item Didoni comam ab Iride abscessam. Æn. iv. &c.

340 *Ne pransæ Lamia, &c.]* Nec fingat Poëta puerum a lamia devoratum, et mox ejus ventre extractum viventem. Hoc fortasse figuratum erat alienus poëtastri illius temporis ; ridiculum sane et a natura abhorrens.

*Lamia]* Lamia Philostrato ponitur inter larvas et lemures ; Sexto Pom-

*Delph. et Var. Clas.*

peo est venefica ; Suidæ formosa mulier Libyca Jovi adamata. Alii aliter. Olim vulgo lamiæ putabantur mulieres speciosæ quæ blanditiis allectoris juvenes devorabant. Isidorus a laniando dici existimat, quod infantes corriperent ac laniarent. De Lamia Libyæ regina pulchra sed crudeli Diод. Sic. lib. xx. Nihil ad rem Lamus rex Læstrygonum humana carne solitus vesci.

341 *Centuriæ seniorum]* Senes amant seria et gravia carmina moribus instituendis utilia. *Centuriæ]* Singulæ tribus olim in centurias divisæ.

*Horat.*

4 O

Celsi præterennt austera poëmata Rhamnes :  
 Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,  
 Lectorem delectando, pariterque monendo.  
 Hic meret æra liber Sosiis ; hic et mare transit,      345  
 Et longum noto scriptori prorogat ævum.  
 Sunt delicta tamen quibus ignovisse velimus :  
 Nam neque chorda sonum reddit quem vult manus et mens,  
 Poscentique gravem persæpe remittit acutum ;  
 Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.      350  
 Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis  
 Offendar maculis, quas aut incuria fudit,  
 Aut humana parum cavit natura. Quid ergo est ?

*severiora. At ille omnium suffragationem aufert qui jucundum atque utile conjunxit, lectorem oblectando simul et docendo: talis codex Sosiis quæstum parat, trans mare portatur, atque auctori famam conciliat et immortalitatem. Sunt tamen errata, quibus veniam dari velim. Etenim chorda non semper edit sonum quem vult mens et manus; et petenti gravem aliquando acutum reddit: nec arcus collineabit quoemque tendet. At cum pars major carminis speciosa fuerit, ego non offendar paucis erroribus, quos vel reliquerit indiligentia, vel hominis ingenium tenue eix cuvere*



—341 Schoenborn. 4. *expientia frugis.*—342 Celsa Heller. *austria* Schoenborn. 1. *austrea* Schoenborn. 4. *Ramnes* Bodoni, Bentl. et Kidd.—344 Vat. 8. Vat. Rom. 9. et Vat. Ottobon. 2. *movendo.*—345 *Sosis* Bamberg. et quatnq. Cruquii.—346 Vat. Rom. 9. *voto scriptori.*—348 Bamberg. *sonum reddit.* Vox reddit deest in Schoenborn. 1. *quam vult* Heller. *aut mens* Vat. Rom. 7.—349 Heller. *per se remittit acerum.* Tres codd. Cruquii, remutit *acutum*, quod in textum admisit Cruquius. *remugit* unus Pulmanni.—350 *Non semper* Vat. Palat. 3. *quocumque* novem codd. Feæ, Schoenborn. 4. et tres Bersmanni. *quæcumque* unus Achili. Statii. *cuiuscumque conj.* Bonfin.—352 *Offendor* Vat. Rom. 3.—353 *Quid ergo?* sine est, in quibnsdam codd. et edd. ante Baxt. *Quid ergo est?* Vatt. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 10. 12. 17. 18. 21. 24. Vat. Rom. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Vat. Palat. 4. Vat. Ottobon. 2. Chisian. 6. Angelic. 2. Barberin. 1. 2. Vallicel. 1. 3. omnes Cruquii, septem Pulmanni, Aeron, et no-

## NOTÆ

342 *Rhamnes*] Equites et juvenes jucunda petunt. A Romulo dicti Rhamnes seu Rhamnenses, ut Tatien-ses a Tatio, Lucères a Lucumone, vel a Lucero. Varro de L. L. iv. Plutarchus in Romulo, &c.

343 *Omne tulit punctum*] Suffragia punctis aliquando notabantur. Cic. pro Muræna, n. 72. ‘Recordor quantum hæc quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint.’

345 *Sosiis*] Hi fratres erant, celebres Romæ librarii et bibliopolæ: de his jam t. Epist. ult.

*Mare transit*] Expeditur ab exteris nationibus.

348 *Nam neque chorda, &c.*] Citharoëns interdum aberrat, pariter et sagittarius non semper scopum ferit, aut collineat.

351 *Non ego paucis Offendar maculis*] Vide Longin. cap. 30.

Ut scriptor si peccat idem librarius usque,	
Quanvis est monitus, venia caret; et citharœdus	355
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem;	
Sic mihi, qui multum cessat, fit Chœrilus ille,	
Quem bis terque bonum cum risu miror; et idem	
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus?	
Verum operi longo fas est obrepere somnum.	360

*potuerit. Quid igitur statuendum? Quemadmodum librorum descriptori, si idem semper erratum admittat etiam admonitus, minime ignoscitur; et citharista deridetur qui semper ad eandem chordam offendit; ita qui saepius in carnine hallucinatur, videtur similis isti Chœrilo, quem bis aut ter elegantem admiror et derideo; ipsem autem deleo quotiescumque labitur excellens Homerus. Sed in longo opere*

\*\*\*\*\*

tatum ex cod. in ora Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. ita etiam Venett. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. Florent. 1482. Britann. 1520. Bad. Ascens. Basill. 1527. 1531. Vascos. Baxt. Bentl. Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Gesn. Oberlin. Comb. Wakef. Wetz. Bipont. Kidd. Fea, Bothe, Jaecck, et Dæring.—354 Vallicel. 1. a m. sec. si peccet.—355 Vat. Rom. *Est quanvis. Achill. Statii codex, sit monitus.* Vat. 1. *ut citharœdus;* sic alii MSS. apud Lamb. tres Bentleii, qui adoptavit in textu; quoniam suaviorem ei, et vividiorem reddit orationem; et quia ita Noster 1. Epist. 1. 20. Epist. 13. 12. sequuntur anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Cun. San. Merv. Sandby, Wakef. Wetz. Schelle. ‘Nihil innovandum in æque bona, et hic planiore lectione.’ Fea.—356 Vallicel. 1. *oberrat in una.* Vat. Rom. 6. et Vat. Palat. 3. *oberrat eadem.*—357 Vat. Rom. 3. et Angelic. 3. *cessat multum.* Schoenborn. 1. *Chœrulus.*—358 Cavalieri et Bentl. ex uno cod. *bis, terce;* et sic Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Sandby, Dorigh. Wakef. Wetz. Fea, Kidd. Bothe, et Jaecck.—360 Quindecim codd. ap. Feam, *operi longo;* et sic septem Lambini, duo Pulmanni, alii apud Talbot, duo Bentleii, Valart. Acron, sexdecim ap. edit. Princ. Med. 1476. Veun. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1514. Flor. 1482. ita dedit Nic. Heins. ad Ovid. vii. Met. 155. revocavit in textum Bentleius; sequuntur Baxt. anonymous 1713. Cun. San. Merv. Phil. Sandby, Gesn. Val. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zenn. Schelle. Ita etiam

#### NOTÆ

357 *Qui multum cessat]* Saepius iners et negligens, et hinc crebrius peccans. II. Epist. 2. 14. ‘semel hic cessavit.’

*Chœrilus]* De eo II. Epist. 1. 233.

358 *Bis terque bonum miror]* Demiror quod non semper male, quoque vel bis aut ter bene scribat.

359 *Indignor, quandoque bonus dormitat]* Nam bonum poëtam bene semper et conciune dicere velim. At ‘peccare humanum est,’ Plin. ‘nemo est qui omnibus horis sapiat,’ Cic.

Videtur hic Horatius alludere ad id quod Aristoteles notat, Homerum contra decorum et rationem scribere, Ulyssem, prudentissimum ubique et vigilantissimum, somno oppressum enavi sublatum a Phœacibus et in littore Ithaciensi expositum. Tunc certe Homerus ipse plus quam Ulysses dormitasse videatur. Alia multa in Homero sunt reprehensa, pariter et in Virgilio pleraque. Vide Macrob. &c.

360 *Verum operi longo, &c.]* Quintil.

Ut pictura, poësis: erit quæ, si proprius stes,  
 Te capiat magis, et quædam, si longius abstes:  
 Hæc amat obscurum; volet hæc sub luce videri,  
 Judicis argutum quæ non formidat acumen:  
 Hæc placuit semel; hæc decies repetita placebit.      365  
 O major juvenum, quamvis et voce paterna  
 Fingeris ad rectum, et per te sapis, hoc tibi dictum  
 Tolle memor; certis medium et tolerabile rebus  
 Recte concedi: consultus juris et actor

*cespitare licet. Poësis est similis picturæ: quædam tibi magis placebit, si udis proximus; quædam vero si remotior fueris. Altera loco paulum tenebroso, altera ad lucem plenam vult spectari, scilicet quæ non timet judicis examen severum: altera semel duntaxat, altera decies spectata approbabitur. O major natu juvenum Pisonum, tanetsi patris documentis formaris ad id quod perfectum est, et ex te sapis; hoc monitum ausculta et retine: In rebus quibusdam mediocritas toleratur, et rite admittitur. Juris peritus et causidicus medicoribus longe distat ab eloquentia*

emend. Nic. Heins. ad Ovid. Met. viii. 155. *Al. opere in longo.* Bentleius lectionis testem affert S. Hieronymum in Epist. ad Pammachium et Oceanum; et ita habere omnes doctissimi Patris editiones asserit. Id verum est in editionibus Erasmi anni 1530. Sed in ed. Vallarsii 1735. legitur *opere in longo.* Vet. Comb. *opere in tanto.*—362 *Te capiat* nonnulli codd. ap. Feam. *Te capiat* quatnor codd. Bersmanni, Helmst. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Lamb. Bentl. et edd. recentt. *si longius astes* Vat. Palat. 4. a m. pr. et Venet. 1750. Alii codd. et edd. *abstes.*—363 Heller. *Hæc amet.*—364 *Judicis angustum* Heller. *non quæ* Vat. Palat. 1.—367 Heller. *et parte sapis.* Schoenborn. 4. *hæc tibi.*—368 Vat. 19. *veris medium.* Vat. Rom. 10. *certis medium est.* Schoenborn. 1. *certis medium tolerabile,* sine et.—369 Schoenborn. 4. et qua-

## NOTÆ

x. 1. ‘Labuntur aliquando, et oneri cedunt, et indulgent ingeniorum suorum voluptati: nec semper intendunt animum, et nonnunquam fatigantur: cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur. Summi euim sunt, homines tamen.’

361 *Ut pictura, poësis: erit, &c.]* Pictura est multa poësis: poësis loquens pictura. Plato de Rep. x. Aristot. Poët. Plutarchus ex Simonde, &c. Cic. Tusc. v. n. 114. ‘Tradunt Homernum cæcum fuisse: et ejus picturam, non poësim videmus. Quæ regio? quæ ora? qui locus Græcia? quæ species formæ? quæ pugna? quæ acies? quod remigium? qui mo-

tus hominum, qui ferarum, non ita expictus est, ut quæ ipse non viderit, nos ut videremus efficerit?’

*Quæ, si proprius stes, &c.]* Ita quædam poësis hand accurata raptim si legatur, forte placebit, dnobus locis aut tribus sat nitidis. At si diligenter consideretur, apparebunt maculae et vitia permulta, quibus offensus lector aversabitur. Contra poësis elegans passim et ad amissim facta, ingenioque et arte din elaborata, quo sapienter inspicietur, eo plus admirationem movebit; quia novæ semper veneres et lepores elnecent.

365 *Hæc decies repetita placebit]* Plato in Philebo, quæ pulchra sunt, bis et ter repetenda, dixit.

- Causarum mediocris abest virtute diserti 370  
 Messalæ, nec scit quantum Cascellius Aulus ;  
 Sed tamen in pretio est : mediocribus esse poëtis  
 Non homines, non Di, non concessere columnæ.  
 Ut gratas inter mensas symphonia discors,  
 Et crassum unguentum, et Sardo cum melle papaver, 375

*Messalæ; nec tantum pollet quantum Aulus Cascellius: attamen laudatur. Verum poëtam mediocrem non ferunt Dii, non homines, non tabernæ. Sicut lautas inter epulas incondita musica, et vile unguentum, et papaver cum melle Sardo mixtum*

tuordecim codd. Feæ, et auctor.—371 *Messalæ* Bodoni. *Messalæ nescit Schoenborn.* 1. Heller. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii ap. Feam. *Cathelius Heller.* et Schoenborn. 1. *Cascellius* septem codd. Feæ, tres Pulmanni, Comment. Crnq. et notatum ex cod. in ora Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. Alii codd. *Cascellius, Casellius.* ‘*Casellius* etiam in Pandectis Florentinis, et vulgatis in l. c. § 1. de Legat. et Fid. III. l. vi. § 1. de Dote Præl. I. xxvi. de Instr. vel Instr. Leg. et alibi sape; ut videre est apud Ant. Augnstium de Nomin. prop. Paud. cap. 1. n. 18. *AVLV CASCELLIVS* apud Grnt. p. 240. *AVLV CASCELLIVS IVCVNDVS.* p. 1131. 5. et alii Cascellii p. 39. 5. 228. 8. 241. apud Murat. p. 1319. 6. 1498. 11. *Vulp.* Vet. Lat. tom. II. p. 190. *AVLV CASCELLIVS AVLI FILIVS;* ex quo lapide Pirrhus Ligorius Horatii locum restituendum proposnerat. Ita bene Lamb. Mnr. D. Heins. Nannius, Desprez, Baxt. Bentl. anonymus 1713. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Val. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle.’ *Fea.*—372 Heller. *in pretio: mediocribus.*—373 *Non Di, non homines* Vat. 10. Vat. Rom. 10. Harl. 7. alii codd. ap. Lamb. qui adoptavit, duo ap. Valart, et notatum in ora Ald. 1509. in Biblioth. Barberin. *consensere* Vat. 4.—375 *Ut crassum u. Sardo, sine et, Vat. 1. et Heller.*

## NOTÆ

371 *Messalæ]* Messala Corvinus orator disertissimus; de quo III. Od. 21. et 1. Sat. 10.

*Cascellius]* Aulus Cascellius Vindex juris civilis scientia præcipuus: hunc commendat Val. Max. &c.

373 *Non homines]* Certe mavult eruditus quisque nullos quam mediocres versus audire et legere.

*Non Di]* Apollo, Bacchus, Musæ: vel Dii, in quorum festis canuntur carmina et aguntur ludi. Et quidem nihil nisi præstantissimum Diis offerri aut placere fas est.

*Non columnæ]* Quia non invenient emtores: sed in pulvere et oblivione jacebunt. *Columnæ]* Sen pilæ, ad quas libri venales prostabant; librariorum tabernæ publicis porticibus

contignæ et affixæ. De his jam 1. Sat. 4. 71. ubi: ‘Nulla taberna meos habeat neque pila libellos.’

374 *Gratas inter mensas]* Inter unnam et alteram mensam: in secunda mensa.

375 *Unguentum]* Quo ntebantur veteres ad delicias. 1. Od. 36. et 38.

*Sardo cum melle papaver]* Bellaria e melle deterrimo, quale est Sardoum; factum scilicet ex amaris herbis crescentibus in Sardinia insula Italæ vicina. Sardum mel, ut et Corsicum, valde amarum est et nullius pretii. Plin. xix. 8. ‘Papaveris sativi tria sunt genera. Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur.’ Petronius satyricus vanos declamatores ait, ‘mel-

Offendunt, poterat duci quia cœna sine istis ;  
 Sic animis natum inventumque poëma juvandis,  
 Si paulum a summo decessit, vergit ad imum.  
 Ludere qui nescit campestribus abstinet armis,  
 Indoctusque pilæ discive trochive quiescit ;

380

*respuuntur, quoniam transigi cœna potest absque illis; sic carmen ad animos recreandos factum, si tantulum abest a supremo, tendit ad infinitum. Qui ludorum est imperitus, fugit exercitationes campi Martii: haud solers pile vel disci, vel trochi,*

\*\*\*\*\*

*Ut crassum* habent etiam Vat. Rom. 9. Exe. Sax. et Harl. 7.—376 *Offendit* Heller. ubi hic versus etiam priori antepositus est. *sine illis* Vat. 19.—378 *Vocem decessit* testantur Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Vatt. 1. (2. a. m. pr.) 3. 4. 5. 7. 9. 10. 14. 18. 21. Vatt. Rom. 2. 3. 4. 5. (6. a. m. sec.) 11. Vatt. Palat. 3. 4. 6. Vat. Ottobon. 2. Chisian. 6. Angelic. 1. 2. Barberin. 2. Vallicel. 3. duo Lamb. tres Pulm. quatnor Crug. alii Talbotii, decem Valart. et Acron; ita notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. edit. Princ. Venn. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1495. 1509. 1514. Flor. 1482. Junta 1503. Britaun. 1520. Frib. 1536. restituit Tallb. inde Baxt. Bentl. Cun. San. Merv. Phil. Gesu. Dor. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. *a summo decessit* Lamb. Crug. Baxt. anonymous 1713. Gesn. Batt. Val. Oberl. Wakef. Wetz. Zeun. ‘Nulla particula opus est, quam omnes MSS. nostri, et aliorum, et Commentator Crunianus, non agnoscunt, eleganter. Cf. Cic. pro Ligari. princip. Liv. xxxvii. n. 54. xxvii. 12. n. 10. Tacit. Ann. xiv. 49. Stat. Theb.

## NOTÆ

litos fundere verborum globulos, et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa.'

379 *Ludere qui nescit*] Similitudine conglobata ostendit artem poëseos longa exercitatione ediscendam et excolandam, nec temere tentandam esse.

*Ludere*] Luctari, jaculari, currere, equitare, natare, salire: ad quæ se exercebat Romana juventus in campo Martio. Vide i. Od. 8.

380 *Pilæ*] Vid. i. Sat. 5. 48. et ii. Sat. 2. 11.

*Disci*] De eo i. Od. 8. et ii. Sat. 2.

*Trochi*] Duplex erat is Indus, ut jam dixi iii. Od. 24. 57. Priorem describit Virgilius Æn. vii. 378. ‘Cen quondam torto volitans sub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercerent; ille actus habena Curvatis

fertur spatiis; stupet inscia turba, Impubesque manus mirata volubile buxum; Dant animos plagæ.’ Alter non ita puerilis exercitationem poscebat, a priori longe diversus. Rotula quædam erat sen circulus ex ære vel ferro, cuius axiculis appensi erant annuli inter currendum tinnientes: in locis publicis peragebatur: annulorum vero sonitu monebantur prætereuntes ut declinarent ab incursu trochi. Sive, ut scribit Turnebus, rota erat habens ansam, quo facilis mitteretur, axiculisque compacta transvectis jaciebatur: quorum claviculae et commissuræ aduncæ, dum versabatur missa rota vel circulus orbisve missus, tinniebant et crepabant. Artis quidem erat mittere scienter. Propert. iii. 14. ‘Increpat et versi clavis adunca trochi.’ Marcial. trochi meminit ii. 22. xiv. 168.

Ne spissæ risum tollant impune coronæ :  
 Qui nescit, versus tamen audet fingere ! ¶ Quidni ?  
 Liber et ingenuus, præsertim census equestrem  
 Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.  
 ¶ Tu nihil invita dices faciesve Minerva ; 385  
 Id tibi judicium est, ea mens : si quid tamen olim  
 Scripseris, in Metii descendat judicis aures,  
 Et patris, et nostras, nonumque prematur in annum,

*hæc minime tractat ; ne frequentes circumstantes cachinnos effuse solvunt : at carminum rudis ea nihilominus audet moliri. Cur non ? liber est atque ingenuus, immo in censu repertus possidere opes ad equestrem dignitatem sufficientes ; atque omnis expers criminis. Tu vero nihil scribes aut ages Minerva repugnante. Hoc tibi est ingenium et judicium. At si quidpiam aliquando scribas, committe illud auribus et examini Tarpæ, patrisque tui, et nostro. Quin et reconde ad annos novem.*

11. 61. <sup>7</sup> Fea. ad unum Angelic. 1.—382 Vat. 18. versum. Harl. 7. audet scribere. Heller. Quid ni est ?—385 Vat. 9. Vat. Ottobon. 2. et Vallicel. 1. *facies dicesque*. Cuning. *facies dicesve*. Alii ap. Feam. *dices faciesque*.—386 *Id tibi j. esto nonnulli codd. ap. Feam. siquod tamen Heller.*—387 <sup>4</sup> Meci Lamb. et Crnq. *Mæci* Bentl. ex Ms. post Pithopœnum. *Metii agnoscent et MSS. et Acron, cum Commentatore Cruquiano* ; qui tamen errat, cum scribit, legendum esse *Metii pro Metii*. Prima enim syllaba brevis est etiam apud Virg. VIII. En. 642. quicquid ibi dicat Pierius Valerianus de variis lectionibus. Jos. Castalio Observ. dec. v. 4. observat, Lambinum et Cruquium vocem per diphthongum scribere debuisse *Mæci*; quod postea notavit quoque Bentleius. *Metii*, ut et *Metelli*, frequentes in marmoribus scriptis; et secundi etiam in nummis. Commentator Cruquianus ait, nostrum criticum fuisse Spurium Metium Tarpam, de quo 1. Sat. 10. 38. *Matii* Ms. Achillis Statii. Fea. *Mechi* Heller. *Metii* unus ap. Jaeck. *discendat* Vat. Palat. 4. Vat. Ottobon. 2. Zarot. Venett. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. et Florent. 1482. Cf.

## NOTÆ

et 169. ‘Garrulus in laco cur annulus orbe vagatur? Cedat ut argutis obvia turba trochis.’

382 *Quidni?*] Prolepsis. Quasi vero illa essent ad poësim adjumenta, probitas, nobilitas, opes.

383 *Liber*] Licet ego facere quodcumque libet.

*Census equestrem*] De illo in Epop. IV. Item 1. Epist. 1.


385 *Tu nihil invita, &c.*] Pisonum juvenum majorem alloquitur. Tu quidem cum bona indole, sana mente, acri judicio polleas, nihil aggredieris perperam: intelligesque quid possis, ut omnia rite præstes.

*Invita Minerra*] Reluctante et infesta hac Dea artium omnium præside; sine enjus ope nihil feliciter quisquam moliri valet. Unde proverb. in eos qui illud tentant ad quod a natura minime comparati sunt; quodque propterea nunquam recte exequuntur.

387 *Metii*] Sp. Metius Tarpa criticus optimus: de quo jam ante 1. Sat. 10.

388 *Patris*] Hic enim erat valde sagax, ingeniosus, eruditusque inprimis.

*Et nostras*] Amice agit ac fideli- ter.



Membranis intus positis. Delere licet  
 Quod non edideris; nescit vox missa reverti. 390  
 Sylvestres homines sacer interpresque Deorum  
 Cædibus et victu foedo deterruit Orpheus;  
 Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones:  
 Dictus et Amphion, Thebanæ conditor arcis,

*Dum chartæ scrinio manebunt inclusæ, poteris emendare quod non vulgaveris: at verbum editum neququam redire valet. Orphens divinus et numinum internuntians homines feros avertit a cædibus et turpi vita ratione, propterea dictus mitigare tigres et leones ferocissimos. Amphion quoque Thebanæ arcis conditor dicitur lyræ*

1. Epist. 20. 5.—390 Vat. 9. *vox dicta.*—393 Codex Achill. Stat. *in hoc.* Vat. 4. a m. pr. et notatum in ora Ald. 1509. in Biblioth. Barb. *ab hoc.* Eadem varietas 1. Sat. 4. 26. *rapidosque Schoenborn.* 1. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. alii ap. Feam, Zarot. Mediol. 1477. Florent. 1482. et Vet. Comb.—394 Hic versus in Bamberg. positus est ante priorem. *conditor urbis Schoenborn.* 1. 4. viginti quinque codd. Feæ, Harl. 1. 4. 6. Exc. Sax. quatuor Pulm. omnes Cruq. duodecim apud Valart. duo Oberl. Aeron, edit. Prince. Med. 1476. Venn. 1481. 1483. 1486. 1490. 1495. 1514. Flor. 1482. Britann. 1520. ‘Hæc lectio præfenda est aliæ arcis: Cadmus enim, ut notat Aeron, Thebas constituit; eas

## NOTÆ

*Nononque prematur in annum]* Diu servetur scriptum antequam in lucem edatur; ut limatum otiose et expolitum non reformidet acre doctorum judicium, quando vulgabitur. Vide Quintil. x. 4. ‘Emendatio pars studiorum longe utilissima. Nec sine causa creditum est, stylum non minus agere cum delet: hujus antem operis est, adjicere, detrahere, mutare.... Scripta reponantur ad aliquod tempus, ut ad ea post intervallo velut nova atque aliena redeamus; ne nobis scripta nostra quasi recentes fœtus blandiantur, &c. Cinnæ Smyrnam novem annis accipimus scriptam: et panegyricum Isocratis annis decem elaboratum.’ Vide Cattul. Epig. xcvi. in Smyrnam Cinnæ.

391 *Sylvestres homines, &c.]* Poëses excellentiam ostendit et commendat.

*Sylvestres]* More belluarum in sylvis et speluncis degentes.

*Sacer]* Vates divinos Plato nunen-

pat. Cie. pro Archia: ‘Ennins ille noster sanctos vocat poëtas, quod quasi Deorum munere commendati nobis esse videantur.’ Ovid. ‘At sacri vates, et Divum cura vocamur: Sunt etiam qui nos numen habere putant.’

*Interpres Deorum]* Poëtae nihil sunt alind nisi Deorum interpretes, a quocunque numine corripiantur, inquit Plato in Ione.

392 *Cædibus et victu foedo deterruit]* Ad humaniorem vitae rationem et cultum adduxit. Lucret. v. ‘Volgivago vitam tractabant more ferarum.’ Vide supra 1. Sat. 3. 100. et seq.

*Orpheus]* Apollinis hic et Calliopes filius, Moysis tempore floruit. Nullum habemus Orphæi genninum carmen. Hymni et alia quædam sub ejus nomine circumferuntur perpetram: sunt enim Onomacriti poëtae.

394 *Amphion]* Jovis ille atque Autopæ filius Thebas a Cadmo conditas

Saxa movere sono testudinis, et prece blanda	395
Ducere quo vellet: fuit hæc sapientia quondam,	
Publica privatis secernere, sacra profanis,	
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,	
Oppida moliri, leges incidere ligno:	
Sic honor et nomen divinis vatibus atque	400
Carminibus venit. Post hos insignis Homerus,	
Tyrtæusque, mares animos in Martia bella	

*sono suarique cantu lupides morisse, et quocumque libuit impulisse. Ea fuit olim sapientia, distinguere publica a privatis, et sacra a profanis, incerta conuubia vetare, maritis modum praescribere, urbes extruere, leges tabulis inscribere. Sic fama et dignitas sacris poëtis ac versibus contigit. Post illos inclauruit Homerus, ac Tyrtæus viriles animos ad certamina carminibus accendit: fata versibus pronun-*

-----  
*muro cinctum Amphion.' Fea.—399 Schoenborn. 3. *molliri*.—400 *Sic honos* Bamberg. Schoenborn. 1. 4. quinque Feæ, Harl. 1. 2. Comment. Crnq. et nos-tatum ex eod. in ora Ald. 1509, in Biblioth. Barberini.—402 *Dircaeusque* Schoenborn. 1. Harl. 2. 4. alii codd. Feæ, et edd. antiqui. *Pirccusque* Bamberg. et Schoenborn. 4. *Tyrtæusque* quinque codd. Feæ, Aeron, Porphyri. Venet.*

## NOTÆ

inuris et arce instruxit, 'Non quod nra  
lyra saxa duxerit, sed quod suaviter  
affatus homines rnpium accolas, et  
ineuctis moribus rudes ad obsequii  
civilis pelleterit disciplinam,' inquit  
Solinus cap. 13. Vide III. Od. 11.

396 *Fuit hæc sapientia quondam*  
Poëtæ quondam Sapientes erant, et  
versibus documenta dabant.

397 *Publica privatis secernere*] Nam  
communia et publica tunc erant omnia,  
et robustior quisque per vim  
quidlibet rapiebat.

*Sacra profanis*] Nec religio quenquam retinebat.

398 *Dare jura maritis*] Non modo  
legitima statuendo conjugia, sed et  
adulteria prohibendo.

399 *Oppida moliri*] Societatis et  
opis mutuae causa.

*Leges incidere ligno*] Primæ leges  
versibus quidem in ligneis tabulis  
scriptæ; postea ære incisa, et locis  
publicis affixa sunt.

400 *Sic honor, &c.*] Per eam sapi-  
entiæ rationem.

401 *Post hos*] Post primam illam  
poëseos ætatem venit altera, qua  
Homerus aliisque recte facta ducum  
et sunnumorum virorum celebrarunt.

402 *Tyrtæus*] Hic post Homerum  
non ita longe, septingentis prope  
ante Christum annis vivebat, Athenis  
oriundus, Indimagister ignobilis, Ins-  
eus, claudus, mutilus: attamen ex  
Apollinis oraculo præfectus belli dux  
Lacedæmoniis adversus Messenios,  
victoriam illis insignem peperit; cum  
militum animos præcedentibus cladi-  
bus fractos carmine de vera virtute  
et gloria stimulasset, atque ad mori-  
endum pro patria fortiter incendisset.  
Carmen istius pretiosæ aliquot reliquiae  
ad nos usque pervenerunt. Hunc poëtam laudant Plato de Rep.  
1. Pausanias in Messeniceis, Strabo  
lib. vi. Athenæus lib. xiv. Stobæus  
multos ejus de bellica audacia versus

Versibus exacuit; dictæ per carmina sortes;  
 Et vitæ monstrata via est; et gratia regum  
 Pieris tentata modis; ludusque repertus, 405  
 Et longorum operum finis: ne forte pudori  
 Sit tibi Musa lyræ solers, et cantor Apollo.  
 Natura fieret laudabile carmen, an arte,  
 Quæsitum est: ego nec studium sine divite vena,

*tia: et virendi instituta tradita sunt: nec non gratia Principum captata. Inventi etiam ludi, atque laboris diurni solutum: ne fortasse verecundum tibi faciant Musæ lyricorum peritæ et Phœbus canens. Disceptatur jamdudum, an bonum poëma sit a natura, an ab arte. Ego quidem non video quid valeat ars absque felici*

1492. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. et edd. recentt.—404 *Ut vita* Vat. Rom. 8. a m. pr. *gratia rerum* Vat. 4. Chisian. 1. a m. pr.—409 Quidam codd. Achill.

## NOTÆ

proferens: Justinus historiam fuse narrans l. IIII. Plutarchus, Suidas, &c.

403 *Dictæ per carmina sortes*] Apollo versibus quidem Heroicis ut plurimum responsa dabat. Plin. VII. 56. ‘Versum Heroeum Pythio oraculo debemus.’ Virgil. Æn. IV. ‘sortes’ hoc sensu non semel usurpat. Tull. de Divin. II. ‘Cum sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ: ‘Cræsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim;’ hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam.’ Vide Plutareh. in Theseo.

404 *Vita monstrata via est*] Quidam intelligent præcepta morum: eo quod libentius audiuntur et facilis us retinetur quæ stricta quam quæ soluta oratione scripta sunt. Talia sunt apud Hesiodum, Theognidem, Phocylidem, Epimenidem, &c. Alii interpretantur carmina de rebus Physicis, nt *vita* sit pro, naturæ, cuius arcana explicantur. Talia scripsere Empedocles, Lucretius, &c.

*Gratia regum tentata*] Poëtae regibus gratosi extiterunt: sic Aristophanes Ptolemæo, Æschylus et An-

creon Polycerati, Euripides Archelao, Simonides Hieroni, Aratus Antigono, Alexandro etiam Chœrius, Enuias Scipioni, Archias Lneullo, Virgilius et Horatius Augusto ac Mæcenati, Claudianus Honorio, Ausonius Gratianus, &c. Ovid. ‘Cura duenni fuerant olin regumque poëtæ.’

405 *Ludusque repertus*] Fabulæ relaxandis et oblectandis animis aptæ, Comœdia, &c. certe post ‘longos labores’ versibus, eantu, dramate, mirum in modum animus recreatur.

406 *Ne forte pudori, &c.*] Hæc autem recensere volui, Piso, ne te pudeat forte poëtam videri.

407 *Cantor Apollo*] Carminum auctor, præses, Deus.

408 *Natura fieret, &c.*] Vetus controversia est: utrum poëta nascatur, an fiat.

409 *Ego nec studium sine divite vena*] Cic. pro Archia. ‘Sic a summis hominibus eruditisque accepimus, ceterarum rerum studia et doctrina et præceptis et arte constare; poëtam natura ipsa valere, et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu afflari.’

- Nec rude quid possit video ingenium : alterius sic      410  
 Altera poscit opem res, et conjurat amice.  
 Qui studet optatam cursu contingere metam,  
 Multa tulit fecitque puer ; sudavit et alsit ;  
 Abstinuit Venere et vino : qui Pythia cantat  
 Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.      415  
 Nec satis est dixisse, ‘ Ego mira poëmata pango :

*natura, rel natura sine eruditione. Ita res una petit auxilium alterius, et mutuo jurat. Qui cupit metam exoptatam cursu attingere, a jurentute multa pertulit egitur, aestum et frigus toleravit, voluptates abdicavit. Qui tibia canit in Pythiis, ante cruditus est et magistro subditus fuit. At modo sufficit dicere: Ego perfec-*



Statii, *ego non*. Heller. Ergo.—410 Vat. Palat. 3. a m. pr. *possit*; sic etiam alii MSS. apud Lamb. G. Fabric. Luisin. ita Joann. Sarisber. Metal. 1. 8. probat Bentl. sequuntur anonymous 1713. Cun. Baxt. San. Merv. Phil. Sandby, Gesn. Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Schelle. Al. *prosit*.—414 *Venere et Baccho* codd. nonnulli Lambini, qui landat in nota, alii MSS. Achillis Statii, edit. Ptine. Zar. 1470. Venn. 1481. 1486. 1490. 1495. Britann. 1520. notat H. Steph. in margine editionis suæ ; iterum reproduxit Sanad. Sandby, Merv. —416 *Nunc satis* Bamberg. Heller. et Schoenborn. 4. *Non satis* Schoenborn. 1. ‘ *Nec satis* Bentl. ex duobus MSS. et levibus argumentis ; contra mentem auctoris, qui vere sui temporis abusum reprobat ; poëtam aliquem etiam deridendo, ejus versibus insertis. Objicit jactantiae et vaniloquentiae poëtarum, qui artem ingenio non conjungunt, exemplum athletarum, et tibicinum, qui, ut in suis artibus excellant, nec laboribus, nec abstinentiis parcent. Vide P. Victor. Var. Lect. vi. 20. et confer i. Epist. 2. 27. seqq. ii. Epist. 2. 90. seqq. Sequuntur Bentleium Cun. Baxt. San. Merv. Phil. Gesn. Sandby,

## NOTÆ

410 *Rude ingenium*] Arte non expolitum. Bene Plutarchus et alii dixerunt, ‘ naturam sine disciplina cœcam esse.’

411 *Alterius sic Altera poscit opem res*] Cic. mox cit. ‘ Sæpius ad laudem et virtutem natura sine doctrina, quam doctrina sine natura valuit. At cum ad naturam eximiam et illustrem accesserit ratio quædam et confirmatio doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare existit.’ Vide et Quintil.

412 *Qui studet optatam*] Ostendit Poëticam artem, perinde ac ceteras artes, sub magistro descendam esse priusquam exercetur : neminemque esse poëtam excellentem, nisi longa

erditione limatum et expolitum.

*Metam*] Locus, unde incipiebat cursus, dicebatur ‘ career;’ ubi designebat, ‘ meta.’

414 *Abstinuit Venere et vino*] Abstinentia et temperantia mire juvat : contra voluptates corpus animumque corrumpunt, enervant, frangunt, perdant. D. Paul. ad Cor. ‘ Omnes in stadio currunt, sed unus accipit bracium... qui in agone contendit ab omnibus se abstinet... ut coronam accipiat.’

415 *Qui Pythia cantat Tibicen*] Eximus quisque tibicen vocatus ad canendum in Pythiis ludis Apollini sacris ob imperfectum Pythonem serpentem. In iis siebat certamen citharoëorum.

*Occupet extremum seabies; mihi turpe relinquere est,  
Et, quod non didici, sane nescire fateri.*

*Ut praeceps ad merces turbam qui cogit emendas,*

*Assentatores jubet ad lucrum ire poeta*

420

*Dives agris, dives positis in foenore nummis.*

*Si vero est, unctum qui recte ponere possit,*

*Et spondere levi pro paupere, et eripere atris*

*Litibus implicitum, mirabor si sciet inter-*

*Noscere mendacem verumque beatus amicum.*

425

*Tu seu donaris, seu quid donare voles cui,*

*Nolito ad versus tibi factos ducere plenum*

*Lætitiae; clamabit enim, Pulchre! bene! recte!*

*Pallescat super his; etiam stillabit amicis*

*tissima facio carmina: ultimum invadat seabies: pudet me post alios esse, et ingenuus fateri me ignorare quae non didicer. Sicut praeceps plebem congregat ad emendas merces, ita adulatores ad questum vocat poetas prædiis locuples et pecunia ad fœnus data. Qui si lautum valet præbere convirium, et se vadem præstare pro egeno, cumque litibus obrutum expedire; mirum erit si opulentus distingueret queat amicum fidem a fallaci. Tu sive largitus sis, seu largiri quidpium velis alicui, ne hunc gaudio exultantem admovere ad audiendum carmen a te compositum. Is enim tunc exclamabit: Optime! concinne! egregie! ad illud expallescat: atque ante amicos*



Oberl. Combe, Wakef. Wetz. Zeun. Pejns adhuc e MSS. quibusdam suis Regelsbergerus, inde Haberfeld. et Schelle, dedit. *Nun satis est... pango?* Fea.—417 *Occupat Vat. Palat. 3. relinquere sine est, Vallicel. 1.*—420 *Assentatores Schoenborn. 1. poetas Vallicel. 1.*—422 Unus codex Cruq. recte qui; et sic Sanad. Cuning. et Mervill. eripere artis Vat. Rom. 2. a m. sec. unus ap. Valart. et Bentl. ex ingenio.—424 Codex Achill. Statii, si sciat.—426 Harl. 2. 4. unus Achill. Stat. Vat. Rom. 8. quidam ap. Lamb. et unus Palm. velis.—427 Quidam codd. ap. Lamb. tibi factos. Cuning. Sanad. et Mervill. factos tibi.—428 Unus Vat. recte bene pulchre.—430 Bamberg. tondet.—431 Barbe-

#### NOTÆ

417 *Occupet extremum seabies]* Metaph. a pueris ludentibus, qui, ut se mutno ad cursum stimulent, postremo seabiem imprecantur.

418 *Nescire fateri]* Sic multiplicatur importuna et funesta soboles malorum poëtarum.

419 *Ut praeceps ad mere. &c.]* Docet Horatius adhibendos esse scriptorum arbitros et censores, eosque fideles et sinceros.

420 *Assentatores jubet ad lucrum ire]*

Praenisi allicit ad landanda sua carmina. Vide Pers. Sat. 1. Martial. ‘Non tu, Pomponi: cœna diserta tua est.’

426 *Tu seu donaris, &c.]* Cave quibus et quando legas tua scripta, ut verum nancisearis de iis judicium.

427 *Plenum Lætitiae]* Seu præmia sperantem, seu paulo ante consecutum.

429 *Pallescat]* Quasi obstupesfactus mirandis scriptis.

Ex oculis rorem ; salict, tundet pede terram.	430
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt	
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo ; sic	
Derisor vero plus laudatore movetur.	
Reges dicuntur multis urgere culillis,	
Et torquero mero, quem perspexisse laborant	435
An sit amicitia dignus : si carmina condes,	
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.	
Quintilio si quid recitares, Corrige sodes	
Hoc, aiebat, et hoc : melius te posse negares,	
Bis terque expertum frustra, delere jubebat,	440
Et male tornatos incidi reddere versus.	

*lacrymarum stillas aliquot oculis effundet : tripudiat, saltabit. Non secus ac conducti ad flendum in esequiis, dicunt agnuntque fere plura quam qui ex unimo lugent : ita plus adulator afficitur, quam sincerus approbator. Aint reges scyphis plurimis tentare et rino explorare eum, quem probare student, utrum dignus sit familiaritate sua. Tu si facias versus, cave ne te decipiatur animus versutus adulatoriis. Si quid-piam recitavisses Quintilio Varo, dicebat : Age, hoc et illud emenda. Si postquam bis aut ter rem tentasses, responderes, nequaquam te posse melius, jubebat expun-*

---

rin. 1. plorent. Exc. Sax. plorare.—434 Bamberg. culillis. Schoenborn. 4. curulis. Zarot. cucullis.—435 Viginti codd. Feæ, et Venet. 1479. prespexisse. Florent. 1482. et Venett. 1483. 1486. prespexisse. Vat. Palat. 6. et Aldd. 1. 2. 3. laborent ; et sic Baxt. Gesn. et Comb. laborant Bentl. ex codd. item Lamb. quatnor codd. Bersm. Helmst. et Harl. 1. 2. 4. revocavit Zenn. inde Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. Heinsius ad Clandian. Rufin. 1. 179. legit, *Regibus hic mos est multis... laborant.*—437 N. te fallent codd. Achill. Stat. Exc. Sax. novem codd. Feæ, et Zarot.—438 Tres Vat. Rom. recitariis.—439 Hoc agebat Schoenborn. 1. negares Vat. Rom. 7.—440 Schoenborn. 1. expertum si frustra.—441 ‘Et male ter natos] Hanc lectionem Bentleius, in suis notis ad Callimachum Fragm. XL p. 429. substituit ex ingenio impotenti

## NOTÆ

*Stillabit Ex oculis, &c.] Præsumata latitia et admiratione.*

431 *Qui conducti plorant]* Præficæ olim mulieres, dictæ quasi ancillis ejulantibus et lamentantibus præfectæ, in funeribus adhibebantur, luctum ciebant, vellebant crines, tundebant pectus, &c. Nenins ex Lucil. ‘ Mercede quæ conductæ flent alieno in funere Præficæ multo et capillos seindunt et clamant magis.’

433 *Derisor]* Fictus laudator.

434 *Reges dicuntur, &c.]* Inebriant

hominem, ut explorent num sit loquax, et an temulentus comissa secreta effutiat ac revelet.

*Culillis]* Poculi genus est. Vide Not. 1. Od. 31. 11.

437 *Sub vulpe latentes]* Alludit ad fabulam vulpis et corvi.

438 *Quintilio]* Cremonensis ille poëta, solertissimus et acerrimus erat scriptorum judex. Vide 1. Od. 18. et 24.

441 *Male tornatos incidi reddere versus]* Metalla igne et incude mollita

Si defendere delictum quam vertere malles,  
Nullum ultra verbum aut operam insumebat inanem;

*gere, et versus inconditos recudere. Quod si errata defendere malles quam corri-*

\*\*\*\*\*

alii vulgatae omnium MSS. et editorum, usqne ad ipsum indubia. Male ab eruditis exceptam, iterum, et enixius, eam proposuit in notis ad hunc locum; et defendere conatus est digressione infinita. Novos oppugnatores excitavit, quos recenset Burmannus ad Propert. II. El. 25. 43. et hic refutant leviter in notis Dac. Baxt. Gesn. Wetzel. Iterum eam reproduxit, et defendit Schelle, viribus licet imparibus. Sed rem nemo penitus attigit. Pressus primorum argumentis Bentleius huc item adduxit; *tornum*, et *incudem* esse res diversas, quæ conjungi non possint. Neque vero vel minus apud veteres Scriptores locus extat, inquit ipse, quo *Tópos*, vel *Tornus* metallis elaborandis adhibeat; sed lignis tantum, atque lapidibus, ebori, vitro, &c. idque sola *rotundatione*, vel circulari sculptura. Huic assertioni Ondinus in Miscell. Observ. Crit. Novis ad annum 1744. tom. v. pag. 417. seqq. Amstel. 1744. Gesnerns, et Wetzel. respondent; etsi non constet, veteres torno metalla elaborasse; id tamen omnino credendum, arguento ab aliis materiis ducto. Recte id quidein: at nos addimus, certo id Romæ constare passim ex antiquis monumentis, quæ e terra identidem profert in apricum ætas, sive in auro, sive in argento, sive in ære, orichaleco, aut ferro, torno expolitis. Præter cetera instrumenta, quæ videmus passim, præcipue ex argento et are, anno præterito MDCCLX, præ manibus habui parvum craterem argenteum hujusmodi, forte ævi Horatiani, affabre elaboratum, ac pæne recentem-e manu artificis; cum inscriptione inferne punctis eminentibus expressa: M. NOVI. P. IIS. S. Quid sunt versus *ter male nati?* Natus dici non potest versus, nisi ille, qui ab auctore suo, nt *nt incultus*, emissus est in publicum, ut nesciat vox missa reverti; supra 390. Hoc sensu *male nati* dici poterant ab Horatio versus Chærili II. Epist. I. 233. quo loco abutitur Bentl. at neque emissi, neque nati, vel bene, vel male, dici unquam poterunt versus, qui nullo modo versus sunt, concepti tantum, informes; rufis, indigestaque moles; vel *ter*, vel *decies* inutiliter castigati: et qui ideo, tanquam metallum ignis vi dñe, ad incendem ingenii revocandi sunt, et renovandi. Bentleium sequuntur anonymous 1713. et Wakefield. Guyetus, Menagius, Coste, pro *tornatis* legerunt *formatos*. Id ipsum tandem proponit Bentleius, tot suarum eruditiorum pertæsus. Cuningamius, postquam Bentleium leviter refutavit, et ipse Horatium deturpat haec voce; cumqne sequitur San. inde Merv. Phil. nec displaceat lectio Gesnero, ac Wetz. eoque abrepti sunt præcipue ex Sidonio Apollin. male intellecto, ix. Epist. 13. ubi sunt versus ‘Asclepiadei Horatiana inende formati.’ Ergone statim reformatus est ab hac incende Horatius ipse? Anne evident hi Critici, non de incende fabrili loqui Sidonium; sed de Horati metro, stylo Asclepiadeo, quem incendem vocat; eoque versus se *formatum* promittit? Abeant ergo novitates; et nihil aptius, nihil elegantius haec torni metaphora reputemus, si mentem simul ad hujus instrumenti subsecivam operam transferamus; et istam cum cura et methodo versus castigandi conferamus. De aliis operibus ad tornum factis plura dabit Jamon de S. Laurent. Dissert. de Lapid. Pret. in Actis Acad. Cortonensi. t. VI. p. 41. seqq. Fea.—442 Vat. Rom. 3. 9. *cedere malles.*—443 *Nil u. verbi, a. opere insumebut inanis* Cuning. Sanad. et Mervill. *sumebat* nonnulli codd. et edd.

#### NOTÆ

singi torno constat: et testatur Stra-  
bo de Cibyræ ferro. Ergo perperam  
criminantur quod Horatius duas eas-

que contrarias metaphoras *incudis* et  
torni hic veluti conficerat.

- Quin sine rivali teque et tua solus amares.  
 Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes, 445  
 Culpabit duros, incomitis allinet atrum  
 Transverso calamo signum, ambitiosa recidet  
 Ornamenta, parum claris lucem dare coget,

*gere, nullum amplius verbum aut curam adhibebat frustu, ne te et tua sine æmulo solus approbares. Vir probus et sagax versus languidos redurquet, asperos damnabit, inconditis nigram notam apponet transverso calamo; luxuriantes ornatus amputabit;*

antiq. *insumebat* octodecim codd. Feæ, aliqui ap. Lamb. sex Pulmanni, deceem Val. Helmst. apud Gesn. notatum ex Ms. in ora edit. Aldi 1509. Bibl. Barb. H. Steph. in margine editionis suæ; restituit Lamb. Desprez. Talb. Bentl. anonymous Traj. ad Rhen. 1713. Gesn. Dor. Wakef. Zeun. Schelle. Al. *sumebat*.—444 Vat. Rom. 7. *semper amares*.—445 Undecim codd. Feæ, Bamberg. Heller. et Schoenborn. 1. *reprehendit*. Cuning. ac *prudens versus reprehendet*.—446 Heller. *illinet*.—447 Vallicel. 1. *signum calamo*. Schoenborn. 1. *recidit*.

## NOTÆ

444 *Teque et tua solus amares*] Ea est poëtastri stultitia. Cic. Tusc. v. ‘Adhuc neminem cognovi poëtam, qui sibi non optimus videretur.’

445 *Vir bonus*] Ab adulatioне alienus, ceterum ingenio et judicio sagax.

*Versus reprehendet inertes*] Arte et virtute carentes. Vide II. Epist. 2. 110. et seq.

446 *Duros*] Inconcinnos, non elaboratos, male souantes, ‘erndos’ Persio: supra cit. Epist. ‘nimis aspera sano Lævabit cultu.’

*Allinet atrum signum*] Græci ὅβελίζειν dicunt. Expungendi seu delendi, vel mutandi, signum et nota erat virgula quædam recta ὅβελος dicta, quod tanquam veru corrígenda transfigeret: versibus et locis reprehensione dignis apponebatur a critico.

447 *Ambitiosa recidet Ornamenta*] Quintil. x. 4. ‘Emendatio pars studiorum longe utilissima: nec sine causa creditum est, stylum non minus agere cum delet: hujus operis est, adjicere, detrahere, mutare: sim-

plicius iudicium, quæ replenda vel dejicienda sunt: duplicitis autem operæ est, premere tumentia, humili extollere, luxuriantia astringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coërcere. Nam et dannanda quæ placherant, et invenienda quæ fugerant,’ &c. Hujus præcepti sui Horatius ipse videtur immemor fuisse, stylum juveniliter exultantem non eastigans, nec ambitiosa et luxuriantia recidens, quando in Epod. xvi. 28. plura coacervat, ubi unum et simplex erat afferendum. Certe mens dolore pressa hand in multas aut acutas sententias effunditur et spatiatur: nec tot minuta variaque concipit, neandum eleganter et copiose eloquatur. In quo passim hallucinatus est Seneca Tragiens, Lucanus etiam, &c. Vide Cic. in Bruto, ubi Gorgiam redarguit.

448 *Parum claris lucem dare coget*] Et memet huic docimento fateor obnoxium. Auctor Reip. Literariae 1684. meas ad Juvenalem annotationes recensens, ‘vir’ certe ‘bonus et prudens,’ animadvertis paululum

Arguet ambigue dictum, mutanda notabit;  
 Fiet Aristarchus; non dicet, Cur ego amicum  
 Offendam in nugis? Hæ nugæ seria ducent  
 In mala derisum semel exceptumque sinistre.  
 Ut mala quem scabies aut morbus regius urget,  
 Aut fanaticus error et iracunda Diana,

450

*jubebit obscura illuminare; ambigue dicta reprehendet; mutanda designabit; se velut Aristarchum præhabebit; nec dicet: Quare ego amicum molestia afflictum pro re levè? Atqui res ista levis in vera mala impellat hominem delusum semi et maligne approbatum. Qui sana mente sunt, ut quem exitiosa scabies vexat, vel furor a Diis im-*

—449 Vat. Rom. 3. 9. *ambiguo.*—450 Plurimi codd. Feæ, Harl. 6. 7. Schoenborn. 1. et edd. antiquæ. *nec dicet.* Vat. 14. Vat. Rom. 2. a m. pr. Vat. Rom. 9. quinque codd. Pulmanni, et undecim ap. Valart. *non dicet;* ita Bentl. ex codd. eumque scenti Traj. ad Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Sandby, Gesn. Bipont. Dorigh. Oberlin. Comb. Wakef. Zeun. Schelle, Jaeck. Kidd. et Döring.—451 *Offendam nugis* Vat. 4. a m. sec. Vatt. 10. 18. (19. a m. sec.) et Vallicel. 1. *ducunt* Exc. Sax.—454 Vat. 9. *fanaticus horror.*—455 *Vesana*

## NOTÆ

dormitasse me, nec satis exposuisse  
 mentem Satirici, vs. 49. Sat. 1. Le-  
 viori nimirum stylo locum eximum  
 perstrinxeram. Bene Scaliger vi.  
 ‘In Juvenale,’ inquit, ‘sunt quædam  
 tam aente dicta, ut vix uni aut alteri  
 par sit Homerus.’ Ne crede omnino,  
 Lector, Hypercritico. In hoc tamen  
 ausculta, quod ita laudat istum lo-  
 cum: ‘Exul ab octava Marius bibit,  
 et fruitur Dis Iratis.’ Quid enim ar-  
 gutius dici queat (pergit ille) quam  
 nos fructum capere ex ira Deorum;  
 ut quod obest, juvet? Vide quæ jam  
 de his annotavi 1. Od. 31. 15. ad vo-  
 cem, ‘impune.’

450 *Fiet Aristarchus*] Sagaciter,  
 acriter, fideliter sui amici errata no-  
 tabit, et obelo transfodiet; ut sole-  
 bat Aristarchus. Hie Grammationis  
 ætatis suæ princeps, ideinque seve-  
 rus operum censor, qui Poëtas Græ-  
 cos accuratissime castigavit, atque in  
 Homero versus adulterinos plerosque  
 a legitimis discrevit. Proh dolor!  
 proh fati et temporis injuria! Tanti  
 viri tot voluminum nihil superstes

habemus. Tempore Callimachi flo-  
 ruit: a Cicerone multis locis landa-  
 tur. Epist. III. 11. ‘Aristarchus Ho-  
 meri versus esse negabat quos non  
 probabat.’ Ad Attic. xi. 1. ‘oratio-  
 nes quarum tu Aristarchus es,’ &c.  
 Ejus etiam meminit Plutarchus in  
 Vita Homeri.

*Nec dicet, Cur, &c.]* Hæc enim adu-  
 latoris est improba oratio et consue-  
 tudo.

452 *Seria In mala*] Quod pejus ma-  
 lum, quam se et sua solum amare, ce-  
 teris irridentibus justè quidem, atque  
 in perpetuo errore versari?

453 *Ut mala quem scabies, &c.]* Mali poëtæ Horatius exhibit infor-  
 tunatam conditionem, ut ab ea de-  
 terreat.

*Morbus regius]* Eo croceus fit ho-  
 minis vultus, suffuso felle. Arquatus,  
 Ictericus, apud Lucret. lib. iv. Cor-  
 nel. Cels. III. 4. Plin. &c. *Regius* di-  
 citur, quod eo affecti sanentur, si re-  
 gii deliciis impense oblectentur.

454 *Fanaticus error]* Furiis vexati,  
 pavoki, *fanatici* appellantur; vel quod

Vesanum tetigisse timent fugiuntque poëtam,	455
Qui sapiunt; agitant pueri, incautique sequuntur.	
Hic, dum sublimis versus ructatur, et errat,	
Si veluti merulis intentus decidit auceps	
In puteum foveamve, licet, Succurrite, longum	
Clamet, Io cives! non sit qui tollere curct:	460
Si curet quis opem ferre, et demittere funem,	
Qui scis an prudens huc se dejecerit, atque	

*missus, et Diana infesta; sic poëtam insanum contingere formidant, atque aversantur: pueri vero et imprudentes consecrantur. Is dum versus excelsos meditatur, et aberrat, si quasi auceps ad merulus captandas attentus, in puteum aut foveam ruat, nemo reperiatur qui extrahere studeat, quamvis diu vociferetur: Heus, cives, auxilium date. Quod si aliquis velit subvenire, et funem prætendere, dicam: Unde nosti*

Heller. *fugiuntve* Vat. 5.—457 *Hic dum sublimes* Heller. octo codil. Feæ, Aldd. 1. 2. 3. Junt. 1503. et inde fere omnes edd. *H. d. sublimis* quatuor et viginti codd. Feæ, Harl. 1. 2. 3. 4. 6. 7. tres Pulm. omnes Crnq. Acron, Porphyr. Comment. Cruq. Zarot. Mediol. 1476. 1477. Venett. 1477. 1478. 1479. 1481. 1483. 1486. 1490. 1492. 1509. 1514. et Florent. 1482. defendit Canter. Nov. Lect. iv. 12. Gifanius Ind. Lucr. v. ‘Strata;’ restituit Pithopœus; inde Baxt. Bentl. anon. Traj. ad Rhen. 1713. Gesn. Valart. Comb. Bipont. Wakef. Wetz. Zeun. Kidd. Fea, Bothe, Jaeck, et Dœring. *versus eructus* Angelic. 2. a m. sec. *versus ruptatur* Schoenborn. 1.—458 *Sic veluti* Schoenborn. 1. Harl. 1. 4. 6. duo Bersni. aliisque codd. ap. Feam. *decidat* Vatt. 1. 5. 7. 9. quidam codd. Lambini, Schoenborn. 4. et quatuor apud Valart.—459 *In p. forcumque nonnulli* codd. ap. Feam. *Succurrere* Heller.—460 *Clamat...curat* Heller. ne sit Schelle ex ingenio.—461 *Si curret* Zarot. *Si quis curet* Vallicel. 1. Aldd. 1. 2. 3. Junt. 1503. Venet. ap. Zeun. Glarean. et inde edd. aliæ multæ. *dimittere nonnulli* codd. Feæ, et Schoenborn. 1. 4.—462 *Quid scis* Vat. 4. Vat. Rom. 5. a m. sec. et unns Achil. Stat. *Quis scit* Vat. 17. et Venet. 1514. *Qui scit* Vat. 14. Vat. Rom. 2. Vatt. Rom. 3. et 9. a m. pr. et Barberin. 2. *Qui sciat* Cuning. ex ingenio. *projecterit* Harl. 1. quindecim codd. Feæ, quidam Lambini, quinque Pulmanni, sexdecim Valart. unns

## NOTÆ

in fanis stipem corradiant, vel quo  
in sacris locis furant et vexentur  
maxime, obversantibus animo inani-  
bus phantasmatis. Talis fuit Orestes  
ob interfactam matrem Clytaemnes-  
tram furis agitatus.

*Iracunda Diana*] Hæc lymphaticos  
efficere credita. Sic Ajax furiosus  
extitit apud Sophoclem. Pan etiam  
infestus habebatur. Unde ‘panici  
terrores’ dicti.

457 *Hic, dum subl. &c.]* Vesanus  
ille poëtaster.

*Delph. et Var. Clas.*

*Horat.*

*Sublimis [sublimes]* Opinione qui-  
dem propria, et vana æstimatione.  
Alii leg. *sublimis*, pari sensu.

*Errat]* Animo simul et corpore:  
adulatoribus nimim credulus.

458 *Decidit in foveam, &c.]* Alludit  
ad id quod refertur Thales Milesius  
sidera spectans in puteum decidisse.  
Laërtius in ejus vita. Plato in Thea-  
teto, &c.

460 *Clamat, Io cives! &c.]* Vide 1.  
Epist. 17. sub fiuem.

- Servari nolit? dicam, Siculique poëtae  
 Narrabo interitum: Deus immortalis haberi  
 Dum cupid Empedocles, ardente frigidus Aetnam 465  
 Insiluit: sit jus liceatque perire poëtis:  
 Invitum qui servat, idem facit occidenti:  
 Nec semel hoc fecit; nec, si retractus erit, jam  
 Fiet homo, et ponet famosæ mortis amorem.  
 Nec satis appetit cur versus factitet; utrum 470  
 Minxerit in patrios cineres, an triste bidental

*numquid illuc sponte se precipitarerit, et recuset servari? moxque commemorabo mortem Siculi poëtae. Empedocles, existimari Deus immortalis, frigide se dejecit in Aetnam ardente. Sit fas et licentia poëtis interire: qui invitum servat, precat æque ac interficiens. Neque semel id fecit; sique educatur inde, haud profinde fiet homo deinceps, nec famosæ mortis cupiditatem alijicit. Certe non liquet quamobrem versibus faciendis incumbat: utrum minxerit in patris cineres, an triste*



Oberlin. Alld. 1. 2. 3. Junt. 1503. Gifanius l. c. restituit Bentl. inde Burm. seu anonymous Traj. Rhen. 1713. Cuning. Sanad. Mervill. Phil. Sandby. Schelle. Kidd. Fea, et Bothe, dejeccerat Medioli. 1476.—464 Tractabo Angelic. 2. a m. pr.—466 Tres Vatt. sit vis. Vat. 4. poëtas.—468 Heller. Non semel. Schoenborn. 4. *hac fecit.* Helmst. nec si retentus. Cuning. neque si.—469 Vat. 4. *ponit.* Schoenborn. 1. *ponat.* Heller. fabulosæ. Codex Achill. Stat. formosæ. Vat. 9. a m. pr. *honorem.*—470 Vat. 9. *versus cum.* Florent. 1482. Venett. 1483. 1486. Junt. 1503. et Britann. 1520. Cuning. *versus cur.* Vat. 24. Vallicel. 1. alii Achil. Stat. Helmst. et tres Valart. *dictitet;* ita Cuning. Sanad. Mervill. Phil. et Valart. Ceteri codd. et edd. *factitet;* et sic Aeron.—471 Vat. Rom. 7. *ac triste.* Vat. Rom. 3. et unus Achill. Stat. *aut triste.*—

#### NOTÆ

463 *Siculi poëtae*] Empedocles Agrigentini, Philosophi et poëtae, qui de Rerum Natura carmen scripsit, ut apud Latinos Lucretius. Hie illum celebrat lib. 1. Floruit ante Christum annis fere quingentis. Cic. de Orat. 1. n. 217. ‘Empedocles Physicus egregium poëma fecit.’ De eo jam 1. Epist. 12.

465 *Aetnam*] Siciliæ montem flamas et lapides eructantem.

466 *Insiluit*] Vel, ut famam divinitatis captaret, vel præ dolore, quod Aetnæ incendi causas assequi non valeret. Porro rejectis ab Aetna lacu et camino, una cum cetera materia, crepidis ejus æreis, detectam

fraudem, aliqui fabulantur.

469 *Nec jam fiet homo*] Haud desinet velle immortalis existimari; quicquid humani est, alienum a se et indignum se putans, præ stultitia et superbia. Alii interpretantur: Non magis erit rationis compos: insaniet semper.

470 *Cur versus factitet*] Ob quod scelus aut flagitium Diis inquis hanc luat pœnam, ut malos versus faciendo sese maceret.

471 *Utrum minxerit patrios cineres*] Duplex noxa, et sepulcri sanctitatem et paternam pietatem violare. Vide Pers. Sat. 1. ubi: ‘pueri, sacer est locus: extra Mœtie.’

Moverit incestus ; certe furit, ac velut ursus  
 Objectos caveæ valuit si frangere clathros,  
 Indoctum doctumque fugat recitator acerbus :  
 Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo,      475  
 Non missura cutem, nisi plena crux, hirudo.

*bidental sceleratus violaverit. Projeto furiosus est : et tanquam ursus quando oppositæ causæ claustra perrumpere valuit, imperitum atque eruditum in fugam vertit recitator importunus : ut quem apprehenderit occupat ac interimit, velut sanguisuga non dimittens cutem nisi sanguine repleta.*

472 Schoenborn. 4. *an velut.*—473 *Objectos caute... clatos Heller. clavos Vat. 1. a m. sec. et Vallicel. 1. claustrorum Vat. Rom. 7.*—474 Heller. et Schoenborn. 1. *fugit.*—475 *Quem vere Heller. arripiet Vat. 7. senec arripuit notatum ex eod. in ora Ald. 1519. in Biblioth. Angelic.*—476 Heller. *hirundo.* Hic versus in Schoenborn. 4. serius insertus fuit. Q. H. F. de Arte poëtica explicit, incipit, Epodon Oberliu. 2.

## NOTÆ

472 *Bidental Moverit incestus]* Locus fulmine ictus Diis sacer habebatur; bidentes ara ibi erecta immolabantur. Sepimentis inclusum calcare nefas erat homini, præserium consecrato. Pers. Sat. II. Gell. XVI. 26. &c.

*Incestus]* Flagitio quodam infando pollutus.

473 *Clathros]* Græcis κλῆθρα, sepimenta, cancellos.

474 *Recitator acerbus]* Lignrinus ejusmodi fuit, apud Martialem non uno loco.

476 *Hirudo]* Quæ corpori tamidu adhæret donec sanguine saturata excidat.



# **NOTÆ VARIORUM**

**IN**

**Q. HORATII FLACCI OPERA.**

---

EX EDITIONE SCHREVELIANA,  
LUGD. BAT. ET ROTEROD. 1670. 8vo.

---

# NOTE VARIORUM

IN

## Q. HORATHI FLACCI OPERA.

### CARMINUM LIB. I.

ODE I. Πραγματική. AD MÆCENATEM. Alios alia delectant: Horatius vero Poëtæ nomen, præser-tim Lyrici, affectat, tanquam sibi honorificentissimum futurum; præ-sertim si eo dignus, vel ipsius Mæcenatis judicio, censeatur.

CARMINUM LIBER I.] Hæc est legitima inscriptio, non vulgaris illa *Odarum libri*, aut *Odæ*. Carmen enim Horatio est, μέλος. Unde μελικοί, quos ipse secutus, Græcorum Lyrici.

I Mæcenas] Exordium a natalibus Mæcenatis, cum grata beneficii atque accepti honoris commemoratione: ut qui per Mæcenatem sit Angusto gratius factus et familiaris. Cruq. Primam Oden exponit Turneb. xxii. 13. Ataris] Atavus propriæ avi non pater, sed proavus est. Peculiare autem est auctoribus, ut ‘avos’ ‘atavosque’ pro majoribus ponant. Vetus-tissimam ergo generis nobilitatem in-telligit: et ut Propert. III. 9. 1. ‘Mæcenas eques Etrusco de sanguine regum.’ Torrent. Atavis edite regibus] Antiquis regibus prognate, enī Menodorus pater, Menippus avus, Ceninna rex Etruscorum fuit atavus.

2 Præsidium] Tutela vel propug-

natio mea et dulce ornamentum. Ut III. Od. 39. ‘Insigne mœstis præsidium reis,’ id est, tutela. Decus] Ornamentum. Virg. Georg. II. ‘O decus, o famæ merito pars maxima nostra.’ Et, ‘Principibus placuisse vi-ris non ultima laus est.’

3 Sunt quos] Εἰσὶν οὖς. Hellenismus. Sunt, quos] Sunt qui iudicis de-lectantur, utpote Olympiacis, in qui-bus concitari solebat pulvis, quo cur-rentes spargebantur. Curriculo] Ma-lim, inquit, Lambinus, curriculi nomi-ne hoc loco currum significari, quam spatium in quo curritur. Quocun-que autem modo accipiamus, ad cu-rrulum certaminum studium refere-mus, quo non minus Romani iudicis suis Circensibus, quam Græci Olympi-cis insaniverunt. Torrent. Curricu-lo] Currū. Pulverem] Equorum cur-su pulvis excitatnr: itaque ex eo quod subsequitur, id quod antecedit intelligere debemus. II. Od. 1. ‘Non indecoro pulvere sordidos.’ Lambin. Olympicum] Inter reliquos Græciæ iudicis longe celeberrimi fuerunt Olym-pici: sic dicti, propter Jovis Olympii delubrum, quod in Achaia fuit celebratissimum: qui iudi juxta

Pisamet Elidem, in campo, cui Olympia nomen, magno conventu totius Græciae, certamine equestri, quinto anno celebrari consueverunt, in honorem Jovis Olympii. De Indis Circensibus vide Alex. ab Alex. v. 8.

4 *Metaque ferridis*] Cnruli certamine contendunt primæ ac præcipua cautio est, ut ipso cursu flexu contingere quidem metam videantur, non impingant tamen. In illo summa artis laus; in hoc summum etiam vitæ periculum. Omnis ergo in circumagendo ad metam certantium labor consistit. unde pulcherrimæ a Cireo ad vitam nostram tralationes, uti in oratione pro Cælio: ‘In hoc flexu ætatis, fama adolescentis hæsit ad metas.’ *Torrent.* *Metaque evitata*] Terminus (ad quem dirigitur cursus) caute evitatus. *Fervidis*] Rotæ enim currendo fervent.

5 *Palmaque nobilis*] Præmium victoriæ, quæ homines nobilitat. Hic τελεῖα στργμὴ ponenda est. Repetendum autem ἀπὸ κοινῶν juvat. Qui hanc Oden primi contaminare aggressi sunt, offendit genus loquendi fortasse duriusculum, sed tamen Flacco usitatum: ut infra: ‘Est qui nec veteris pocula Massici Spernit.’ Et clarius iv. Od. 1. ‘Me nec foemina, nec puer Jam, nec spes animi credula mutui, Nec certare juvat mero.’ *Rutgers.*

6 *Terrarum Dominos*] Periphrasis Romanorum, juxta illud Poëtæ: ‘Romanos rerum dominos, gentemque togatam.’ Interim Græcorum insaniam deridens, apud quos in Olympiis vicesse, majus erat ac gloriösius, quam Romæ triumphasse. Unde ‘Olympioniarum vita,’ tanquam felicissima etiam in proverbium abiit. *Torrent.* per *Terrarum Dominos* Herman. Figulus intelligit, Reges et Principes, qualis fuit Hercules, Corœbus, Alcibiades, aliisque, qui in Olympiis victores fuisse dicuntur. Alii per *Terrarum Dominos*, Deos intelligunt. *Eve-*

*hit ad Deos*] Diis æquiparat. Vel hic se Diis immortalibus parem putat, si ad quam maximos honores perveniat: ille, si amplissimas opes consecutus sit. Agricolam autem, qui immoritur studio agellos patrios excolendi, adducere nunquam possis, quin quiete rusticari malit, quam cum periculo mercaturam aggredi. *Rutgers.*

7 *Hunc*] Id est, alinm, qui honoribus inservit. *Mobilium*] Multi libri habent *nobilium*, idque proprium videtur illius populi, ob rerum magnitudinem gestarum epitheton. *Torrent.* *Mobilium turba Quiritium*] Pop. Romanus in suffragiis ferendis semper erat mobilis et inconsans.

8 *Tergeminis*] Maximis atque amplissimis. Turn. iii. 20. et xviii. 12. ‘Geminus’ enim et ‘Tergeminus’ et ‘septemgeminus,’ pro magnis sæpe a veteribus usurpantur, uti et ‘duplex.’ Possimus etiam pro instauratis sæpius reiteratisque, vel iisdem, vel novis magistratibus *tergeminos* expondere, aut cum Porphyrione ad geminatos populi in theatro plausus referre. *Torrent.* Loquitur enim de eo qui favorem vulgi captans, optet, quum ingressus sit theatrum, plausum sibi edi a populo. Sic enim exciebantur in theatrum principes, de quibus bene populus sentiebat. Convenit cum hoc loco ii. Od. 17. ‘quum populus frequens Lætum theatris ter crepuit sonum.’ *Stephan.* Vel *tergeminis* quasi a tribus ordinibus, scilicet senatorio, equestri, et plebeio, illatis. *Rutgers.* *Tergeminis*] Honoribus amplissimis, et maximis, vel, Ædilitate majore, *Prætura*, et *Consulatu*. *Tollere*] Extollere ad sublimorem dignitatis gradum.

9 *Illum, si proprio*] Ita distinguunt vulgo, ut ejusdem viri sit, et agros sarculo findere, et possidere quantum producit Africa. Atqui discribenim nimis manifestum est. Altero enim agricola designatur, sedulus,

**beatus parvo:** ut Epod. 11. altero dives, qualem alibi opponit Trasio: hoc est quod de Mario Plutarchus dicit, πλοῦτον ἀρκοῦντα βασιλεῖας ὅμοι πολλαῖς κεκτημένος. Id enim per 'Africæ messes' Poëtæ volunt. Deinde quid tantopere mirandum est, si quisque immensas opes quiete possidere mavult, quam exigni lucelli causa infido mari se committere? *Rutgers. Illum]* Id est alium hominem qui agriculturam exercet. *Si proprio condidit horreo]* Si factus sit dives et copiosus arator.

10 *De Libycis verritur]* Notatur provinciæ Africæ fertilitas. Nec vero ab uno aliquo verri omnia vult Horatius; sed divitem dicit, cui ex singulis que profert Libya abunde satis est. *Torrent. Areis]* Agris latis, planis et apricis. *Cruq. Libycis verritur areis]* Quicquid colligitur ex agris fertilibus, cujusmodi sunt in Libya regione frumenti feracissima.

11 *Findere sarculo]* Agros ligone fodere; vel, agros colere sarculo, quod est genus rastri, Græci τὸ σκαλιστήριον appellant.

12 *Attalicis conditionibus]* Nunquam eum de sententia sua deducas, quamvis regias opes ei offeras, cujusmodi erant Attali regis Pergami.

13 *Nunquam dimoveas]* Lambinus contra omnium exemplarium fidem dimoveas mavult legere: cum dimovereas pro ad aliud studium distrahere, aptissime dicatur. Sensus enim est, effici non facile posse, ut, qui agriculturæ deditus est, ad res nauticas se convertat. *Torrent. Cypria]* Cyprus enim omni materia ad navium ædificationem sic abundabat, ut ab ima carina ad sumnum carchesium, sine subsidiis aliarum regionum, totam navim absolveret, et omnibus armamentis eam instrueret. *Turneb. viii. 15. Cypria]* Nave ex trabibus Cyprisi compacta, pro quavis nave.

14 *Myrtoum mare]* Id mare sive a Myrto Oenomai auriga, in illud præ-

cipitato, sive a Myrtilo quodam, sive a muliere Myrtone, quod Pausanias mavult, sit appellatum, pars est Ægæi maris; uti et 'Icarium,' ab Icaro ibi submerso. *Torrent. Pavidus nauta]* Aptum hoc loco epitheton. Nam qui mutato, quo natura trahitur, studio, mare ingressus est, non potest non expavescere. Alioqui audaces et intrepidi sunt qui assueverunt mari. *Idem. Pavidus secat mare]* Propter naufragii metum.

15 *Luctantem Icaris fluctibus]* Confligentem cum fluctibus Icaris. Sic Græci παλαίωσοι. *Africum]* Qui flat ab occasu hyberno. Recte ergo Virgil. 'Creberque procellis Africus.'

16 *Otium et oppidi]* Non otium sui oppidi, ubi nullum est otium, sed nihil quam negotium et vita sollicita; sed otium et rura sui oppidi, id est, otium rusticum, vitam tranquillam, et ab omni tumultu remotam. *Cruq.*

18 *Rateis quassas]* Naves laceras. *Indocilis pauperiem]* Hellenismus, pro indocilis ad patiendum. Vel qui doceri non potest pauperiem pati.

19 *Est qui nec veteris pocula]* Est aliud genns hominum, qui genio indulgent. *Massici]* Pro quovis vino generoso: nascitur autem in Massicis montibus, qui sunt in Campania. *Lamb.*

20 *Nec partem solidō, &c.]* Hoc est diem frangere. Solidus autem dies totus est et integer, administrandis sine intermissione rebus dicatus. *Demere ergo partem de die,* est aliquot horas ab agendis rebus, quasi furto sublatas, dare voluptati. Demimus enim partem de toto; sed adimimus totum ipsum. *Cruq. Demere de die]* Frangere diem intermittendo laborem, pabuloque corpus reficiendo.

21 *Membra sub arbuto]* Habens membra strata sub arbuto viridi, id est, sub arbuto amœna et conviviis idonea.

22 *Ad aquæ caput]* Caput vocamus, ubi primum erumpunt fontes, et eo-

rum origines. *Sacra*] Pulchre enim Seneca Epist. xli. ‘Magnorum fluminum capita veneramur: subita ex abdito vasti annis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes.’ Verum quoniam se flumina fere in ramos spargunt, nec uno semper ostio in mare deflunt, hinc factum est, ut, cum diversa esse quodammodo videantur, tot capita eis, quot exitus, attribuantur καταχρηστικῶς. Hinc Rheni capita apud Cæsarem, &c. *Torrent.* *Sacra*] Omnis fons in origine sacer est, snoque murmure somnos allicit.

24 *Bellaque matribus*] Matres pro nuptis accipio: quæ bellum omne merito execrantur, ob crebras parentum liberorumque et conjugum mortes. *Torrent.*

25 *Detestata*] Propter filiorum interitum. *Manet sub, &c.*] Venatio non modo jucunda et utilis corpori exercendo, verum etiam multis nominibus semper commendata. Vide Xenophontem de Venatione. *Sub Jove frigido*] Υπὸ Δίδ, sub dio. Periphrasis aëris nocturni, qui ut humidior est, ita et frigidior. Et vide quanta sit assuetudo vitæ cum delectatione, quæ incommoda commodis, dura mollibus anteferat. *Cruq.*

26 *Teneræ conjugis immemor*] Conjugis delicatæ.

27 *Fidelibus*] Mira est eanum fidelitas in dominos.

28 *Seu rupit teretes*] Seu effugit aper ruptis retibus, ex tereti, et rotundo fune contextis. *Marsus aper plagas*] Sabellus, pro quovis apro.

29 *Me doctarum*] Nunc per contentionem describit, quo studii genere ipse potissimum recreetur. *Ederæ*] Daphne Apollini dilecta in lanirum, Cissus a Baccho adamatus in ederam sibi cognominem (nam eam Graci κασσόν vocant) conversi fuere. Merito igitur Poëtæ, qui in Apollinis et Bacchi tutela sunt, lauri atque ederae frondibus coronantur. *Torrent.*

*Hederæ præmia froutium*] Poëtae victores coronis ederaeis donabantur.

30 *Diis miscent superis*] Ad illum animi motum refer, quo divinitus agitati Poëtæ, talia interdum mysteria proferunt, ut cœlestium consortio interfuisse videantur. Hinc et illud est Ovid. vi. Fast. ‘Est Deus in nobis, agitante calecimus illo, Impetus hic sacrae semina mentis habet.’ *Me gelidum nenus*] Umbrosum, opacum. Nemus autem hic accipe per metonymiam pro Diis Silvanis et Fannis, iis enim cum Nymphis immixtum, dicit se conversari et eanere carmina.

31 *Leres cum Satyris chori*] In saltando celeres.

32 *Secernunt populo*] Vel ita me alliciunt, ut nihil communie militi esse velim cum populo. Stephan. Vel me semovent ab urbanis rebus populariisque studio. Turn. xi. 26. *Secernunt populo*] Me dignum faciunt, ut propter excellentiam a vulgo segreger. *Si, neque tibias*] Id est, quia Musis ita visum est, quarum favore et munere divina hæc beneficia consequentur sum. *Cruq.* *Si neque tibias*] Id est, quia sic placet Musis, quarum favore hæc beneficia consequentur sum.

33 *Euterpe*] Dulcis enim tibiarum concentus, vehementer animos afficit ac delectat. Innuit autem Enterpen Musam carminis suavitatem et gratiam sibi non denegare. *Cruq.* *Euterpe cohibet*] Una ex Musis, eaque juennda. *Polyhymnia*] Hanc, Musarum unam etiam, *Polyhymniam* appellant, vel ob multiplicem rerum memoriam, vel ob Harmoniæ facultatem. *Torrent.* *Polyhymnia*] Musarum altera, eni bene dicendi facultas adscribitur.

34 *Lesboum*] A loco nimirum Lesbo insula, idque propter Alcæum et Sappho egregios Lyricos, ex ea insula oriundos. *Lesboum refugit tendere*] Quale barbiton Sappho et Alcæus egregii Poëtæ in insula Lesbo ten-

dere solebant. *Barbiton*] Instrumen-tum multarum chordarum, quo Poëta Alcæus cecinit. *Cruq.*

35 *Quod si me]* Κατ' ἔξοχὴν effert Mæcenatis judicium in discernendis carminibus lyricis, eumque tanquam Criticum statuit: adeo ut fateatur aliis se satis commendatum iri, modo ab ipso vatibus lyricis adnumeretur. *Quod si me]* Si me, o Mæcenas, inter lyricos Poëtas numerabis, ad cœlum usque evehar, idemque digito attin-gam, id est, fortunatus ero super mortalium conditionem; vel ero in oculis oinnium resplendens, ut sidus inter homines.

**ODE II. Προσευκτική. AD AUGUSTUM**

**CÆSAREM.** Deos omnes iratos esse Romanis, ob Cæsaris cædem: unam imperii spem in Augusto constituta-m; et pro ejus incolumitate, ut parentis patriæ, vota facit.

Cum C. Cæsaris Dictatoris mor-tem crebra atque horrenda prodigia sequuta fuissent, celebres ejus sæculi Poëtæ in Augusti successoris gratiam ea sic interpretati sunt, ut Dii, cædis illius indignitate commoti, ultionem meditari viderentur. *Turnebus vi. 8.*

1 *Jam satis terris]* Heinsius κακέφα-tor illud in *satis terris nivis* repre-hendit: quodque levi mutatione sur-repsisse pro *terræ*, et hoc pro *tetræ* credit. Scribit ergo: *tetræ nivis, diræ Grandinis, ominosæ*: ut quæ tot clades ac calamites Pop. Rom. por-tenderet. *Diræ*] Aptissimum hic epi-thetum, quasi Dii iratis immissæ. *Nivem* adjungit, nec frequentem in urbe, et instantis diluvii incremen-tum. *Torrent.* *Diræ*] Grandinis for-midandæ, ut a Jovis ira provenien-tis.

2 *Pater]* Jupiter. *Rubente dextera]* Tres esse manubias, quæ Tuseo vocabulo Deorum fulmina dicuntur, docet Turneb. vi. 1. et Cruquius in suis notis. Porro tertiam hic signifi-carri manubiam, quæ Reipub. statum

concentiat, cum ex rubente Jovis ob ignem plurimum dextera, intelligi-mus, tum ex eo, quod sacras imperii arces, hoc est, ipsum Capitolium, petiverit. *Torrent.* *Rubente Dextera sacras]* Fulmine ex igne rubente.

3 *Jaculatus]* Græce dicitur ξβαλεν, id est, ferriit. Turneb. xxii. 20. *Jacu-latus arces]* Qui Capitolium, vel tem-pla Deorum quum fulmine percusse-rit, Roman terruit, id est, cives ur-banos timere fecit.

5 *Terruit gentes, ne]* Ἐφόβησε μῆ. Timorem incussit ne.

6 *Seculum Pyrrha nova monstra]* Ne tempus eluvionis rediret, cum Deu-calion, et Pyrrha soli ex universo hominum genere relieti Parnassum montem concenderint, ibi ut se tu-tos ab aquarum vi conservarent. *Questæ]* Quæ de admirabilib[us] mon-stris querebatur.

7 *Omne quum Proteus]* Pecus, com-munne etiam marinis animalibus no-men. Auget antem monstrum, quod ne Proteus quidem et ipse Deus, et Neptuni Phocarum custos, littus us-quam invenerit; sed gregem suum nova visurum spectacula in montes egerit. *Torrent.* *Proteus]* Quum Pro-teus Phocarum pastor, et custos, pecus, id est, vitulos marinos, eduxit ad visendum altos montes. *Pecus egit Visere]* Hellenismus, pro 'eduxit ad videndum,' ἦγε ἐπισκέπτεος, ad inspicienda pascua insolita incognita-que. *Cruq.*

9 *Piscium et summa, &c.]* Naturæ contraria dicit deluvio contigisse; scilicet, ut in arboribus hærent pisces: et damæ silvestres in aquis natarent, quas Virg. masculino ge-nere dixit: 'Cum canibus timidi ve-nient ad pocula damæ.' *Comm.* *Ul-mo]* Ulmus ponitur pro quavis ar-bore.

10 *Fuerat columbis]* Atqui id avi-um genus in arboribus non nidificat. Ad turtures ergo referendum: 'Nec gemere aëria cessabit turtur abulmo.'

*Columbis]* Turturibus, vel palumbibus.

11 *Superjecto pavidae natarunt]* Sibi et terræ superinjecto et superimposito. *Lubin.*

13 *Flavum Tiberini]* Id hujus amnis proprium epitheton: multo magis cum eluviem agris meditans, ‘Vorticibus rapidis, et multa flavus arena In mare prorumpit.’ *Flavum Tiberinij* Tiberim turbidum et arenæ colore flavum. *Turn. xxii. 7.*

14 *Retortis Littore]* Loci hujus sententia est: Tiberim infestum Romanis, veluti studio, retortis ac repulsis ab Etruria undis, et retro in caput et sursum versus actis, urbem inundasse, et urbana ædificia diruisse. Vel vidimus Tiberim retrorsum undas suas ab ostiis Tyrrheni maris Romanum versus, ire dejectum, &c. *Littore Etrusco]* Undis repulsis a littore Etrusco, vel a Tyrrheno mari, in quod Tiberis influit.

15 *Monumenta regis]* Regiam Numæ Pompilii.

16 *Templaque Vestæ]* Dionys. Halicarnass. lib. II. tradit, Numam Pompilium ædem Vestæ condidisse extra Romam, quadratam, medio inter Capitolum et Palatium loco, unis mœnibus utroque colle circumcluso: quæ quidem rotunda fuit, eo quod terra, quæ rotunda est, Vesta dicta sit, quod rebus omnibus vestiatur, ant quod vi sua stet, ut Ovid. in Fastis ait. *Cruq. Vestæ]* Fuit Vesta Saturni filia ex Ope, foci custos, et præses, eni Numia Pompilius ædem condidit.

17 *Iliæ dum se nimium]* Iliæ Romuli matri, Tiberis uxori, abs qua Julius Cæsar ortum habuit. *Turn. vi. 8.* *Querenti]* Conquerenti de Cæsaris nece.

18 *Jactat ultorem]* Magnifice gloriat. *Vagus]* Errans extra alveum. *Sinistra]* Ergo sinistra, quia Tiberi currenti urbs a sinistra.

19 *Jove non probante]* Est formula

usitata, de eo quod præter æquum fit et bonum. Sic quod recte fit, ‘æquo Jove’ fieri dicitur. *Jove ergo non probante,* est, irato Jove: non quod Tiberis sinistra ripa labatur: sed *Jove non probante,* cædem Cæsaris, id est, quia non probat: participantem enim vim Græcam habet, et causam notat. *Heinius.* *Jove non probante]* Hoc addit, non quod Jupiter Cæsaris necem vindicari ægre ferret, (nam et ipse ulti accessit,) sed quod ei non placeret, conjugali potius amori, quam tuendæ Cæsaris dignitati, tam iniquam ultiōnem institui, ut tempora quoque dejicerentur. *Torrent.* *Jove non probante]* Jove indignante, et pene invito.

20 *Uxoris amnis]* Tiberi suæ uxori nimium indulgens.

21 *Audiet cires]* Versus proximos quatuor tanquam vates interserit Horatius, prædicens secuturam ex bellis civilibus vastitatem.

22 *Graves]* Ab armorum genere. Hi namque, Sarmatarum instar, ferreis laminis, aut præduro corio conserto muniti, turmisque instructi, mirum dictu, quanti roboris, quantæque formidinis existarent. *Cruq. Graves Persæ]* Persarum nomine Parthos significat, Crassi cæde, et quod Cæsarem, ultiōnem Crassi parantem, perisse audierant, ferocientes. *Torrent.*

23 *Vitio parentum]* Parentum culpa.

24 *Rara juventus]* Id est, posteri nostri, pauci admodum ex bellorum civilium reliquiis, ideoque rari, andient cives in civini corpora gladios exacuisse, quibus Persæ, Pop. Romani hostes, perirent melius, id est, justius perirent.

25 *Quem vocet Divum]* *Ἀποπλά.* More hominum facit, qui in rebus malis, semperque in deterius vergentibus, cum nihil amplius aut remedii superesse aut consilii sentiunt, ad preces et vota configunt, Deisque tutelaribus invocatis, se suaque commendant. Estque quædam παρασκευὴ ad

id quod instituit, nimisnum ut Augustum Divum faciat, qui rebus jam prope desperatis in tempore succurrat. *Cruq.* *Quem vocet Divum?* Hactenus de ostentis, nunc ad eorum procurationes ac numinum obsecrations convertitur. *Quem vocet Di-*  
*rum?* Ergo quem Divum vocet populus? &c.

26 *Imperium rebus?* Est imperium ipsum. *Rebus?* Libertati et dignitati senatus, vergentis ad ruinam. *Prece qua fatigent?* Quibus precibus virginis Vestales impense rogent et obsecrare debeant Vestam?

27 *Virgines sanctas?* Vestales, perpetuae virginitatis honore venerabiles. Quare non Deos tantum immortales suis precibus flectere credebantur; sed et apud Principes viros summa illarum in deprecando fuit auctoritas. *Minus audientem?* Obsurdescentem Vestam propter sceleratam necem cognati sui Julii Cæsaris.

28 *Carmina?* Hymnos, et preces supplicantium.

29 *Cui dabit Jupiter, &c.?* Recte Deos invocaturus, Jovem primum tanquam supremum cæli arbitrum agnoscit: aliorum enim potestas omnis a Jove est, qui solus omnia, cæteri quantum ipse permittit, possunt. *Cui dabit?* Cui Deorum dabit Jupiter partes, id est, munus delendi scelus, quod patraverunt Romani in occidendo Cæsare.

31 *Nube candentes?* Ea amicti sunt Dii cum in terras propitiis descendunt; candida namque fausta sunt; ut contra, nigra, infasta. Nube ergo amictum Apollinem facit, vel quod Dii cum ad homines veniunt non temere yideri volunt, vel nubem pro tennissimo amiculo accipit. *Turneb.* vi. 8. *Amictus?* Habens humeros candentes, nube amictos.

32 *Augur Apollo?* Apollinem etiam primo loco implorat, quod Trojæ auctor, cum Trojanis omnibus eorum posteris, tum Æneæ atque ejus stirpi, ex

qua Cæsar, præcipue faveret. *Torrent.* *Augur Apollo?* Vates, qui præsentit futura. Divinationibus enim Apollo præesse credebatur.

33 *Erycina ridens?* Post Apollinem patrem Angusti, invocat matrem Æneæ (a quo Juliorum familia) Erycianam Venerem, cui Romæ extra portam Collinam magna mole templum extructum ferunt in insigni porticu, Syracusis, ut tradunt, expugnatis a M. Marcello: eoque Deam ex Eryce monte Siciliæ esse translatam Sibyllini carminis monitu: hanc autem mætrices Romæ colebant. *Cruq.* *Erycina ridens?* Venus sic dicta a monte Eryce, ubi religiosissime colebatur.

34 *Quam Jocus?* Circa quam Jocus volat, et Gratiae.

35 *Sive neglectum genus?* A Venere Æneadum genitrice, ad Martem Romuli patrem convertitur. Nam et hunc ‘Patrem’ Romani in sacris vocabant: auctor Macrob. Sat. lib. i. *Genus, et nepotes?* Genus ex oculis tuis rejectum (o Mars) qui opem ferre negligis.

36 *Respicias?* Opitularis et faves: nam Dii intuentes, adjuvare putantur. *Auctor?* Mars, pater Romuli, qui Romanum condidit.

37 *Heu nimis?* Πάθος a diurnitate et gravitate bellorum civilium. *Ludo?* Bellis, quæ sunt Martis ludi et oblectamenta.

38 *Leves?* Galeæ expolitæ.

39 *Acer et Mauri peditis?* Hunc locum ad Historiam referas. Notum enim Iubæ regis adversus Cæsarem bellum, et quanto Cæsarianis terrori fuit ejus exercitus, de quo Suetonius, Cæsare cap. 66. *Acer et Mauri peditis?* Virilis et truculentus, qualis erat Maurorum vultus.

41 *Sive mutata Juvenem?* Et sane in Augusto divina semper indoles eniit: atque aideo Apollinis esse filius, vel ob notum parentis ejus Atiæ somnium, de quo Suetonius cap. 94. vulgo existimabatur. Tum ob præstan-

tiam ingenii, bonis artibus exulti; qua magis quam armis adversarios omnes, et inter illos Antonium ipsum, saperavit. Mercurius aliis videbatnr: nec temere sane; magna enim Mercurio cum Trojanis, unde gens Julia, cognatio erat. *Torrent.* Vel allusum hand dubie ad Græcorum Mercurium, quem 'Promachum' dicebant; qui Eubœos, imitatus Juvenem, dedisse in fugam ab illis fertur. Pausan. Bœot. Augnsum ergo 'Promachum' imperii cum Promachio Mercurio contendit, imo tacite eundem innuit. *Heinsius.* *Mutata]* Mutata figura tni in formam Angusti. *Juvenem figura]* Angustum, cui Poëta assentatur, Mercurium eum esse dicens.

42 *Imitaris]* Repræsentas.

43 *Patiens vocari]* Qui pateris te vocari Cæsaris ultorem. Ordo est: Sive, o tu ales, id est, alate Mercuri, filius almae Maiæ, patieris vocari Cæsaris ulti, imitaris in terris juvenem Augnsum, mutata figura.

45 *Serus in cælum]* Utinam sero in cælum redeas, et diu vivas in terris.

46 *Quirini]* Romuli; pro Popul. Romano.

47 *Nostris vitiis iniquum]* Nostris contentionibus indignantem.

48 *Ocyor aura]* Nescio an eo alludat, quod credidit antiquitas, nimirum Deos primum eum hominibus familiariter egisse: at postea dolos, eorumque fraudes et cætera vitia cum ferre nequirent, iis desertis, in cælos rediisse. Vide Hesiod. *Cruq.* *Ocyor aura]* Velox ventus ne tollat te in cælum e conspectu nostro.

49 *Hic]* Romæ.

50 *Pater atque princeps]* Et Augnsum nullo unquam honore magis gavisus est, quam cum 'Patris patriæ', summo consensu omnium, cognomen tulit. *Turneb.* vi. 8. *Pater atque princeps]* Augustus Senatusconsulto Pater Patriæ appellatus est.

51 *Neu sinas]* Vult, ut Augustus post patris ultiorem, illatas a Parthis

quoque injurias vindicet. 'Equitandi' etiam verbo aptissime utitur, quod gens illa ne urbana quidem negotia, nisi equitando obire, (si Straboni credimus) consueisset. *Torrent. Medos]* Parthos et Medos, quibus bellum inferre Augustus hoc tempore cogitabat. *Equitare iultos]* Ex equo pugnare.

52 *Te duce, Cæsar]* Qui non modo Princeps inter homines, sed Deus etiam effectus: ideoque dux invictissimus.

**Ode III. Προσφωνητική.** Ad Navim, Virgilium Athenas vehentem. Navi Virgilium Athenas vehenti incolumentem precatur. Deinde in hominum temeritatem, audaciamque vehementer insurget, et naturam humanam in vetitum nitit, ostendit.

1 *Sic te]* Ordo est: O navis, quæ debes finibus Atticis Virgilium tibi creditum, precor, sic te regat salutare Veneris sidus, &c. ut finibus Atheniensibus eum salvum restitus, veluti rem tuæ fidei commissam. *Diva potens Cypri]* Cypri regina ac domina: κρατούσα Κύπρου. 'Cypri' quoque appellata est Venus, ob singularem ejus insulæ amorem. Quod vero navi propitiari optat Venerem, ad originem Deæ referendum est, quæ quod Cali testiculis, a Saturno filio abscessis, et spuma mari: uata fingeretur, Ἀφροδίτη et Ἀφρογένεια a Græcis nuncupata fuit: Quod egregie Ovid. in Epist. expressit, dicens: 'Illa dedit faciles auras ventosque secundos: In mare, nec mirum, jus habet, orta mari.' *Torrent.* Vide et *Turneb.* ix. 27. Nota et Venus ἀρδυομένη, id est, ex mari cxiens: de qua Plin. xxxv. 10. Hinc 'marina' dicta ab Horat. iv. Od. 9. 'Qui dies mensem Veneris marinae Findit Aprilem.' *Lambin.* *Diva potens Cypri]* Venus domina Cypri insulæ, ubi præcipue colebatur.

2 *Frates Helenæ]* De his Ode 12. hujus libri: 'Quorum simul alba nau-

tis Stella resulsiit, Defluit,' &c. Illud vero notandum fratres istos non nisi conjunctos periclitantibus succurrere. Hoc enim est, quod Plin. tradit xi. 37. Castorum stellas, cum simul videntur, salutares credi: cum solitariae, graves et noxias esse: Helenæ vero stellam diram semper et infestam. *Torrent.* *Fratres Helenæ]* Castor, et Pollux, nautarum opitulatores. *Lucida sidera]* Nantis sua luce benevolia.

3 *Pater]* Æolus.

4 *Obstrictis aliis]* Aliis ventis vincitis, et in utre inclusis, quemadmodum ab Æolo omnes venti dati sunt Ulyssi præter Zephyrum, qui liber et solitus cum deferat in patriam. *Præter Iapyga]* Sunt peculiares quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentes cœli tractum. Gellius ii. 22. *Iárvya*, inquit, 'ex ipsius Apulie ora proficiscentem, Apuli eodem quo ipsi se nomine Iapygem dicunt. Eum esse propemodum Caurum existimo: nam et est occidentalis et videtur aduersus Eurum flare.' Virgilis vero Brundusio solvit Orientem versus. Nulli autem dubium quin ad utrem Ulyssi plenum ventis præter Zephyrum ab Æolo donatum respexerit Horatius. *Torrent.* *Iapyga]* Ventum ex Apulia flantem, iis utilem, qui ex Italia in Græciam navigant.

5 *Navis, quæ tibi]* Navem, tanquam bonæ fidei debitorem admonet, ut quem sospitem acceperit, sospitem reddat. *Torrent.*

8 *Animæ dimidium meæ]* Vitæ meæ dimidium. Amicorum enim una est anima in duobus corporibus.

9 *Illi robur et æs triplex]* Pro tripli-cati æris robore dictum accipimus: ut 'æterna ferri robora' dixit Virg. et 'orbem ære cavum triplici,' pro clypeo minitissimo: quasi ferreum ænemum fuisse dicat Poëta, qui primus navigare ausus sit, Gr. σιδηρός φρων et χαλκοκάρδιος. *Torrent.* *Illi robur]* Erat ille animo robusto, et pec-

tore ferreo, qui nullius periculi metu territus, primus navigare ausus est. Illi erat χάλκεον στῆθος. *Æs triplex]* Acron et Lambinus volunt, verbum esse ab usnariis tractum, quorum avaritia, spe lucri vel commercii inventum navigium sit.

12 *Præcipitem Africum]* Africum impetuosum, qui præcipitat quicquid impellit.

13 *Decertantem Aquilonibus]* Colinctantem cum Aquilonibus.

14 *Hyadas, nec rabiem Noti]* Stellas a fratre Hyante sic dictas; noxias admodum, et pluviosas, quia suo ortu et occasu pluvias solent excitare, ἀπὸ τοῦ θεοῦ dictæ.

15 *Quo non arbiter Adriæ]* Quo Non-to nullus est ventus major dominus maris Adriatici, id est, qui majus obtinet imperium in mare Adriaticum, sive concitare, sive sedare vult fluctus. *Arbiter]* Per arbitram ergo dominum intellige, et eum, qui alteri suo arbitratu imperat: ut ii. Od. 7. 'bibendi arbitrum appellat,' convivii regem, et qui leges bibendi in convvio ponit. *Lamb.* *Adriæ]* Nomen hoc in opt. ac vetustissimis codd. semper cum aspiratione scribitur. *Torrent.*

16 *Seu ponere]* Τίθεσθαι, ad imitationem Græcam, moderari, regere, compouere. *Cruq.*

17 *Quem mortis timuit]* Morti proximi sunt qui navigant, scitumque illud Anacharsis apud Laërtium. Cum enim a nanta didicisset navium crassitudinem esse quatnor digitorum, 'Tantum,' inquit, 'a morte absunt, qui navigant.' Eleganter itaque Juvenal. Sat. xii. 'I nunc et ventis animam committe dolato Confisus ligno, digitis a morte remotis Quatnor, aut septem, si sit latissima tæda.' *Torrent.* Acron tres gradus mortis constituit, fatum, casum, et genituram. *Gradum]* Quod genus mortis timuit? ad quam quasi gradibus imus.

18 *Siccis oculis]* Absque lachrymis, ἄδακρυς. *Monstra notantia]* Cete,

*pisces monstrosos.*

19 *Turgidum*] Non improbo *turbidum*: illud orituram, hoc jam ortam tempestatem significat. *Torrent.*

20 *Acroceraunia*] Non uno in loco summa montium a Græcis κεραύνια dicta invenias, quod crebro fulminibus icientur: ea tamen Epiri iugum ultra etroque ex Italia et Græcia navigantibus notissima fuere; media nempe, inter Hadriaticum et Ionium. *Torrent.* *Acroceraunia*] Altos montes in Epiro a fulmine sæpe ictos, idcirco infames propter crebra naufragia ibi facta.

21 *Nequicquam Deus*] Frustra Dei providentia dissociavit terras a mari, si homines nihilominus audent navigare. *Abscidit*] Separavit.

22 *Oceano dissociabili*] Sic de elementis Ovid. ‘Dissociata locis concordi pace ligavit.’ *Dissociabili*] Quem necesse erat a terris secludi propter salutem hominum, aliorumque animantium, quæ usui humano inservientia terræ pabulo nutriumtur.

23 *Impiae*] Impii homines cum ratis, qui Dei consilium, in hoc, scilicet navigando, videntur contemnere.

24 *Vada*] Loca in mari periculosissima.

25 *Audax omnia perpeti*] ‘Οτιοῦν πάσχειν, quidvis agere et suscipere. Dicit nihil tam esse arduum, nihil tam periculosum, quod mortalium cupiditas inanum relinquat, idque exemplis confirmat. *Audax omnia perpeti*] Parata ad quamvis facinoris pœnam preferendam.

26 *Ruit per retitum nefas*] Impetu fertur, non ratione ad res lege veritas.

27 *Iapeti genus*] Prometheus Japeti filius.

28 *Fraude mala*] An aliqua frans bona? Ulpianus sane Pand. lib. iv. ad ea Prætoris verba: ‘Quæ dolo malo facta esse dicentur, de his judi-

cium dabo.’ ‘Non fuit,’ inquit, ‘contentus Prætor dolum dicere; sed adjectit malum; quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, et pro solertia hoc nomeu accipiebant.’ *Torrent.* *Fraude mala*] Furto. *Intulit*] Hominibus distribuit.

30 *Subductum macies, &c.*] Post ignem e cœlo furtim ablatum. *Nora febrium*] Inaudita morborum multitudine terram occupavit.

31 *Incubuit*] Occupavit terras, ob-sedit atque oppressit. *Incubandi* verbo aptissime usus est, quo pervicacia quædam et mira assiduitas significatur: ut apud Virg. ‘defossoque incubat auro;’ et ‘Ponto nox incubat atra.’

32 *Tarda necessitas*] Necessitas mortis, prius tarda et matura senecta venientis, celeravit gradum, et citius advenit.

31 *Vacuum Dædalus æra*] Aëra apertum, vel inanem, ab hominibus infrequentem.

35 *Non homini datis*] Sed avibus, quibus proprium est volare.

36 *Acheronta Herculeus labor*] Hercules per vim descendit ad inferos, ut inde tricipitem Cerberum ad superos protraheret.

37 *Ardum est*] Difficile est.

38 *Cælum ipsum petimus*] Cœlum ipsum affectamus, ut olim Gigantes et Phaëthon. *Stultitia*] Stultitiae vocabulum pro quoquinque mentis errore ac vitio accipio. Sensus enim est: Nos cœlum ipsum peccando lacessere, ac Jovem provocare: qui cum scelerum justissimus vindicta sit, fieri non posse, ut impuniti maneamus. Culpæ enim pœnam esse comitem necesse est. *Torrent.* *Stultitia*] Per stultitiam, unde nostra vitia enascuntur.

39 *Per nostrum scelus*] Nostris maleficiis et sceleribus videmur quodammodo vim Jovi afferre, eumque cogere, ut assidue fulmen habeat in manibus. *Lambin.* *Per nostrum scelus*]

Per nostram impietatem.

40 *Ponere fulmina*] Deponere fulmina, quæ Jupiter effectus iratus sumit in manus, ut improbos exanimet.

**Ode IV. Παραινετική. AD L. SEX-**

**TIUM.** Ex Veris descriptione occasione sumpta, et communis moriendi conditione ac vitæ brevitate, ad carpenda gaudia hortatur Sextium.

Torrentius existimat hanc Oden scriptam fuisse ad L. Sestium. Anno enim urbis conditæ 730. quo tempore floruit Horatius, consules in Augusti et Murenæ locum sufficti funere L. Sestius P. F. et Cn. Calpurnius Piso. Atque hic ille est Sestius Bruti amicitia clarus, quam et eo devicto constantissime servavit: ob id, ipsi quoque Augusto commendatus: auctor Dio extrem. lib. XLIII.

1 *Solvitur*] Similis descriptio apud Virg. ‘Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, et Zephyro putris se gleba resolut.’ Notum quoque ‘Aprilem’ mensem inde dictum tradi, quod ‘terram aperiat’ hyeme adstrictam: nam ‘rura gelu tunc claudit hyems.’ *Torrent. Solvit-* tur] Veris adventu mollescit, et relaxatur terra, quæ fuerat hyemis frigore vincta, et astricta. Hanc Oden Aprili consecratam puto: nam Kal. Aprilis manifesto designant illa: ‘Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myro, Aut flore terræ quem ferunt solutæ.’ Innuit enim morem veterum, quo matronæ Kal. Aprilibus myro coronatae lavabant. Caussam reddit Ovid. ‘Vos quoque sub viridi myro jubet ipsa lavari: Caussaque cur jubeat, discite, certa subest. Littore siccabat sudantes rore capillos: Viderunt Satyri turba proterva Deam. Sensit: et opposita texit sua tempora myro; Tuta fuit facto: vosque referre vetat.’ Alternum est, quod Palilium aperte meminit, quæ hoc mense celebrata fuisse, nemo est, qui ignoret. Ea enim respexit illis: ‘Nunc et in

umbrosis Fauno decet immolare lucis, Seu poscat agnam, sive malit bædum.’ Nam Palilibus, ut e Gratio observavit Hadr. Turneb. in Iustinatione ovium ei Deo immolabant. Verissimum ergo quod dixi, non alium hac Ode celebrari mensem, quam Aprilium: unde decore Horatius Venerem suo mense choreas agitare finit: decore quoque navigationis meminit, quod eodem mense eadem præses ejus Dea maria, e quibus orta est, aperire creditur. Et ita Ovidius in Aprili: ‘Vere monet curvas materna per æqnora puppes Ire, nec hybernas jam timuisse nives.’ *Rutgers. Acris hyems*] Hyems mordax, aspera. *Grata vice veris, &c.*] Vere in vicem redenente, quæ vicissitudo post asperam hyemem grata est. *Favonii*] Zephyri, qui verno tempore flare incipit.

2 *Trahuntque siccias, &c.*] Habet et mare suam briniam. Quo tempore quemadmodum terra gelu, sic sævitia tempestatum, clausum etiam mare dicitur. Eoque sensu egregie Horat. II. Sat. 2. ‘Atrum Defendens pisces hyemat mare.’ Trahendi vero vocabulum ambiguum est: nam quoque trahas recte dixeris, cum e pelago in terram submoventur: sed tunc siccæ non sunt. Aptius sane optimus dicendi artifex Virgil. cum intermissa navigatione reponuntur naves, ‘Quassatam ventis liceat subducere classem:’ et paulo post, ‘Subducite naves.’ Cum vero rursus exponuntur, ‘Deducunt socii naves,’ &c. *Trahuntque siccias*] Trahunt in mare ad navigandum naves siccias, atque ideo siccias, quod a principio Novembrio usque ad initium Martii conqueverant extra aquam in navalibus. *Machinæ*] Quasi phalangæ, teretes sunt fastes, qui navibus subjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, aut cum ad littora subducuntur. *Lamb. Machinæ*] Instrumenta quæ maximas habent virtutes ad moles suo loco movendas.

3 *Jam stabulis gaudet pecus*] Ut in hyeme. *Aut arator igni*] Mutari dicit usum vitæ, mutatione temporis. Virg. ‘Ante fœnum si frigus erit, si messis in umbra.’ Comm.

4 *Albicant pruinis*] Albescunt.

5 *Jam Cytherea choros ducit*] Merito Venerem chorearum ducem facit, quod ea vere, et præsertim mense suo Aprili, terras revisens, omnia exhilarat, et, calore ossibus redeunte, amores conciliat, ut Lucret. et Virg. cecinere. *Jam Cytherea*] Clementia temporis etiam invitari dicit animos ad lundum; ita ut de nocte saltationibus vacent, Venerique. Comm. *Cytherea choros ducit*] Cytherea insula est contra Cretam, in quam ferunt Venerem primum vectam concha marina. *Venus*] Venus dux clori jam cum Nymphis et Gratiis ad Lunam saltat imminentem, id est, propinquam, et supra caput lacentem. *Inminente Luna*] Simpliciter ad noctem refer; nam Diis noctu potissimum gratae sunt terræ, ne mortalium oculis conspirantur. Quare de nocte sic Statius: ‘Tunc Superis terrena placent’ atque hinc nocturnæ magorum ac sagrum choreæ. Turneb. *Advers.* ix. 27. *Inminente*] Tempus præsens, sive incipiens, non aliter quam *tempus imminentis a Græcis*, hoc est, ἐνεπτὼς χρόνος, dicitur. Principium autem Aprilis Veneri sacrum erat, ut ex Fastis scimus. Venus ergo choros Calendis suis ducit, quas Græci, qui Calendis carent, *imminentem lunam, ισταμένην σελήνην*, hoc est, mensis principium aut Lunæ vocant: sive ipsum novilunii tempus, quod imminebat. *Luna imminens ergo, novilunium. Heinsius.*

6 *Gratiæ decentes*] Quæ sunt Veneris et Liberi filia, nec immerito: Gratiæ enim per horum fere numinum munera conciliantur. Venus sane nulla sine Gratia est, hoc est, comitate illa, qua se mulier commodat viro, ac submittit ultiro. Quod in ἐρωτικῷ Plutarchus ostendit. Turneb. xxx. 11. *Gratiæ decentes*] Quæ

nudæ pinguntur, quia fides aperta et simplex esse debet. Comm. *Gratiæ decentes*] Aglaia, Euphrosyna, Thalia.

7 *Alterno terram quatunt pede*] Nunquam hoc, nunc illo pede terram pulsant numerose saltantes. *Dum gravcis*] Nam Vulcanus in Ætna monte cudit fulmina cum gigantibus, quorum opera et ministerio in iis fabricandis nititur. *Dum gravis*] Vel simpliciter intelligendum; quod eo tempore olla Ætnæ montis exæstnare incipiat. Vel per graves officinas ipsa membra genitalia significavit, quæ vere naturalem coëundi fervorem accipiunt. Comm.

8 *Vulcanus ardens*] Consequens sane, ut qui ob ignis naturam ipse ardeat, quicquid attigerit, perurat: quamquam et ad operis diligentiam hæc referri possunt. *Urit officinas*] Non revera urit, sed Poëta vehementem ignis ardorem exprimit, quo metallæ liquescunt. *Urit officinas*] Quod cum veris tempore crebriora existant fulmina, diligentius ea tunc fabricare Vulcanum conveniat: ne Jovi scilicet tela desint. *Torrent*. *Vulcanus ardens urit officinas*] Cum veteribus libris malo visit: quod et in Pinakeriano existat. Ita iii. Od. 28. de Venere: ‘Quæ Cnidon Fulgentesque tenet Cycladas, et Paphon Junctis visit oloribus.’ Apollonius lib. iii. de Vulcanis: ‘Αλλ' ὁ μὲν ἐς χαλκεῶνα καὶ ἄκμανθας ἦρι βεβήκει. Rutgers.

9 *Nitidum caput*] Caput unguento delibutum et splendescens. *Impedire myrto*] Implicare atque involvere. At expedire contrarium est. Et recte ex arbore ‘myrtum’ tantum nominat, Veneri nempe sacram, unde et apud Romanos ‘myrtle’ dicta. Inter flores vero non distinguit: omnes fere Veneri gratissimi. *Impedire myrto*] Coronare caput seruo ex myrto, aut aliis floribus, concinnato.

10 *Terræ quem ferunt solutæ*] Quem veris calore laxatae producent terræ, quæ hyemis calore fuerant contractæ.

11 *Nunc et in umbrosis*] Anno jam

expleto, scil. veris tempore. *Fauno deceat*] Faunum ac Fannam, quām et Fatnam vocabant, patrios Latinorum Deos fuisse, sic a 'fando' dictos, quod in sylvis, ille viris, hæc mulieribus fata præcinerent. Hinc Fannum etiam Romani sacrificiis et carminibus coluerint. *Torrent*. *Fauno deceat*] Fanno rusticorum Deo, quem quidam volunt eundem esse atque Pana. *Immolare lucis*] Sacrificare vel agnam, vel hædonam, utrum mavult.

*12 Seu poscat agnam*] Omnes fere MSS. *agna* et *hædo*, vel *aedo* sine aspiratione, legunt, quod non video cur lectori tantopere displiceat. Cur enim non ut 'facere,' sic *immolare* cūm quarto et sexto casu conjungamus? Apud Virgilium sane, 'cūm faciam vitula,' et 'cūm faciam vitulam,' in diversis exemplaribus optimæ fidei legitur.

*13 Pallida mors*] Mors pallidos efficit. *Æquo pulsat pede pauperum*] Indifferenter et æque fortiter principiū fores atque pauperum casas pulsat. *Tabernas*] Domos humiliores.

*14 Regumque tresses*] Per *tresses*, vel munitas Regum arcēs intelligo, a terendo, ut volunt, dictas: vel celsas dīvitum domos.

*15 Vitæ summa brevis*] Στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστιν δὲ βλος, inquit Plutarchus. Quid enim puncto temporis brevius? et tamen si ad æternitatem respicias, ne puncto quidem temporis vivimus. *Vitæ summa*] Pro paucorum annorum numero. *Comm.* *Vitæ summa*] Breve vitæ spatiū longam sperare vitam nos vetat.

*16 Jam te*] Statim te opprimet mors, quæ, secundum Epicureos, nihil habet præter tenebras. *Fabulæque manes*] Ego manes dici *fabulas* existimo, ex Epicureorum sententia, quod nihil præter inane commentum sint: sic enim hoc vocabulo veteres usi sunt; nec dubium, quin Horatium imitari voluerit Persius, Sat. v. 151.

cūm ait: 'Indulge génio, carpamus dulcia. Nostrum est Quod vivis. Cini, et manes, et fabula fies.' *Fabulæque*] Fabulosi inferi, de quibus et Poëta, et Philosophi tam multa fabulantur. *Manes*] Dii boni *Manes* dicebantur, unde et 'mane' tractum putant: nam 'mane,' apud antiquos bonum dicebatur. *Comm.*

*17 Domus exilis Plutonia*] Non quia ipsæ animæ exiles, hoc est, umbratice: vel quia inanis et vacua. Sed arctam et angustam frequenti animalium concursu redditam Plutonium domum interpretabor. hyperbolice enim Flaccus significat, per assidas bellorum civilium cædes, tam immanes acervos, hoc est, tantas jam primæ accessiones factas mortuorum, ut metuendum sit, ut vel ipse Acherruns, tametsi maximus et vastissimus capacitate sua, satis porro futurus non sit morituro gregi. *Douza*. *Domus exilis*] Virgil. 'domos Ditis vanas,' et 'inanis regna' vocat. *Domus exilis*] Ut quid, magnam illam domum, quo paulatim omnes, tauquam ad fatale quoddam πανδοχεῖον, cogimur, exilem dixit? Quare aliud exco-gitaudum. Veteres fatalem illum locum, quo nunquam redituri a natura relegamur, *exilium* dicebant. Sic Seneca Herc. Fur. 'Nocentum exilia,' locum illis apud inferos destinatum vocat. Et Flaccus II. Od. 3. 'Et nos in æternum Exilium impositura cymba.' Ergo *domus exilii* censerem legendum, quod est *exilium*. Utere, inquit, ætate tua, Sexti; jam enim nox et manes tibi instant, et *exilium* illud, quo cum relegatus fueris, neque vino, neque amoribus vacabis. *Heinsius*. *Domus exilis Plutonia*] Per exilem domum intellexit Poëta 'sepulchrum.' Quod cur *exile* vocet, non est, quod rationem afferam, cūm cuivis notum sit, quam exigui loco claudamur mortui, qui tanto paratu tam lata terrarum spatia vivi conquiri mus. Sepulcrum autem 'domum'

vocavit etiam Tibullus III. 2. ‘Post hæc carbaceis humorem tollere velis, Atque in marmorea ponere sicca domo.’ Pedo in Consolatione ad Livi-am: ‘Clandite jam Parcae nimium reserata sepulchra, Clandite, plus justo jam domus ista patet.’ *Rutgers. Exilis]* Domus tenuis, et parva sic dicta ob manes exiles illic habitantes, qui aspectum oculorum fuginnt, nec possunt circumscribi. *Quo simul measris]* Ad quam domum simul ac mi-graveris.

18 *Nec regna]* Non eris bibendi magister, cui constitnenti leges in conviviis omnes parere necesse erit. *Regna sortiere talis]* ‘Sortiri judices,’ ‘provincias.’ Romani dicebant, cun qui judices ac provinciarum rectores futuri essent, sorte legebantur. Eam in Repub. consuetudinem ad conviviorum magisteria, tanquam de re magna loqueretur, eleganter transtulit Horatius. *Talis]* Talorum jactu: Veneris enim jactus regem vini efficiebat.

19 *Lycidam mirabere]* Puerum mollem, et delicatulum. *Quo calct]* Cujus amore juvenes nunc ardent.

20 *Mox virgines]* Ubi Lycidas adleverit, virgines ejus complexu cu-pient potiri. *Virgines tepebunt]* Amoris ardore paulatim inflammabuntur. *Lubin.* Vel, ut Cruquius explicat, frigidiores erunt, quam ut te jam senio prope et frigore confectum accendere suo calore poterint. Vel ‘teper’ dicit, ob sexus fæminei verecundiam.

**ODEV.** Προσφωνητική. AD PYRRHAM. Horatius ex Pyrrhae illecebris, tanquam e naufragio enataverat, cuius amore irretitos affirmat esse miserros.

1 *Quis multa]* O Pyrrha, quis puer tenero, et gracili corpore, id est, quis adolescens ætati puerili proximus, te multis in rosis urget, id est, arcte avideque amplectitur? *Gracilis puer]* Tenere molliterque educatus, impu-

bes, rerum imperitns, decipi facilis. *In multa rosa]* In odoribus ad fasciam provocandam. Fortassis intel-ligit ροδουντίαν λοτάδα, id est, genus odorati edulii et scitamenti, in quo rosæ intritæ in olla ad mensam ferebantur, de quo Athen. lib. VIII. *Cruq.*

2 *Perfusus liquidis]* Delibutus un-guentis, quæ odores effundunt. *Liquidis odoribus]* Unctionibus, quibus totum sæpe corpus oblini solebat, quæ διαπλάσματα nominabantur. Liquidi vero odores siccis aridisque opponi possunt, quæ διαπλάσματα vocant.

3 *Antro]* In fornice, vel lutanari, ubi meretrices aliquando latebant, ut alienos oculos in re pudenda fugerent: aliquando prostabant impudice ad captandam prædam.

4 *Cui flaram]* Cujus gratia crines flavos habes religatos, ut ei placeas.

5 *Simplex munditiis]* Munditias pro-prie vocat, quæ ad corporis curam spectant; quibus Pyrrham suæ confi-sam formæ simplici usam significat. *Simplex munditiis]* Simplici munditie contenta, absque sumptuoso corporis cultu. *Heu quoties]* Pathetica ex-clamatio in adolescentem miserum, quem Pyrrha nunc suis illecebris de-tinet captivum; tantisper ei suavis et jucunda benignaque futura, dum habet, quod donare possit. *Cruq.* *Fidem]* Promissa in levitatem, et perfidiā mutata.

6 *Deos flebit]* Venerem cum suis pedissequis, scilicet Gratiis, risu, jo-co, osculis, aliisque bujusmodi, quæ tales amores comitari, facileque mutari soleant. *Aspera nigris]* Synchus-sis: pro æquora nigra ventis asperis. Et cur nigris ventis? An quia tem-pestates, quæ a ventis excitantur, nigrae sunt? idcirco tempestatibus et hyemi nigra pecus immolatur. Ut Virg. Æn. III. ‘Nigram hyemi pecu-dem,’ &c. An quia nigra omnia de-formia et injucunda sunt? Lamb. *Aspera]* Allegoria est ducta a mari ventis agitato, significans meretricium blan-

ditiā more tempestatum mobiles esse, et inconstantes.

7 *Nigris*] Tempestates a ventis agitatae sunt nigræ. *Æquora ventis*] Per æquora significat meretricem fallacem, quæ ex serena et placida facta est sœva et implacabilis.

8 *Emirabitur*] Pro, supra modum mirabitur. *Insolens*] Pro insuetus, qui id, de quo dicitur, facere non soleat, ut Donatus inquit. Sic insolens belli, injuriæ. *Insolens* etiam arrogantem et contra legem ac communem vitæ consuetudinem audentem aliquid significat. Sic ‘insolens Achilles.’ *Torrent.* *Insolens*] Insuetus, et talem in Pyrrha meretricum amorem non expertus.

9 *Te aurea*] Te experitur admodum paratam, promptam, ac liberalem: non asperam, non duram, neque ferream: vel *auream* pulchram accipe et formosam, vel optatam, charam, amabilem. *Lamb.* Vel qui te fruitur charissima sibi, multumque amabili et optata, et sibi instar auri cupita. *Turneb.* ix. 27. *Aurea*] Sic eam vocat, in qua nihil ultra desiderari possit, et auro contra caram, ut Planti verbis utar. Atque ita Ovid. ‘Illa meis oculis aurea semper erit.’ *Torrent.* *Aurea*] Te pulchra et amabili. Quid enim auro amabilius?

10 *Vacuum*] Qui sperat, te sibi soli vacante et paratam fore, aliis omnibus contemptis.

11 *Nescius auræ*] Inconstantiae muliebris ignarus. ‘*Varium*’ enim ‘ac mutabile semper fæmina.’

12 *Miseri, quibus*] Miseri sunt ii, quibus non probata neque usu cognita fulges, et amabilis videris.

13 *Intentata nites*] Miseros eos vocat, quibus illa, nondum bene perspecta in amore, placeat ac formosa videatur; ut puta qui non nisi ieti sapiant; atque adeo ignari, meretricis illecebra capiantur: evasuri, si tentamenta aliqua amoris ante cepissent. Sic enim Virgil. loquitur *Æ-*

*neid.* viii. ‘Neque prima per artem Tentamenta tui pepigi.’ *Torrent.* *Nites*] Nitere, ad munditium pertinet. *Me tabula*] Ab eventu suo docet, quam sint miseri adolescentes, qui se impudicarum blandimentis illaqueari sinnunt: sumpta Metaphora a naufragis. *Mc tabula, &c.*] *Tabula votiva, sacerparies*, verba sunt rei quam tractat aptissima: ut miseros enim amantes consoletur, se quoque in eadem fuisse navi ostendit, sed facto naufragio enatasse, enjus fidem faciat tabula, ex voto in Neptuni templo de pariete suspensa. *Torrent.* *Sacer*] Sacellum, vel templum Neptuno dicatum. Est Allegoria dñcta a naufragis, qui periculo elapsi Neptuno solebant suspendere tabulam, in qua naufragii casus depingebatur.

14 *Votiva paries*] Quam vovi mediis in periculis, id est, Pyrrhæ blandimentis.

15 *Potenti Deo*] Potens, est etiam potiens. *Turneb.* vi. 6. *Potenti*] Neptuno imperium maris obtinenti.

16 *Vestimenta maris*] Naufragi sua vestimenta, in quibus fuerant servati, Neptuno etiam consecrabant.

ODE VI. ‘Τυθετική. AD AGRIPPAM.

Varius tragœdiographus bella ab Agrippa gesta decantabit: Horatius vero conviviis tantum et amoribus describendis aptus est et idonens.

1 *Vario fortis*] Scriberis a Vario, Mæonii carminis alite, id est, majestate carminis Homerici; vel, penna, et stylo carminis Homerici; vel, ab heroico Poëta cantu prædicto plane Mæonio, id est, Homericō: fuit enim Homerus aut ex Mæonia, aut Mæonis filius. *Fortis*] Invictus et strenuus imperator. Laus a militari fortitudine. Scribit enim Paterculus, Agrippam, virtute, labore, vigilia, periculo, invictum. Ejus res gestas lege apud Dionem, Appianum, &c. *Cruq.*

2 *Mæonii carminis alite*] Pari cum

Homerico carmine fortuna atque eventu. Varium igitur cum Homero comparat, idque ad Agrippæ etiam gloriam spectat, cuius res gestæ tamē pœconem sortiantur. Lambinus legi vult aliti, et Varium alitem Mænii carminis vocat. *Torrent.* *Alite]* Ales etiam metaphoricaw pro Poëta sumi potest, qui canendo, id est Heroica describendo, Homeri instar in altum fertur. *Cruq.*

**3** *Quam rem?* Quaecunque rem. *Navibus aut equis?* Omni quidem militæ genere præstabat Agrippa, sed navalii gloria magis enituit, præfectus universæ classi contra Sext. Pompeium, ac post victoriam rostrata donatus corona. Nec otiosum videtur, quod navibus equos adjunxit Horatius: nam antequam bellis Siculis præficeretur, jam consul, res præclare in Gallia gesserat, secundus Romanorum transgressus Rhenum, Galli vero et Germani sine equestris militis robore, non facile vincuntur. *Torrent.*

**6** *Peleidæ stomachum?* Pro θυμὸν dixit, et periphrasticaw Iliadem designat. *Stomachum?* Iram implacabilem Achillis, Peleo et Thetide geniti. *Cedere nesciū?* Qui placari noluit.

**7** *Cursus duplicitis?* Id est, Odysseam, periphrasticaw, in quibus duplices Ulyssis cursus describit, id est, errores varios, perque maria spatiosa latos. Et quid si per *duplices* intelligamus, bis decennales? Alii, et rectius, legunt, *duplicitis*, id est, versuti, callidi. *Cruq.* *Cursus duplicitis?* Navigations longas subdoli Ulyssis, qui aliud loquebatur, aliud sentiebat, unde a Græcis dictus est διπλοῦς. *Duplicis Ulyssei?* Recte Lambinus explicat, ut Græci usurpant διπλοῦν ἄνθροπον. Neque omittendum quod Florens Christianus annotavit, *duplicem* fortasse dici, quod bis inferos ingressus esset. Unde et a Simmia Rhodio in Ara vocatur δίγως· Πανός τε ματρὸς εὐνέτας, φῶρ

Δίγως. Quod Theognis dicit nullum ab inferis redisse, nisi Sisiphum, et cum illius meminisset, si aut Herculis aut Thesei noluit, Ulyssem saltem Sisiphum, ut fama est filium, omittere non debebat. *Rutgers.*

**8** *Nec særav Pelopis?* Cum Pelopis domum dicit, uberrimam bellorum ac rerum Tragicarum tanquam segetem proponit. *Torrent.* *Nec særav Pelopis?* Alludit ad Thyesta, Tragœdiam a Vario conscriptam, in ejus commendationem. *Særav Pelopis domum?* Særav propter varia homicidia in eadem familia perpetrata: nam Pelops a Tantalo patre, Atreus et Agamemnon ab Ægysto, Clytennestra ab Oreste filio est occisa.

**9** *Tenues grandia?* Hos, qui tenui sumus ingenio, non audemus dicere grandia, viribus nostris imparia.

**10** *Imbellisque lyra Musa?* Dum Polyhymnia Musa lyræ (quæ potestatem habet in Lyram, imbellem nempe, et ineptam ad res bellicas scribendas) me vetat deterere, id est, diminuere atque extenuare tuas et Cæsaris laudes.

**11** *Egregii Cæsaris et tuas?* Bene utriusque laudes conjunxit, cum Cæsar is auspiciis omnia gesta sint: et aliqui nihil illis conjunctius, sive affinitatem, sive amicitiam, respicias; adeo ut certo tempore, si Dioni credimus, in iisdem etiam ædibus vixerint.

**12** *Culpa?* Ingenii mei tarditate. *Deterere laudes,* dixit, pro adferre laudibus detrimentum: facta enim dictis exæqua nda sunt, ut Salust. inquit.

**13** *Martem tunica?* Martem, id est, viros bellicosos tectos et indutos lorica, quæ dura et solida est ut adamias.

**14** *Pulvere Troico?* Id est, qui prælii tempore semper inter medios hostes versabatur, neque vulnera extimescebat. Erat autem Meriones Idomenei comes atque amicus. *Lamb.*

- 15 *Merionem? aut]* Virum fortissimum, pulvere Troico squalidum, et obductum. *Ope Palladis]* Pallas semper openi tulit Diomedi Tydei filio.

- 16 *Superis parem]* Animo et fortitudine Diis æqualem. Nam Martem et Venerem Diomedes vulneravit.

- 17 *Nos prælia, &c.]* Amantium contentiones et lusus: facete admodum alludens ad heroum gesta. Se quoque in præliis versari dicit, sed non duris et multum sanguinolentis: sed molibus et amatoriis, in quibus non opus est ferro et armis adamantinis; sed unguibus, iisque resectis, ne vulnerentur amantes.

- 18 *Acrium]* Virgines et puellæ ita aeres sunt in juvenes, ut tamen nubes suos ad repugnandum sectos habeant, ne forte pugna sit cruenta, quod raro fit.

- 19 *Vacui; sive]* Sive quod sumus vacui, id est, valde otiosi, sive quod urimur, id est, aliquantulum amarus. *Sive quod urimur]* Sensus est, eum sive amore vacuum, sive non, semper hæc meditari studia. Nec mirandum si inconstanter amet, qui ita jam consueverit. Quam levitatem suam Epod. xi. et ii. Sat. 7. abunde testatus est. *Torrent.*

- 20 *Non præter]* Nostro more leves, et inconstantes, quod amatoribus proprium est, et usitatum.

**ODE VII. Παραιετική. AD MUNA-**  
**TIUM PLANCUM CONSULAREM.** Alii alias laudent civitates, et regiones: Horatius vero reliquis anteponit Tibur, ubi natus est Plancus, quem ad diluendas vino curas cohortatur.

1 *Claram Rhodon]* Rhodum, Ephesum, Mitylenen, ut urbes delitiis affluentes, uno versu complectitur Mart. x. 68. ‘Cum tibi non Ephesus, non sit Rhodos aut Mitylene, Sed domus in vico Laelia Patricio.’ Dictæ autem Mitylene, a Macarei filia Mitylene; quemadmodum et a patre insula ipsa Lesbos dicta, olim Macaria.

*Torrent. Claram Rhodon]* Rhodon claram propter elegantem structuram trium civitatum, quæ sunt in eadem Insula: aut claram, id est, præclarum portibus, viis, mœnibus, legum præstantia, &c. aut claram, id est, semper illustratam radiis Solis, qui puellæ Rhodiæ amore captus, Insulam ab ea non inavit Rhodon. *Mitylenen]* Mitylene urbs est in Lesbo.

2 *Ephesum]* Nobilissimam civitatem ab Amazonibus extractam, et magnæ Dianæ templo nobilitatam. *Bimaris-  
te Corinthi]* Liv. lib. XLV. ‘Isthmus duo maria ab occasu et ortu solis finitima arctis faucibus dirimens.’ Hoc est, quod *bimarem* hic Horatius vocet. Claudian. in Eutropium, lib. I. ‘Ephyreia Lais E gemino ditata mari.’ Vennissime enim de mere-triculae quæstu, perinde ac de opulentissimæ urbis copia, loquitur. Ephyra enim dicta fuit Corinthus, ut et διθλάσσος, et ἀμφιθλάσσος, quæ cum maxima oportunitas sit ad descendendum, ἀφνείν τε Κόρωνος recte dixit Homerus, Iliad. B. unde et κορυθιάζεσθαι, pro luxuriari, ut divitiis affluentes solent. *Torr. Bimaris-  
te Corinthi]* Corinthus dicitur bimaris, quod hinc Ionio, hinc Ægæo mari cingitur.

3 *Thebas, vel Apolline]* Thebæ urbs est in Boeotia a Cadmo ædificata, cuius filia Semele Bacchum peperit ex Jovis compressu. *Delphos]* Nobile fuit Delphis Apollinis oraculum.

4 *Tempe]* Loca amoenissima in Thes-salia.

5 *Sunt quibus]* Sunt Poëtae, quibus unicum opus est. *Urbem]* Athenas Minervæ inviolate urbem.

6 *Carmine perpetuo]* Quod continua quadam serie nihil aliud tractet, quam Athenarum laudes. *Torrent. Perpe-  
tuuo]* Carmine non interrupto, ut aliud laudent.

7 *Undique decerptam]* Qui enim ope-re integro Athenas laudare vellet, illi necessario a certamine Neptuni et

Minervæ incipiendum esset. . Cyclenus ergo Poëta, cui nūm opus esset, carmine perpetuo Athenas celebrare, oleam non modo equo, verum omnibus potius arboribus ac frondibus præferret; Minervæ causa nempe, et urbis quæ ab ea nomen accepit. *Frons decerpta undique*, est ὄτιον φύλακος, frons quælibet, id est, arbor quævis. Vide Heinsium in notis, de hac re pluribus disserentein. *Fronti præponere]* Per decerptam undique olivam, Cruquius notari credit, coronam oleaginam detonsam: ut Virg. Georg. III. ‘Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ Dona feram,’ &c. Erant enim apud veteres coronæ tonsiles, quas hic Poëta noster, decerptas undique, id est, detonsas circum circa vocat, ut essent foliis brevioribus, ornatiōibusque. Qnod autem pertinet ad novum loquendi genus, præponere fronti, id est, dare omnem operam scribendo ut fronti præponatur, hoc est, ut frons coronetur orneturque, synecdochicaw, pars pro toto. *Cruq. Fronti præponere]* Veteres, qui Poëmata se scribere profitebantur, ut pote Musis sacri, coronas semper aliquas, tanquam insignia sui studii, præferre solebant. Sic et eos, qui carmine Athenas laudare vellent, in honorem Palladis fronti obtendere olivam dicit: et quidem *undique decerptam*: ostendens per hoc, ex omni eos loco ac materia colligere, quod ad Deæ atque urbis illius laudem ac materiam convertant. *Torrent.* *Undique decerptam]* Frontem Oliva coronare, cuius folia undique, id est, circum circa detonsa, et breviora facta, majorem addunt ornatum. Aliis alia lectio magis arridet, sc. *Undique decerptæ frondi præponere Olivam*, ut sit sensus: Omnibus omnium locorum et terrarum frondibus Olivam anteponere, quæ Palladis est propria.

*8 Plurimus]* Plurimi, id est, multi dicunt.

*9 Aptum equis Argos]* Historiæ hic

recordemur, quæ Diomedem, in Italiam venientem, ibi quoque Argos Hippium, patriæ recordatione, condidisse narrat: eaque Argyrippa, et postea Arpi dicta fuit. *Torrent. Equis Argos]* Argos equis nutriendis idoneum: unde Homerus appellat Ἀργος ιππόθορον. *Mycenas]* Urbem opulentam, in qua regnavit Agamemnon, a Mycena Nympha sic appellatam.

*10 Patiens Lacedæmon]* Lacedæmon dicitur patiens ob severam disciplinam, ubi pueri ad Dianæ aram loris flagellati, usque dum sanguis visceribus exiret, ne ingemuerunt quidem.

*11 Larissæ opimæ]* Ἐριβάλλακος, ἐριβάλλου. Cum vero plures Larissæ fuerint, placet eam intelligi quæ in Thessalia fuit; non tam ob urbis præstantiam, quam ob campi circumquaque ubertatem atque amoenitatem regionis. Tum aliiquid magnum dicere voluit Horatius, cum percussum se ait campi illius admiratione, ut et Lacedæmonis patientia. *Torrent. Larissæ]* Larissa est urbs in Thessalia, a qua et Achilles Larissæus dictus est. *Percussit]* Permovit, affecit.

*12 Domus Albuneæ]* Nemus delectabile Albuneæ Nymphæ una cum fonte consecratum. *Albuneæ]* De Albuna Lactant. I. 6. Et recte Virgil. Æneid. VII. ejus oracula Latinum regem consulentem facit: cum ait, ‘Incosque sub alta Consultit Albunea,’ &c. *Torrent.*

*13 Et præceps]* Fluvius Anio de celo scopulo multam aquam deorsum effundens. *Et Tiburni lucus]* Multa exemplaria Tiburti legunt. Turneb. XI. 26. et XXII. 3. utramque lectio nem defudit. Lucum ergo intelligo, in Tiburni Herois memoriam de more consecratum, ex Papinio. *Torrent. Tiburni]* Tiburnus primus Tiburis conditor dicebatur.

*14 Mobilibus]* Pomaria discurrentibus rivis irrigua.

*15 Albus ut obscuro]* Leuconotum

intelligit Poëta. Λευκόνοτοι austri sunt quasi anniversarii, qui certa stataque anni tempestate spirant, ut Etesiae, et nubila detergent, serenitatemque reddunt: ἀπὸ τοῦ λευκαίνειν τὸν οὐρανόν. *Albus*] Notus serenus. *Obscurō*] Cælo caliginoso.

17 *Sic tu sapiens, &c.*] Id est, facturus es, quod sapientem decet, si finias tristitiam molli mero. *Steph.*

19 *Mero*] Vino suavi, maturo ac tempesivo. *Seu te fulgentia*] Sive militiae, sive domi tuæ eris. *Fulgentia signis*] Cum imperio Plancum exercitibus præfuisse, initio annotavimus. *Torrent.* *Signis*] Aquila, Dracone, aliisque id genus signis militibus.

21 *Tiburis tui*] Vel quod villam ibi haberet Plancus: vel quod gens Munatia Tibure oriunda, ut aliae multæ illustres. *Torrent. Tibur.*] Horatius Pindarico more historiam hanc huic Odæ interserit, ut Herois tanti exemplo Plancum suum in rebus etiam adversis ad lætitiam aliquam invitet: et a Tenero exsule sententiam profectam esse ferunt, quam proverbii loco usurpamus ex Aristophanis Pluto: Πατρὶς γάρ ἔστι πᾶσ', οὐ δὲ πρόττη τις εἰ. *Torrent. Salamina*] Civitatem Telamonis, qui duos habuit filios Teucrum et Ajacem.

22 *Quum fugeret*] Quamvis fugeret.

23 *Tempora populea*] Fignlus, Lambinus, et alii populeam coronam censem adscribendam fortitudini, quasi Tener post magnos ad Trojam exertatos labores ea se corona dignatus fuisset. Atqui non video quid in fuga sit laudis. Qua de causa Turnebi altera sententia convenientior appareat, quæ Teucrum vult, dolore suppresso, spem vultu simulare, sociosque sperare jubere. Sensus ergo est: Quamvis Teucer non sine dolore metuque patrem Telamonem fugeret, tamen dulci Lyæo curas dissolvit, corona populea caput ornavit, Herculique sacra fecit. *Cruq. Tempora populea, &c.*] Quod ea arbor Herculi sacra sit, magnis ærumnis laboribusque perfuncto. An potius quod ad bacchantium coronas et genio indulgentium respexit? et probabilius est, ut lætitiam præ se ferret, aliosque bene sperare juberet. *Turneb. xi. 26. Tempora*] Caput vino madidum. Lyæus nomen Bacchi ponitur pro vino. *Populea corona*] Herculi sacra, qui eam apud Acherontem flumen in Thesprotia repertam ab inferis veniens secum attulit. *Torrent. Populea fertur*] Corona ex frondibus populi arboris, quæ animi fortitudinem denotat.

24 *Tristeis*] Renitenteis ac invitos propter exilium patriæ. *Cruq.*

25 *Melior fortuna*] Melior, quia fortuna mihi patriam dabit, at pater Telamon negavit.

27 *Nil desperandum*] Παράκλησις a fortitudine: quæ una atque adeo præcipua est ex iis rebus, quas in summo Imperatore duceque requiri scribit Cic. pro Lege Manil. nimirum scientia rei militaris, fortitudo, auctoritas, felicitas. *Cruq. Auspicie Teucro*] De Teucro, quamquam Græco, Romanorum loquitur more. Auspicia enim in exercitu penes unum Imperatorem erant, cuius ideo auspiciis geri omnia dicebantur. Possimus etiam ita exponere, ut *auspicem* se vocet, cui jam Deorum monita ac consilia ab Apolline patefacta sint. *Auspicem*] Me Teucro hortatore.

28 *Certus enim*] Apollo non fallax, aut mentiens.

29 *Ambiguam*] Recte *ambiguam*, cuius auditu nomine adhuc ambiguus atque anceps sis, de qua agatur. *Torrent. Ambiguam*] Promisit duas fore Salamias, quarum altera nunc est in Attica, alteram ego et vos condemnus in Cypro.

30 *Pejoraque passi*] Virg. 'O passi graviora.'

32 *Iterabimus æquor*] Iterum navigabimus.

**ODE VIII.** ἘρωΤΙΚΗ. AD LYDIAM. Ju-  
venem Sybarin, Lydiæ amore per-  
ditum, et voluptatibus colliquefac-  
tum, notat.

1 *Lydia dic]* Meretrix delicatula  
non vulgaris formæ.

2 *Te Deos oro]* Venerem, Cupidi-  
nem, eum suis asseclis. *Cruq.* *Syba-  
rin]* Juvenem mollem. *Amando per-  
dere]* Venusta antiphrasis, ut Sybarim  
Lydia amando perdat; dum amori-  
tantum, nec ulli alii officio, operam  
eum dare patitur. *Torrent.* *Amando]*  
Dum tui amore captus est, et ab eo  
amaris.

3 *Perdere]* Ejus bona ablignire, et  
corporis vires frangere.

4 *Oderit campum]* Ostendit ergo  
miserum Sybarim, arte militari ac la-  
bore præstantem, meretricis tanquam  
fascino, non permitti quicquam age-  
re quod ad prioris vitæ consuetudi-  
nem pertineret. *Torrent.* *Campum]* Campum Martium cur oderit. *Pa-  
tiens pulveris]* Quum possit pati pul-  
verem, et solem, et alias etiam labo-  
res militares.

5 *Militaris]* Militarem in morem,  
vel ut hominem militarem decet.

6 *Gallica nec]* Gallicorum equo-  
rum ora. *Turneb.* xi. 28. *Lupatis]* Frenis instar lupinorum dentium as-  
peris et inæqualibus, quibus equi fe-  
rociores coercentur.

7 *Temperet]* Moderetur, et sibi pa-  
rere doceat.

8 *Tiberim]* Vegetius I. 10. ‘Romani campum Martium vicinum Tiberi  
delegerunt, in quo juventus post  
exercitium armorum, sordorem pul-  
veremque dilnerent; ac lassitudinem,  
cursusque laborem natando depone-  
rent.’ *Cur olivum]* Rogat, luctam  
cur pejus angue oderit: an quia me-  
tuebat olei odore dominam offendere?  
Insanum illud palaestræ apud Græcos  
studium, omnibus notum: siquidem  
Anacharsim resert Laërtius, oleum  
vesaniae φάρμακον appellasse; quod eo  
uncti Athletæ mutuo in se furere vi-

derentur. *Torrent.* Per olivam τὸ κῆ-  
ρωμα denotat, id est, unguentum, quod  
ex cera fit oleo subacta quo palæstri-  
tæ in lucta utebantur. *Cruq.* *Tiberim  
tangere]* Tiberim tranare. *Cur oli-  
vum]* Cur luctam horret? luctaturi  
utebantur unguento, quod ex cera fit,  
oleo subacta.

9 *Viperino]* Sanguine venenosο.

10 *Armis]* Usu et frequenti armo-  
rum pondere.

11 *Disco]* Disco nobilitatus: qui  
quidem ludus erat primo Græcus, de-  
inde a Græcis translatus ad Romanos.  
*Disco]* Discum dictum volunt,  
a δισκεῖν, quod est βάλλειν, unde et  
δισκοβόλος, qui discum jacit. *Lamb.*

12 *Sæpe trans finem]* Sæpe ultra  
terminum jaceculo fortiter et expedite  
emiso nobilitatus.

13 *Quid latet]* Cur non prodit Sy-  
baris in publicum, sed inter meretri-  
ces latet, et emollescit? *Ut marina,*  
etc.] Sybarim juvenem non aliter in  
meretriculæ contubernio latitantem  
facit, quam olim inter Lycomedis  
Scyri regis filias Achillem. *Torrent.*

14 *Filiū dicunt Thetidis]* Achillem, qui a matre Thetide habitu puellari  
indutus, ne agnosceretur, in Insulam  
Seyrum ad Diomedem est deductus.  
*Sub lachrymosa Troja]* Paulo ante  
eversionem Trojæ.

15 *Funera]* Etiam Græcorum, quæ  
ad Trojam contigere. Atqui si Trojæ  
funera pro Trojæ excidio interpre-  
tis, non convenient tempora. Achil-  
lis enim latebrae totis annis decem  
præcessere. *Torrent.* *Ne virilis cul-  
tus]* Ne vestitus virilis eum in bellum  
Trojanum protraheret.

16 *Lycias catervas]* Quas nempe  
Sarpedon, rex Lyciae post Hectorem  
fortissimus, Priamo adduxerat. *Tor-  
rent.* *Lycias proriperet]* Ponuntur Ly-  
cii pro Trojanis, quibus opem fere-  
bant: sic cognominati a Lyco Pau-  
dionis filio. *Proriperet]* Raptim vel  
temere traheret.

**ODE IX.** ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΗ. AD THALIAR-

thum. Quo magis sœvit hyems, eo magis voluptati indulgendum. Sic autem a Marone hyems genialis appellatur.

1 *Stet nive candidum*] Vides, ut Soracte cooperiatur, vel, e longinquο appareat nive plenum?

2 *Soracte*] Mons in Faliscis, quem hodie appellant montem *Dici Sylvestri*, eo quod in ejusdem montis spelunca ad plurimum tempus se continuisse dicitur. *Onus*] Nivis pondus.

3 *Laborantes*] Oneris magnitudine laborantes, et non sustinentes onus nivis.

4 *Gelu acuto*] Evidenter acentum dici reor, Græco more, pro acri et vellementi: nam δέν plerumque significat *magnū* et *vehementē*: et sic dictum ab Horatio, ut a Pindaro χιῶν δέστηα dicitur. *Turneb. xi. 26. Constiterint*] Flumina vi frigoris congelata a cursu desistunt superne.

6 *Large*] Copiose pro foci magnitudine. *Benignius derome*] Athenæus lib. x. quo loco Alcæi versus, quos hic imitatus est Horatius, recenset, hoc inter cætera eleganter addidit, nullam esse anni tempestatem, unde Poëta ille bibendi occasionem non sumpserit. *Benignius*] Largius quān solebas prome de diota Sabina vinum quadrūm, id est, quatror annorum.

7 *Quadrūm*] Media ætatis vinum poscit, largiori convivio aptius, ne cito nimis ebrietas obrepatur. At Venerem sacrificio placatnurus, bimi pater meri postulat, Od. 17. *Sabina diota*] Quia vasa illa vino servanda apta in Sabinis fierent: non quod vinum Sabinum Horatius depromi velit; id enim vilius habebatur. Infra Od. 20. *Torrent*.

8 *O Thaliarche*] Turnebus primam huius nominis syllabam aspirari vult, quod θαλία Græcis etiam *convivium* significet; nam convivii domino præcepta hilaritatis hic proponere videatur. Nec scio an idem Thaliarchus

sit, qui et Symposiarchus: an potius qui celebritatī alicui publicæ, in Deorum honorem institutæ, præfuerit, quales septemviri Epulonum. *Torrent. Diota*] Veteres enim in testis, vasis, dolis, fictilibus, vina horreis reposita servabant, ex quibus ea depromebant largius aut parcus, pro mensæ et convivarum ratione. *Cruq. Diota*] Diota est vas vinarium duas habens ansas, quadraginta et octo sextarios capiens.

9 *Permitte Diris*] Committe cætera Deorum curæ, et procreationi. *Simul*] Simul ac, id est, postea quam ventos inter se concertantes compreserunt.

10 *Stravere ventos*] Tranquillarunt, mitigarunt, sopiverunt. *Fervido*] Mari concitato, ut solet aqua in alieno fervens.

12 *Agitantur orni*] Non commoventur.

13 *Quid sit futurum*] Vult eum in diem vivere, et recte Theocritus: Οἶ θαροὶ πελμεσθε, τὸ δὲ αἴριον οὐκ ἐσόπως. *Torrent*.

14 *Quem fors dierum*] Quemcumque diem tibi dabit fors, id est, fortuna, seu potius Dei voluntas, τύχη δαιμονος. *Lucro*] In lucro deputa.

16 *Puer*] Cum puer es, adolescens, juvenis. *Choreus*] Chorea dicitur a choro, ubi junctis manibus saltatur.

17 *Donec virenti*] Quamdiu tibi juveni, et adhuc virentis ætatis canities (id est, senectus) abest querula.

18 *Campus et areæ*] Postquam campus Martium dixisset, recte addidit *areas*; loca nempe vacua, pura et sine ædificiis, maxime usu publica, conveniendi causa atque inambulandi. Non male Valla, ‘Campum’ diei ait planicien terræ amplam: quæ si fuerit angustior, ‘area’ appellatur. Vide Vitruv. i. 7. *Torrent*. *Campus, et areæ*] Campus Martinus, et areæ, id est, loca, in quibus Rom. juventus se exercebat.

19 *Sub noctem*] Paulo ante noctem.  
*Susurri]* Colloquia quæ edi solent ab amantibus voce leni, et submissa. *Susurri]* Quod ἀλλήλοις ψυθρίζει aptissime dixit Theocritus, loco a Lambino citato.

20 *Composita repetantur hora*] Constituere diem aut locum proprie dicimus, cum ex conventione agendum aliquid certo loco aut tempore proponitur. Hinc 'ad constitutum adesse, et venire.' 'Compositam' igitur 'horam' simili ratione dixit Horatius, quæ inter amantes constituta sit. *Torrent.* *Composita*] Hora constituta iterum atque iterum a te usurpentur.

21 *Nunc et latentis*] Et nunc repetatur a te gratus risus, proditor, et index puellæ latentis, id est, in angulum se abdantis, ac delitescere simulantis. Ridet enim puella, ne diu queratur, sed ut seipsam prodat.

23 *Pignusque dereptum lacertis*] Armilla vi avulsa ex lacertis, aut annulus a digito male, id est, parum pertinaciter retinente. Nam fingunt puellæ sc velle retinere, quod cunpinnt sibi adimi. *Dereptum* ergo legendum, non *direptum*. Est autem 'deripere' de quovis loco rapere; sed maxime de superiore. 'Diripere' autem est, dilacerare ac discerpere. *Lamb.*

**Ode x. Εὐχαριστικὴ.** HYMNUS IN MERCURIUM. Quem laudat a fæcundia, a parentibus, a palæstræ et lyræ inventione, a maxima infurando calliditate, atque ab iis, quibus fungitur, muneribus.

1 *Facunde, nepos*] Eloquentia Deus et orationis inventor. *Atlantis*] Maia Atlantis filia Mercurium peperit ex Jove: unde et 'Atlantides' dictus.

2 *Qui feros cultus*] Quod autem Horatius 'voce et palæstra' eos a Mercurio expolitos conformatosque tradit, quasi tunc primum homines esse cœperint, id e Platonis philosophia petutum videtur. Ille enim musicæ

ac gymnasticæ, si modo recte exercentur, totius Reipub. salutem attribuit. Jam Mercurius harum duarum artium inventor esse perhibetur. Neque Hermas tantum, sed et Hermathenas in gymnasii dedicabant: quo per insertam Mercurio Minervam, apertius adhuc significarent, animi pariter ac corporis conformandi rationem haberí debere. Tum etiam Hermerotas et Hermeraclas legimus, mixtas nempe Mercurii cum Amore et Hercule statuas: quod Oratione, ut nihil amabilius, sic neque robustius, efficaciusque. Pluribus Torrentium de Hermis disserentem suo loco vide. *Feros cultus*] Agrestes hominum primorum mores. *Hominum recentum*] Id est, eorum, qui feritate mutata per eloquentiam Mercurii, nuper induerant humanitatem. *Cruq.*

3 *Voce formasti*] Eloquentia, vel musica conformavisti. *Catus*] Quasi cantus; doctus, solers. *Decoræ*] Quod viro maxime deceat. Quare apud Græcos ab adolescentia summo omnes in ea studio exercebantur. Et ut palæstras Græci λιπαρός, sic Latini 'nitidas,' 'liquidasque' et 'uncatas' vocant. *Torrent.*

4 *More palæstræ*] Quis est mos palæstræ? an palæstra? Sed quis ita Latine loquatur? Heinsius itaque concludit scripsisse Poëtam: et decoræ hu-more palæstræ. *Humor decoræ palæstræ*, est oleum quo palæstritæ unguntur. *Palæstra*] Palæstra Græci exercebantur ad tuendam corporis valetudinem.

5 *Deorum nuntium*] Bene Deorum nuntius fingitur Mercurius; nam quæ hominibus melioris vitae præcepta tradidit, ea cælo attulisse, et Deorum immortalium jussu propagasse, merito credebatur. Mercurius ergo tanquam 'medicarius,' quod sermo mediis inter homines existens, eos inter se conciliat: vel, a 'mercibus,' ut Festus vult; omnibus enim negotiationibus præest. *Torrent.* *Deorum*]

Reliquorum Deorum interpretem.

6 Parentem] Lyræ inventorem.

7 *Callidun*] Astutum, et ingeniosum ad furtum occultandum, quod jocum, risumque concitaret.

8 *Condere furto*] Græci sane δόλιον et κλέπτην vocant. Sed et hoc eloquentiæ tribuunt, quæ hominem extra se rapere quodammodo possit, nos ad γοντρελαν referimus. At Fulgentius furem vocari vult, quia inter furtæ ac negotiantium capturas parum interest.

9 *Te boves*] Dum terreret te minis, nisi boves redderes furto sublatas, cum risu expertus est tuam in furanda etiam pharetra versutiam. *Stephanus*. *Boves olim*] Boves Admeti Regis, quos Apollo divinitate privatus pascebat.

10 *Amotas*] Abactas, et furtim ademptas. *Puerum minaci*] Te, qui puerilem vel servuli et bubulci formam assumpseras, dum terreret minis.

11 *Viduus pharetra*] Privatus pharetra.

12 *Risit Apollo*] Ridendum sibi putavit.

13 *Atridas*] Agamemonem et Menelaum. *Duce te superbos*] Qui te ducem Priamo præbebas.

14 *Ilio relicto*] Priamus enim Mercurio duce per castra Græcorum venit ad Achillem, a quo redemit corpus filii sui Hectoris. *Comment.*

15 *Thessalosque ignes*] Thessalicas seu Græcorum excubias. *Iniqua Trojae*] Castra Trojanis inimica.

16 *Fefellit*] Sic latuit, ut a nemine cognitus, ac ne visus quidem fuerit.

17 *Tu pius lætis*] Id quoque ex purore philosophia sumptum. Ut enim corpora terræ deberi existimabant veteres, sic defunctorum animas illico a Mercurio suscipi, ac vel cœlo reddi, vel ad inferos deduci. Ideo illum ‘dispensatorem, deductoremque animarum ac janitorem’ vocabant.

18 *Lætis sedibus*] Campis Elysiis. *Bond.* *Virgaque*] Virgil. ‘Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco Pallentes : alias sub tristia tartara mittit,’ &c. *Virgaque*] Caduceo, quo Mercurius animas deducit ad inferos. *Levem coërces turbam*] Incorpoream animarum multitudinem.

19 *Superis Deorum*] Diis superis et inferis gratis.

**ODE XI. Πραγματική. AD LEUCONOEN.**

Hortatur Leuconoën, omissa futurorum cura, voluptati indulgere; argumento a vitæ brevitate et celeritate ducto.

*Ad Leuconoën meretricem, genesin per Mathematicos inquirentem*] Non otiose Leuconoën vocat mulierculam Genethliacorum vanitati fidem adlibentem. nam λευκὰς φρένας ἔχειν hoc est, alba habere præcordia, eos dicebant Græci, qui leviter tantum saperent: ut contra, μέλανας φρένας prudentiæ cujusdam profundioris indicium esse existimabant; ducta Metaphora ab aquis, quæ quo profundiores, eo nigrescunt magis. *Had. Junius Adag. Cent. III.*

1 *Scire, (nefus)*] Lambinus separat dictionem nefus ab aliis: ego veterem lectionem sequor: *Tu ne quæsieris, scire nefus, quem, &c.* Illud nefus vel pro ἀδύνατον expono, quod sciri nequeat; vel quod homini permissum non sit futura cognoscere. *Torrent.* *Nefas*] Impossibile est, vel malum est.

2 *Finem Di dederint*] Vitæ terminum. *Babylonios*] Horatius dixit *Babylonios numeros*; ut ‘Chaldaicas rationes,’ et ‘Chaldaicum prædicendi genus,’ Cicero. nam gentis illius caput Babylon olim fuit. *Torrent.* *Babylonios*] *Mathematicos*, qui Astrologiam invenisse dicuntur.

3 *Ut melius*] Ut sapias melius pati quicquid acciderit. *Quicquid erit pati]* Ως κρείττον δν πᾶν τὸ ἐσόμενον φέρειν, Cum melius sit pati quicquid erenerit, quam a vanissimo illo hominum ge-

nere dependere. *Turneb. Lamb.*

*4 Hyenes*] Annos.

*6 Sapias*] 'Sapere' vocat, quod et vivere vulgo dicimus: ut nimisrum Epicuri discipulum decebat, enī voluptas summum bonum. *Torr.* Quin tu igitur superstitionis illis vanitatis relictis, rectius sapias, si voluntatibus te tradideris, et vina largius bibendo liques, et dissolvas. *Lubin.* *Vina liqueſ*] Liquare nihil aliud est, quam tenuis facere: quod et ad voluntatem factitabant, nive et glacie saepe admixta: utebantur autem ad eam rem colis, sacculisque. Quinimo, ut plus capiamus sacco frangimus vires: Et sic saccis castrari vina dixit Plin. quemadmodum Graeci ἔξενονχίζειν καὶ ἀποθηλένειν τὸν οἶνον dicunt, pro σακκίζειν, quod nos quoque sacare dicimus, pro liquare et extenare, seu defecare. *Vina liqueſ*] Ut vina proras, et fundas. Aut, ut vina percoleas: vina enim percolata sunt deliciora. *Spatio brevi*] Et quoniam breve sit vitæ spatium ne spem differas in longum.

*7 Dum loquimur*] Egregie hanc vitæ fugam ante oculos ponit Juvenal. Sat. ix. 'Festinat enim decurrere velox Flosculus, angustæ miseræ que brevissima vita Portio: dum bibimus, dum serta, nnguenta, puellas Poscimus, obrepit non intellecta senectus.'

*8 Carpe diem*] Fruere die præsentis. *Quam minūmum*] Nullam pene fidem adhibens diei futuro.

**ODE XII.** Προσφωντική. **AD AUGUSTUM.** Collandatis Diis, heroibus, virisque aliquot claris, tandem ad divinas Augusti laudes descendit.

*1 Quem virum*] Dion lib. li. anetor est, post bellum Actiacum decretum fuisse a senatu, ut Augusto, perinde ac Diis immortalibus, hymni conserberentur. *Torrent.* *Quem virum*] O Clio, quem virum fortē ant heros semideum suscipes celebrandum? *Lyra vel Tibia*] Tibia auctior est et sonora magis, ideoque hominum laudi-

bns, quæ fere bellicæ sunt, convenit. Lyra ut gravior, modestiorque, ita Deorum præconiis aptior habetur. *Acri*] Tibia acriter sonante.

*2 Sumes celebrare*] Vult Horatius, consueto Poëtarum more, quod ipse canit, Musam ei præcinere videri. *Torrent.* *Clio*] Non sine delectu Clio nominatur. Deorum enim hominumve laudes (κλέα vocant Graeci, unde et Deæ nomen) ex antiquitatis historia petendæ sunt. *Torrent.* *Clio*] Una ex novem Musis.

*3 Recinet jocosa*] Resonabit. *Jocosa imago*] Dicta *imago*, ut Porphyrius vult, per subtractionem literarum, pro 'imitago:' eandem enim vocem repræsentat.

*4 Imago*] Echo, vocis *imago*, quæ veluti ludens respondet.

*5 Heliconis oris*] Helicon est mons Bœotiae non procul a Parnasso, Apollini sacer, et Mosis: unde Musæ appellatae sunt Heliconides.

*6 Aut super Pindo, &c.*] Pindus hic inter montes Musis consecratus habetur. Idem de *Hæmo* ac *Rhodope*, qui in Thracia sunt, Liberi patris ac Mænadum cætu nobiles, dicemus. *Torrent.* *Pindo*] Monte Arcadiæ. *Hæmo*] Monte Thraciæ.

*7 Unde vocalem*] Voce præstantem, (χυφωνον,) qua feras etiam demulserit, atque arboribus auditus fnerit. *Vocalem temere insequuta*] Orpheus sonorum et facundum Poëtam (Calliopes et Apollinis filium) sylvæ secutæ sunt temere, id est, αὐτομάτως, sua sponte et confuse.

*8 Orpheus*] Calliopes filium; at patrem plures Apollinem, nonnulli Cægrum ei tribuunt: ob quam incertitudinem, *arte materna* dicere voluit Horatius. *Torrent.*

*9 Arte materna*] Musica. *Arte materna rapidos, &c.*] Sed quid est, quod Orpheus arte materna tigrides ac leones traxisse dicit? Scimus enim, nonnullos e veteribus scribere, Apolline genitum fuisse; sed obtinuit, ut

Eagri fluminis et Calliopes credere-  
tur. ut, Ovid. Eleg. in Ibin: 'Neve  
venenato levius feriaris ab angue,  
Quanī senis Eagri, Calliopesque nu-  
rus.' *Rutgers.*

11 *Blandum et auritas]* Et adeo  
blandum, ut quocunque voluerit pos-  
sit ducere querens auritas, id est,  
sensu audiendi præditas. *Fidibus ca-*  
*noris]* Cithara canora.

13 *Quid prius dicam]* Cum enim  
antea a Dea quæsierit, quem illa lau-  
dandum sibi sumeret; nunc apertius,  
*Quid, inquit, prius dicam?* et quasi  
errare non possit, si majorum vestigia  
sequatur, sibi ipse respondens adjun-  
git: *Solitis parentum laudibus, eum*  
*qui, &c.* perinde ac si diceret, majorum  
more a Jove se incepturum. *Torrent.*  
*Quid prius dicam]* More majorum ab  
Jove Opt. Max. cœpit, a quo solem-  
nis incipiebatur precatio, e ritu.  
Lambinus pro parentum legit parentis.  
Turneb. xxix. 29. *Prius dicam]* Quid  
potius dicam, quam solitas et ab om-  
nibus decantatas landes parentis, id  
est, Jovis?

16 *Temperat]* Regit, vel tempe-  
ratum efficit. *Horis]* Quatuor anni  
temporibus, Vere, Æstate, Autumno,  
Hyeme.

17 *Unde nil]* A quo Deo. *Majus*  
*generatur ipso]* Quia Deus est Opti-  
mus Maximus.

18 *Secundum]* Nihil Jovi est secun-  
dum, quia nullus ordo esse potest inter  
infinitum et finitum.

16 *Proximos illi]* Non refert quanto  
intervallo præcedat Jupiter, modo  
inter ipsum et Palladem nemo sit  
medius. Nec mirum præferri eam  
cæteris, quæ sine matre ex Jovis cere-  
bro nata sit, ac virgo permanserit.  
Postea in laudandis aliis Diis nullum  
ordinem servat, quia Bacchum et  
Dianam Apollini anteponat. *Torrent.*  
Pro occupavit, Heinsius scribit, occu-  
pabit. *Proximos illi]* Pallas proxima  
est Jovi, sed longo intervallo proxima.

20 *Pallus honores]* Minervæ non e

muliere concepta, sed Jovis cerebro  
nata, vera et divina sapientia.

21 *Audax]* Bacchus 'ad prælia tru-  
dit incrmes.' Dictus Liber, quod  
animum curis liberat.

22 *Virgo]* Diana venatrix.

23 *Certa]* Adeo certa est, et inevi-  
tabilis Phœbi sagitta, ut semper id  
feriat, quod petit.

25 *Alcidæ]* Herculem Jovis et  
Alcmenæ filium. *Puerosque Ledæ]*  
Ut παῖδες Græci, sic Latini pueros  
etiam pro filiis dicunt. Et quos a  
patre Græci διοσκορός, ipse a matre  
Ledæ pueros appellat. *Torrent.* *Pu-*  
*errosque Ledæ]* Filios Ledæ.

26 *Hunc equis]* Nempe Castorem  
equestri prælio nobilitatum. *Illum*  
*superare]* Et Pollucem pugna pedes-  
tri insignem.

27 *Quorum simul]* Quorum stella  
serena simul atque nautis apparuit.  
*Simul alba stellæ]* Stellas geminas in-  
tellige. Solitariae enim, quod Ode 3.  
notavimus, obsnnt. Hinc ergo inter  
salutares Deos, quos σωτῆρας vocant  
Græci, merito recensentur.

29 *Defluit axis]* Pro, fluere desinit,  
ut Epist. ad Lollium 1. 'Rusticus ex-  
spectat dum defluat amnis.' Simile  
illud Ovid. Fast. III. 'potui dedo-  
luisse semel' ut in posterum ultra  
non dolerem: et plura alia. *Torrent.*  
*Defluit axis]* Fluit de axis humor  
ex nive geluue in aquam resolutus.

30 *Concidunt venti]* Venti desinunt  
flare. *Fugiunt nubes]* Nubes in fu-  
gam vertuntur.

31 *Minax]* Unda nautis minans  
naufragium, quiescit, quæ vento intu-  
muerat. *Sic Di voluere]* Vulgata ex-  
emplaria scribunt, quod sic voluere.  
Codex optimus Laurentianus, *Di sic*  
*voluere.* *Voluere]* Filii Ledæ, Castor  
et Pollux, sic voluere.

33 *Romulum post]* Romæ condito-  
rem. *Quietum]* Numa Pompilius, a  
Romulo secundus Romanorum Rex,  
regnum, armis paratum, Religione,  
Justitia, et bonis operibus stabilivit.

**34 Superbos]** Magnificos et excellentes honores Tarquinii Prisci, non Tarquinii Superbi, commemoratu certe indigni, propter Lucretiae constuprationem.

**35 Tarquinii]** Qui Thuscis subactis, non fasces tantum, quos aptissime *superbos* vocat Poëta; sed et alia omnia decora et insignia, quibus imperii dignitas eminet, Romam invexit. **Torrent.** *Fusceis, dubito, an]* Virgarium fasces, quos securibus alligatos lictores primum ante Reges, postea ante Consules ad populi terrorem portabant. **Catonis]** Catonis Uticensis, qui violentas manus sibi intulit, ne vultum tyranni aspiceret, ut inquit Cicero.

**37 Regulum, &c.]** Regulum Carthaginenses resectis palpebris illigatum in machina perpetuis vigilis necuerunt. **Scaurus]** Quoniam clara extit virtus in Republ. administranda.

**38 Prodigum Paulum]** Paulum viuae contemptorem, qui animam profudit ad Cannas, ubi cum quadraginta et quinque Romanorum milibus est occisus: vide Livium. **Pæno]** Hannibale.

**39 Gratus insigni]** Libens, ut memor meritorum Pauli in Patriam.

**40 Fabriciumque]** Fabricium ter Consulem, de cuius abstinentia, continentia, severitate, aliisque egregiis animi dotibus, vide Plutarch. et Val. Max.

**41 Hanc, &c.]** Fabricium. **Incomptis capillis]** Nam eo tempore floruit, quo barbati Consules optime atque innocentissime Rempub. rexere, intonsi usque ad annum ab u. c. 454. quo tonsores primum in Italiam ex Sicilia P. Ticinius Mena adduxit. **Torrent.** *Incomptis]* Capillis impexis. Turpe est viro bellico comam habere comptam, et calamistratam. **Curium capillis]** Curius Samnitibus magnum auri pondus sibi afferentibus dixit, 'Se malle aurum habentibus imperare, quam possidere.'

**42 Tulit, &c.]** Protulit, produxit. **Camillum]** Camillus sexto mense post Romam a Gallis captam eos ex Italia expulit.

**43 Sæva paupertas]** Acris, fortis, atque animosa; aut dura atque aspera; non quod ipsa sibi assuescentibus tales sese præbeat, sed quod tales eos adversus fortunæ casus efficiat, 'vere fœcunda virorum,' ut Lucanus ait. Optima enim ad militiam educatrix ac rectrix paupertas est. **Torrent.** **Sæva paupertas]** Paupertas aspera, et perpessu difficilis. **Avitus apto]** Fundus a suis majoribus sibi relictus.

**44 Cum lare fundus]** Cum domo non sumptuosa, sed quæ fundum debeat.

**45 Occulto velut]** Occulte, veluti arbor, quæ temporis progressu increvit, hominibus non advertentibus.

**46 Fama Marcelli]** Marcellum Octaviæ sororis Augusti filium intelligo, cui ille, vix pueritiam egresso, filiam suam Julianam nuptui dedit. Suet. Aug. cap. 63. **Torrent.** **Marcelli]** Marcellus quinques Consul fuerat, tandem vero ab equitatu Hannibalis circumventus est, et occisus.

**47 Julium]** A Marcello, qui genti Juliæ jam insertus erat, paulatim ad Augusti laudem descensurus, obiter patris ejus C. Julii Cæsaris, et quidem tanquam in cælum relati, mentionem interjicit. **Torrent.** **Julium]** Stella crinita, quæ visa est septem noctes post Cæsarem occisum, et credebat esse Cæsaris anima in cælum subvolans, et in Deorum numerum recepta. *Inter ignes]* Inter stellas.

**49 Pater]** Jupiter.

**51 Fatis data]** Per fata, juxta Stoicorum opinionem, qui Deos immortales fatis obligari volunt ad observanda eorum statuta. **Tu secundo]** Ita regnes, ut Cæsar Augustus sit secundus post te, scilicet ut tu in eculo regnes, Cæsar in terris.

53 *Ille seu Parthos]* Nihil contra Parthos aut Indos, anditu tunc tantum Romanis cognitos, vel ab Augusto, vel ab ejus ducibus præclare gestum: sed virtutum suarum fama eos ad amicitiam petendam allexit. Et signa militaria, quæ Crasso et Antonio ademerant, reddiderunt. Quare adeo lætatus est, ut nulla unquam victoria magis: idque tot ejus testantur numimi, cum inscriptione, **SIGNIS RECEPTIS. Latio imminentes]** *Latio imminere* dicit, quicunque populi Romani imperium affectent, aut aliqua ex parte lacescant. *Torrent.* *Latio imminentes]* Insidiantes Latio, quod hic ponitur pro toto Imperio Romano.

54 *Egerit justo]* Sen subegerit, vel in triumphum duxerit.

55 *Seras, et Indos]* Populos in Æthiopia, apud quos altissimæ sunt arbores, quæ non solum folia, sed lanam etiam proferunt tenuissimam, ex qua conficiunt vestimenta.

57 *Reget æquus]* Ille æquus, id est, non invidens tibi, sed æquo animo ferens tuum in cœlo imperium, te minor, id est, se inferiorem te gerens, reget terras. *Latum orbem]* Si latum legamus, quod in tribus exemplaribus Torrentius reperit, melius conveniet cum verbo *æquis*: nihil enim populo jueundius gratiusque æquitate regnantis.

58 *Tu gravi curru]* Tu tonabis; nam ex Jovis curru cœlum quatiente vulgus opinatur tonitru fieri.

59 *Tu parum castis]* Tu mittes iniuncta, id est, tristia fulmina parum castis lucis, id est, lucis contumacis et pollutis. *Turneb. xxv. 14.*

60 *Fulmina lucis]* Ea enim fulmina, quum lucis aliquid divinum inesse crederetur, majore cura metuque procurabantur, ut a Jove iracundiore profecta. *Torrent.*

**ODE XIII. Ἐρωτική. AD LYDIAM.**

Moleste fert Telephum rivalem siibi a Lydia anteponi.

*Dolph. et Var. Clas.*

1 *Quum tu Lydia]* De qua ante Od. 8. Egregie hic zelotypi affectus sub persona sua describit. Nihil enim amanti gravius, quam non modo amari alium ab ea quam ipse amet, sed coram etiam collandari. *Torrent. Telephi]* Rivalis sui.

2 *Roseam]* Cervicem pulchram instar rosæ. *Cerea brachia]* A mobilitate et agilitate, quæ juvenem maxime deceat, cerea Telephi brachia hic laudantur. Græci φαδωδν vocant, ac tam varie usurpant, quam Latini tenerum ac molle. *Torrent. Cerea]* Brachia flexibilita, ceræ similia.

3 *Væ, meum Ferrens, &c.]* Scribe, nœ meum Fertens, &c. ἐμφατικώτατα, ut in plane pathetica oratione. Comicus: ‘Faciunt nœ intelligendo, ut nihil intelligent.’ *Nœ, vœ.* Græci dicent μὰ τὸν vehementer enim affirmat. *Heinsius.* *Væ]* Interjectio est dolentis.

4 *Difficili]* Tumet jecur ira implacabili, quæ facile sedari non potest. *Bile tumet jecur]* Non modo ‘hepar’ aut ‘fel’ Virg. atque Horatius, sed et ‘cor’ Homerus, iracundiæ tanquam sedem esse volnerunt. Quin etiam quoniam pectus ipsum, in quo hæc viscera sunt, veteres ‘stomachum’ appellarunt, hinc ‘movere stomachum,’ pro ad iram concitare, et ‘stomachari’ pro irasci dixere; maxime quod irati toto pectore intumesceimus. *Torrent.* *Bile]* Cholera, qua incalescente in iram insurgimus. *Tumet jecur]* Turgescit cystis fellis jecinori annexa, quæ bilis est receptaculum. *Tumet jecur]* Germanus Valens putat hoc dici de κύστει χοληθόχῳ, id est, fellis receptaculo: quod sine dubio hepatis adjunctum; et pro humoris copia aut paucitate intumescit aut extenuatur ac minuitur. *Lamb.* et vide Pet. Vict. Var. Lect. XVIII. 22.

5 *Tunc nec mens mihi]* Sic Catullus de se, ‘Odi et amo: quare id faciam fortasse requiris. Nescio, sed fieri

*Horat.*

*sentio, et excrucior.* Mens miki] Ratio. Nam amantes sunt amentes. Color] Animi perturbatio colorem variat, et pallida res amor est.

6 *Humor et in genas*] Lachrymæ doloris interni indicium.

7 *Furtim labitur*] Antequam advertam, et me invito. Arguens] Demonstrans.

8 *Quam lenti*] Quam languidis flammis amoris intus tabescam. Mecer, &c.] Vim amoris, quo perfrui non possit amans, vel ob pudorem, vel ob aliam caussam, egregie exprimit. Tale est illud Virgilii: ‘Est mollis flamma medullas:’ et ‘tacitum vivit sub pectore vulnus.’ Torrent.

9 *Uror*] Aspectu crucior.

10 *Immodicæ mero*] Rixæ ultra modum progredientes mero, id est, per ebrietatem et inter pocula ortæ.

11 *Puer furens*] Telephus ardens libidine.

12 *Impressit*] Momordit tibi labra. Memorem notam] Ut Telephum odiosum faciat, monet eam stigmatis, quod mordendo labris ejus impresserat Telephus, quasi ea basiandi ratio, non amorem, sed odium futurum portendat. Cruq. Memorem dente] Ne amoris sui obliviscare.

13 *Si me audias*] Si mihi erdis.

14 *Perpetuum, dulcia*] Non speres perpetuum tibi fore amatorem. Barbare] Inhumaniter.

16 *Quinta parte sui*] Quæ oscula Venus quinta parte suæ suavitatis, id est, concubitu, replevit. Quinque etenim sunt partes amoris: Aspectus, colloquium, tactus, osculum, concubitus.

17 *Amplius*] Terque quaterque.

18 *Irrupta copula*] Quorum conjunctio et concordia nullis dissidiis dirimi possit. Irruptam ergo copulam dixit, imitatus Homericum illud, δεσπότων ἄρρηκτον. Lambin. Irrupta tenet] Indissolubilis conjunctio. Nec malis] Nec amor divulsus malis querimo-

niis, id est, litibus et rixis, solvet ultima die citius, id est, ante mortem.

20 *Suprema*] Ultima.

Ode XIV. Παραινετική. Ad Rempublicam bellum civile reparantem. Allegoria perpetua est in hac Ode, ut testatur Fabius, lib. viii. qui etiam ‘navis’ nomine Remp. significari, (quum alii potius Brutum intelligent,) fluctuum tempestates pro bellis civilibus, portum pro pace atque concordia diei existimat.

1 O Navis] Ex Quintiliani sententia omnia ad Rempub. sunt referenda; et eam quidem, quæ extinctis tandem Pompeianorum partibus sperari aliqua poterat, si inter Antonium et Augustum convenisset. Cæterum cum eos quoque in dissensionem ruere videret Horatius, quod aperte dicere nolebat, id puleherima Allegoria texit, peritum funditus imperium significans, nisi tam diuturna bella civilia stabili aliqua pace componantur. Torrent. Faber Epist. Criticar. liv. Probat hanc Horatii Oden non esse allegoricam; sed hunc esse sensum: O navis, quæ mibi tot solicitudines, tot tædia attulisti nuper, dum te utebar, et per medios hostes metu perpetuo anxius ferebar; nunc autem mibi desiderium es, propter tot amicos, quorum abitu maceror; quæ mibi præterea enra non levis es, ne scil. in potestatem hostium deveniant: quid tibi aliud apprecer, nisi ut tot instantium periculorum casus effugias, et quæjam tempestatum sævitia ad Palinurum pæne oppressa es, eo tandem perveharis, ubi nullus metuendi locus sit, et amici tuto possint consistere? Faber. In mare] In periculum.

2 *Fluctus: o*] Bellum civile redintegratum. Quid agis] Quam male agis? Fortiter occupa] Nullo tibi salutis alio scopo proposito præter portum. Tarent. ‘Ego in portu navigo.’ Cruq.

3 *Portum*] Pacem et tranquillitatem.

4 *Nudum remigio latus*] Nudatum remigiis, id est, ut Respubl. destituta est militibus?

5 *Malus*] Malus arbor est, cui velum annexitur: ponitur hic allegorice pro Ægyptio rege, a quo Pompeius est obtruncatus. *Saucius*] Perfractus Africa, id est gravi bello.

6 *Antennæque*] Meliores libri *Antennæ* legunt. *Antennæque*] Senatores et viri principes. *Sine funibus*] Sine pecuniis, belli nervis. *Ac sine funibus rix durare æquor, &c.*] Id est sustinere atque perferre ac vincere maris vim.

7 *Vix durare*] Lambinus exponit, pro ‘perferre.’ Sed male, ni fallor. *Durare enim, cum agendi vim habet, durum efficere significat: ut apud Virg. ‘natos sævoque gelu duramus et undis.’ Ita nt *durare* absolute hic dixerit, pro subsistere ac permanere: nt Noster alibi. Virg. ‘Durate et vosmet rebus servate secundis.’*

8 *Imperiosius æquor*] Imperiosum autem æquor aptissime vocat, cui omnino parendum sit: ut a severitate imperiorum Manlio illud odiosum *imperiosi* cognomen adhæsit. *Torrent.* *Imperiosius*] Severiorem civilis belli tempestatem.

9 *Integra lintea*] Integra vela, id est, integri exercitus.

10 *Non Di, quos, &c.*] Qui sunt illi Dii, quos ei dicit deesse? ego existimo ex consuetudine veterum id esse scriptum, qui in puppi sacrarium quoddam habebant, veluti lararium. Turneb. xix. 2. Torrentius statuit, etiam ad Deorum iram referri posse, qui mutuis civium Romanorum odiis offensi non facile sese invocantibus aures præbeant. *Non Di*] Dii tuteiores, ut Castor et Pollux, seu quivis alias Deus, quod erat Navis insigne. *Quos iterum pressa*] Quos nunc sub Octaviano tu oppressa invoces.

11 *Quanvis Pontica*] Quanvis generis nobilitate glorieris, nihil eam curant milites. Steph. *Pontica pinus*]

In Ponto magna est arborum copia, unde naues fiant.

13 *Jactes et genus*] Dicit, nihil profuturam populo Romano antiqui nominis gloriam: si, rebus bello civilitatem opere afflictis, duces iterum armis contendant. Aut perituram funditus Rempub. nisi Augusti arbitrio regi se patiatur. *Torrent.* *Jactes et genus*] Qnamvis generis claritate, et antiquitate glorieris. *Et nomen inutile*] Et famam, quæ tibi nil proderit.

14 *Pictis timidus*] Non navis picturæ, sed robori et ornamenti fidunt nautæ; sic milites non in generis splendore, sed armis et exercitu spem collocant.

15 *Nisi ventis*] Nisi in naufragio vis fieri ludibrio ventis, id est, inflatis et ambitiosis ducibus.

16 *Cave*] Noli amplius movere bellum.

17 *Nuper sollicitum*] Dupliciter Horatius affectus fuit: nam quamdiu sub Bruto militavit, ob militiae labores et molestiam, et quod partium illarum imbecillitatem cerneret, ingens tædium sentiebat: postea vero Augusto reconciliatus, tædio quidem nullo nauseans, sed ingenti desiderio publicæ salutis curam retinebat. *Torrent.* *Nuper sollicitum*] O Respub. quæ mili ex tuis malis sollicitudinem et tædium induxeras.

18 *Nunc desiderium*] Quæ nunc me absentem tui desiderio affici.

19 *Interfusa nitentes*] Pro Vites æqua fusa inter Cycladas. Ostendit autem non minus periculorum fore afflictæ jam Reipub. diuturnius bellum, quam exarmato ac fatiscenti navigio, si Ægæo in mari, inter tot saxa ac scopulos, agitari contingat. Recte etiam Cycladibus comparemus plures belli civilis duces, omnes æque Reipub. perniciosos. Plura qui velit, Turnebum adeat xix. 11. *Torrent.* *Nitenteis*] Cycladas longe apparentes.

20 *Vites æquoru*] Suadeo, ut fugias periculorum angustias, quibus te fa-

cile extricare non possis. *Cycladas*] Cycladae sunt Insulae in mari Ionio, numero 53. sic appellatae, quod in cycli formam disponuntur.

**Ode xv.** Θρηνητική. NEREI vaticinum de ruina Trojæ. Paridi præsertim multa mala denuntiat, snam mollitiem ei exprobrans.

**1 Pastor**] Per contemptum de Paride, qui in Ida monte pastor fuerat. Postquam ergo hospitis sui Menelai uxorem Helenam viro absente ex Sparta rapuisset, non Trojam illico reversus est, sed plures provincias adiens, tandem in patriam reddit. Hinc ergo trahere dixit, pro lenta navigatione circumducere. *Steph. Torrent. Pastor*] Paris.

**2 Idais Helenam**] Navibus fabricatis in Ida Phrygiæ monte, ubi Paris fuit educatus. *Perfidus*] Perfidus, quia jura hospitalitatis fregerat.

**3 Ingrato celeres obruit otio Ventos**] Otium ventorum vocat ‘sacrum silentium.’ Quare? quia jam dicturnus erat Nereus. Solent autem silentium ventorum et maris orationibus Deorum præmittere Poëte. Nereus ergo, majestate orationis suæ, εὐφημίαν ventis invitis, et, ut Plautus loquetur, ingratii, induxit. Ideo *ingratum* vocat *otium*. Heinsius. *Ingrato*] Otio molesto compressit ventos, ne spirarent, nihil enim ventis magis est *ingratum*, quam non flare.

**4 Fera**] Fata luctuosa, non solum Paridi, sed omnibus etiam Trojanis.

**5 Nereus fata**] Sunt qui Proteus pro Nereus legendum esse contendunt. Vide Turneb. xix. 3. et Junium Animadv. iv. 23. *Nereus fata*] Deus marinus, Ponti filius, a mendacio alienus. *Mala avii*] Id tangit Horatius, quod suo tempore vulgare erat: nempe, ut rei bona eventum, ‘bonis avibus,’ malæ, malis cessisse dicerent, ex Augurum observatione. *Avi* ergo hic angurium ipsum et omen denotat. Erasmus. *Mala*] O Pari, tu quidem malis auspiciis ad dominum pa-

ternam ducis Helenam.

**6 Quam**] Quam Græcia cum magno exercitu requiret.

**7 Conjurata**] Omníbus Græcie proceribus jurejurando in portu Aulidis obstrictis, ad manimenter dimicandum, donec Helenam essent nacti. *Rumpere*] Dissolvere tnas illicitas nuptias, et evertere antiquum Priami regnum.

**9 Eheu**] Quidam contendunt legendum, *Heu, heu, heu.* *Eheu*] Dolentis est.

**10 Sudor**] Labor bellicus. *Funera*] Quantas strages commoves Trojanæ genti; quæ olim dicta est Dardane, a Dardano qui vixit tempore Moysis, Anno mundi 1738.

**11 Jam galeum Pallas**] Palladem potius, quam Martem nominat, quoniam Dea illa, una cum Junone, Græcorum se veluti ducem præstítit, et alioqui bellis et ipsa præest: unde armata fere, oculis torvis, aspectu virili, capite galeato, ægidem pectore præferens, &c. At ‘ægidem’ illam horrificam nemo melius expressit Virgilio Æneid. viii. ‘Ægidaque horrificam turbatæ Palladis arma,’ &c. Quod vero ‘currus’ addit, sciendum, quadrigas bigasque bellicas Palladis inventum credi. Jam postremo loco ‘rabiem’ adjungit, sine qua nullum geritur bellum, quantumvis justum. *Torrent. Ægida*] Scutum Palladis.

**12 Rabiem paral**] Furorem bellii.

**13 Nequicquam**] Frustra. Nam Venus, cum non sit bellicosa, non potest esse Paridi præsidio. *Ferox*] Animosus.

**14 Pectes**] Ornabis capillum.

**15 Imbelli**] Cithara bello non apta est, sed mensæ ad hilaritatem. *Cithara carmina dicides*] Sic dicimus lyræ percutere κατὰ μέπος, idem quod sigillatum, distinete, et accommodate, modo hunc, modo aliud atque alium lyræ nervum digitis carpere, ant plectro tentare, et hoc est, quod ait Horat. ‘imbelli cithara carmina divi-

dere.' *Bernard. Martini. Carmina divides]* Minuriendo ad citharam cantillabis, ac sic divides. *Heinsius.* Vel nequicquam carmina distincte, apte, et accommodate lyra canes: carmina aliis atque aliis nervis carptis ac perennsis modulaberis. *Lamb. Divides]* Nequicquam suis numeris aptum carmen ad imbellem citharam canes. Vel, nequicquam distribues carmina alternatim, ut solent citharedi: qui dum carmina canunt, modo sua voce, modo lyræ sono intununtur.

16 *Nequicquam thalamo]* Frustra etiam thalamo te continens, belli strepitum vitabis. Sic Torrentius exponit. Sed melius cum sensu convenire crederem, si per *thalamum*, nuptias illas illicitas intelligamus. *Grates hastus]* Hastas odiosas thalamo nuptiali, propter copulæ disjunctionem.

17 *Cnossii]* Sagittas Cretenses: est Cnossos urbs Cretæ, quæ olim claramt arte sagittandi.

18 *Strepitumque, et celerem]* Strepitum pugnantium. *Sequi]* Celerem ad sequendum: erat Ajax tam celer pedibus, ut nemo fugiens eum evaderet.

19 *Seruſ]* Sero crines tuos adulteros, olim unguentis delibitos, pulvere deturpabis, id est, sero tandem traheris mortuos et cades. *Adulteros crines]* Τοῦ σωῦ μοιχοῦ, tuos adulteri. Tamen adulterum crinem Græci dicebant speciem tonsuræ, qua effeminati utebantur. Unde μοιχὸν κέρσος dicebantur, qui sic tonderi solebant. *Heinsius.*

20 *Crines pulvere collincs]* Recte crines illos fœdari pulvere ait, qui adulterii irritamentum fnerint. *Torrent.*

21 *Lärtiuden]* Ulyssem Laërtis filium.

22 *Pylum Nestora]* A Pylo urbe Nestor denominatur Pylus.

23 *Urgent]* Insequuntur. *Te Salaminius, &c.]* Sthenelum ut pugnacissimum recenset Horatius, una cum Teucro et Idomeneo, iv. Od. 9. ac

singulari rei militia præditum fuisse Homerus ostendit. *P. Victor. Var. Lect. xxviii. 3.*

24 *Teucerque et Sthenelus]* Quidam legunt: *Teucer, te Sthenelus.* Alii: *Teueer et Sthenelus. Teucerque]* Teucer, qui in Cypro condidit Salamina. *Sthenelus]* Capanei filius, unus eorum qui in equo Trojano se abdiderrunt. *Sciens]* Doctus ad pugnandum, et equorum promptissimus moderator.

26 *Merionem]* Vide supra Od. 6.

28 *Tyrides melior patre]* Quem Virg. Achilli comparat. Patribus antem deteriores fere nasci filios, videbimus iii. Od. 6. *Tyrides]* Diomedes, patre suo Tydeo fortior et valentior.

29 *Cervus uti]* Notant autores animalia, quibus cor parvum est, audacia esse: quibus prægrande, pavida. Plin. xi. 26. At homini contra evenit: unde μεγαλόφρων. Quod vero cervinum eorū Agamemnoni Achilles apud Homerum objicit, non ad cordis amplitudinem, sed ad naturæ constitutionem referemus. *Torrent. Quem tu]* Quem tu, homo mollis et luxuriosus, fugies, sicut cervus fugit lapum visum in altera parte vallis.

31 *Sublimi anhelitu]* Ut fit, cum agitato pectore, quem hanrimus aërem anhelantes reddimus, et in sublime jacimus. *Sublimi]* Anhelitu qui ex alto pectore dicitur.

32 *Tuae]* Tuæ Helenæ, cui multa de te gloriose jactaveras.

33 *Iracunda diem]* Iracunda classis Achillei (propter eruptam sibi Briseida) proferet diem Ilio matronisque Phrygum. *Proferet Ilio]* Prorogabit tempus, id est, bellum Trojanum producet et retardabit.

35 *Post certas]* Post annos novem a fatis certo decretos. *Achaicus]* Ignis Græcus; nam Achaia est pars Græciae.

36 *Iliucas domos]* Domos Trojanas. ODE XVI. *PALINODIA.* Veniam petit a puella quam Iambis læserat: eulpamque transfert in iram, ejus vim indomitam describit.

1 *Pulchrior]* Nunquid mulier hanc

landem agnoverit, ut dicatur pulchra pulchrior?

**2 Quem criminosis]** Quemcumque voles modum, id est, quācumque voles rationem, tu præscribes ad mordaces Iambos meos abolendos, quos in te scripsi.

**3 Iambis criminosis]** Iambica, seu carminis genus mordax in pueram hanc scripserat: id ejus nunc arbitrio aboleri expedit. Hinc etiam λαυβίζειν apud Græcos, pro mordere et insectari: quique eo scribendi genere delectantur, λαυβίσται dicti. **Sire flamma]** Solebant enim veteres quicquid detestabantur, vel in profluentem abiecere: et sic in ignem lignis infelibus, hoc est, de infelici arbore sumptis, ea exurere. *Torrent.* Turneb. xviii. 4. **Sire flamma]** Sive Iamhos exurere voles, sive in mare dejicere.

**4 Adriano]** Mare Adrianum ponitur pro quovis mari. Turneb. xxi. 15.

**5 Dindymene]** Pulcherrima comparatione vim iræ demonstrat, cum iratum fanatico comparat: æque graviter enim et mente et corpore agitantur. Fanatici autem nomine et Lymphatum, et Ceritum, et Larvatum, et quoconque alio simili furete correptum accipio: cuius morbi, quia obscura ratio est, veteres causam ad Deos retulerunt, quasi numine afflati essent, qui talia paterentur: unde et ἔρθεοι et θεοφορόμενοι vocabantur. *Torrent.* **Dindymene]** Dea Cybele Dindymene dicta a Dindymis Phrygiæ monte, in quo sacra sibi per Corybantes instituit. **Non adytis qualit]** Non ex adytis: locis templi sacris et secretis, ad quæ nulli nisi sacerdoti fas erat accedere.

**6 Incola Pythius]** A Pythonे serpente miræ magnitudinis, e terræ putredine statim post diluvium nato, ac Latonam jam gravidam Junonis jussu infestante, ideoque post ab Apolline adhuc juvēne sagittis interfecto, Denū sic cognominari volnerunt. Quin et Indi in honorem ejus instituti hinc ‘Pythia’ vocabantur. *Tor-*

*rent. Incola Pythius]* Apollo, qui in dandis oraculis mentem sacerdotis incolit, id est, quatit, movet, cogit.

**7 Æque: non]** Non æque, sed vehementius ira animos hominum commovet, quam Cybele, Apollo, aut Liber concutit mentem sacerdotum. **Acuta]** Tympana acute sonantia.

**8 Corybantes æra]** Si quis forte sacerdotum mentes a numinibus agitari neget, is æra a Corybantibus pulsa consideret: sciatque non lenius animos nostros ira, quam illa cerebro repetitis ictibus impelli, nec minus perturbari quam illi solent, quos assiduus æris sonitus ita affectos reddit, ut, etiam cum nullum audiunt, audire tamen imaginentur. Hinc κορυβαντίζειν, pro Corybantum more affici et iusnire, seu μανικῶς κινέσθαι, ut exponit Strabo lib. x. *Torrent.* **Corybautes æra]** Sacerdotes Cybelis, quæ tympanorum pulsu et cornuum cantu Jovis vagitum celabant Saturnum.

**9 Noricus]** Noricus, pro quovis ense. In Norico (quam regionem plerique nunc appellant Bavariam) optimi sunt gladii ex ferro probatissimo. Homo iratus neque enses, neque quodvis aliud periculum extimescit.

**12 Ruens tumultu]** Descendens cum fulmine tremendo. Pro Jove tonante ponitur.

**13 Prometheus adlere]** Japeti et Clymenæ filii, propter singularem ingenii excellentiam, hominem primum ex limo finxisse existimatur, animum vero ex particulis aliorum animalium undique disiectis illi indisse. Nam a Leone iracundiam, a Sue libidinem, a Vulpe astutiam, et ab aliis aliud mutnatū est. **Principi]** Primo homini ex limo efformato.

**14 Coactus particulum]** Necessitate compulsus, quod in bestiis fingendis omnes naturæ facultates consumpsisset. **Undique]** Ex omnibus animalibus.

**15 Et insani]** Et rabidi leonis furem. **Insani Leonis]** Hoc ergo est

quod Horus Apollo tradidit, Ægyptios per ‘leonem,’ perturbationem illam, quam θυμὸν vocant Græci, significasse. *Torrent.*

16 *Stomacho*] ‘Stomachum’ pro pectore dixit, in quo cor. Sanguine enim ibi ebulliente, perturbatio illa nascitur, qua ad iram concitatur. *Torrent.* *Stomacho*] Hinc dicunt Latini stomachum movere, pro, iratum facere, et stomachari, pro irasci.

17 *Thyestu exitio gravi*] Thyesti suos filios frater Atreus edendos apposuit, eo quod Thyestes cum Atrei uxore concubisset.

18 *Stravere*] Dejecere de statu. *Ultimæ*] Extremæ fuerunt causæ, usque ad eversionem; vel quibus nullæ graviores potioresque.

21 *Aratrum excrcitus*] Urbs tum esse desinit, cum in ea aratrum sit circumductum: aratro etiam prisci in condendis urbibus utebantur. ‘Interea Æneas urbem designat aratro.’ Virgil. *Insolens*] Exercitus superbis; quia victoria natura insolens est et superba.

22 *Compescere mentem*] Comprime animum, nec me imitare, quem poni tet iræ. *Me quoque*] Excusat se Horatius, conferens iræ cansam in adolescentiæ fervorem. *Pectoris ferror*] Ira est ebullitio sanguinis circa cor.

24 *In celeres Iambos*] De hoc Epist. ad Pisones: ‘Syllaba longa brevi subiecta vocatur Iambus, Pes citus.’

25 *Furentem*] Propter iram. *Nunc ego mitibus*] Nunc studeo mitia per sequi, tristia relinquere.

26 *Dum mihi fias, &c.*] Mutato, inquit, scribendi stylo, pro opprobriis landes dicere non desinam; donec hac satisfactione placata, mecum in gratiam redeas: ut ‘recantare opprobria,’ sit contrario ea cantu tollere, atque irrita facere. Græci παλιν φθεῖν dicunt, unde παλινφθία. *Torr.* *Dum mihi*] Ea conditione, ut fias mihi amica.

27 *Recantatis amica*] Recantatis

convitiis atque maledictis, quibus tu etiam me lacerasti, id est, tu quoque recantes in me sparsa convitia, mutataque sententia, me redames. *Cruq.*

28 *Animumque reddas*] Atque ea conditione, ut me in spem ducas tecum in gratiam redenndi.

**Ode xvii.** Παρανετική. AD TYNDARIDEM. Invitat eam in Lucretilem, commendans ab amoenitate, nec non ostendens commoda, quæ ex ea percipiet.

1 *Velox amœnum sœpe*] Caprinos pedes habent Fauni, velocitati accommodos. *Lucretilem*] Lucretilis mons est in Sabinis, in cuius valle villam habuit Horatius amoenissimam.

2 *Mutat*] Sæpe demigrat in Lucretilem ex Lycæo, qui mons est in Arcadia, in quo sacra Fauno, vel Pani pastorum Deo, celebrabantur. *Fau-nus, &c.*] Vide Turneb. xix. 3.

3 *Defendit æstum capellis*] Prohibet æstum servidum a meis capellis usque, id est, semper. Victor Var. Lect. xxx. 11.

4 *Pluriosque ventos*] Ventos pluriam ferentes.

5 *Impunc tutum*] Sine damno.

6 *Deriæ*] Oalentis mariti uxores deviæ, id est, capellæ errantes de recta via quærunt arbudos, &c.

7 *Oalentis uxores mariti*] Fætentis capri, qui a Virgilio dicitur, vir gre-gis, hic maritus: per ἀκυρολογίαν.

8 *Colubras*] Alii legunt, colubros.

9 *Hædilia*] Lambinus non uno in Codice *Hædilia* scriptum meminit, et *hædulæ* legendum affirmat, quæ sunt hædulorum septa. Auratus legit *hæ-dulci*. *Hædilia lupos*] Nec hædorum stabula seu greges metunt lupos Martiales, id est, lupos Martis tute-læ consecratos: nam vi et insidiis pecora spoliant. Virg. ‘Dolus an virtus, quis in hoste requirat?’

10 *Utcunque dulci Tyndari, &c.*] Fauni fistulam interpretor, ex prisco rum opinione, qui loca vocis imaginem referentia a Faunis et Satyris

incoli credebant, ut convalem suæ villæ Horatius: sed et eos modo tibia, modo fistula canere credebant. *Turneb.* viii. 15. *Ucunq[ue] dulci]* Ubiunque o Tyndari istæ valles et levia saxa montis Usticæ personuere dulci fistula Fauni vel Panos, qui propulsator est enjuscunq[ue] mali a monte Lucretili.

11 *Usticæ cubantis]* Ustica mons est in Sabinis leviter declinans ac depresso, instar hominis cubantis. Sic ‘supium Tyburi’ dixit.

12 *Leria]* Saxa levigata, vel attrita. *Personuere saxa]* Sonitu fuere completa.

13 *Di me tuentur, &c.]* Αἰτιολογία, eur apud Lucretilem ei sint omnia tuta, ab innocentia, Deorumque cultu, et Musarum studio. *Craq.*

14 *Musa cordi est]* Carmen meum placet Diis. *Hinc tibi copia]* Ex hoc meo agro, opulenta ruris honorum copia, id est, frugum terræ copia manabit tibi ad plenum. *Ruris honores,* sunt ruri nascentia.

15 *Benigno]* Liberali et largo cornu. Alludit ad Coruu copiæ, quod Herenles cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit: quo significatur omnium rerum ubertas et copia.

17 *In reducta valle]* In valle secreta, quæ flexuosos habet recessus, a ventis tuta. *Caniculae]* Ex Canicula dies caniculares nomen sumunt.

18 *Teia]* Carminibus Lyricis, quæ sunt paria et similia versibus Anacreontis, ejus patria fuit civitas Teia.

19 *Dices laborantes]* Cantabis amatoria. *Laborantes in uno]* Tale istud Od. 28. hujus lib. ‘Quanta laboras in Charybdi.’ Et fortasse eo argumento seripsit aliquid Anacreon. Nam Odysseam Homeri Anacreontis Lyrae accinere ridiculum sit. *Torrent.* *In uno]* Ulyssis amore: utraque enim Ulyssem ardenter amavit, quarum altera fuit Ulyssis uxor, al-

tera mulierum veneficarum crudelissima.

20 *Vitreum Circen]* Sic a colore vitream dici crediderim, eadem ratione, qua cæteros quoque Deos marinos vel ‘cærulos’ vel ‘glaucos’ vocamus, et ‘virides Nereidum’ comassim. Od. 28. *Turneb.* viii. 15. *Vitreumque Circen]* Circen pulchram et pellucidam instar vitri.

21 *Innocentis Lesbii]* Optimæ quidem notæ vinum pollicetur, quale Lesbium, cui post Chium summa gloria; sed quod temperate sumatur, ne Bacchus Martem provocet. *Torrent.*

22 *Duces sub umbra]* Alludit ad illud Anacreontis, πιέν ἀμοστὶ, hoc est, ‘uno spiru exhaustire pocula.’ *Craq. Duces]* Hic bibes pocula vini Lesbii innocentis, id est, non onerantis caput propter tennitatem. *Nec Semeleius]* Nec a vino et poculis ad rixas et arma venietur, quod sæpe contingit inter homines bibaces et ebriosos.

23 *Confundet Thyoneus]* Sunt qui Bacchi hoc cognomem a Thyone ejus matre, quæ Semele quoque dicta fuerit, deducant. Alii a θύω τὸ ἵερουργῶ, vel a θύω τὸ ὄρμῶ: (θύει enim apud Græcos et sacrificare et prouere atque impetu ferri significat:) et horum sane, vel Horatio auctore, probabilius sententia est. Ad Bacchi enim cognominis hujus proprietatem respexisse Poëtam existimo. Turnebus aliter illum locum interpretatur xii. 8. et xv. 22. *Torrent.* *Confundet]* Commiscerit prælia Bacchus, Semelæ filius.

25 *Suspecta]* Nec tu, a Cyro suspecta et observata quod alium ames, metues eum: fuit Cyrus Horatii rivalis, vel Tyndaridis maritus vel amicus. *Ne male]* Ne scelerate tibi imbeciliiori petulantæ manus injiciat.

26 *Incontinentis injiciat manus]* *Munus incontinentis* vocat, qui incontinentem habent herum. ‘Manum’ au-

tem 'injicere' Jureconsultorum locutio est. Quare et Horatium de Cyro Tyndaridem suo jure vindicante interpretabimur. Passeratii tamen explicatio, quam Lambinus commemorat, mihi non displicet, ut amatorem amicæ viribus impari male ac crudeliter verbera inferentem intelligamus. *Torrent.*

27 *Et scindat*] Coronam e floribus, enjusmodi in conviviis utebantur antiqui.

28 *Immeritamque*] Vestem quæ parum commeruit a Cyro dilacerari.

**Ode xviii. Πραγματική. AD QUINTILIJ VARUM.** Vinum moderate sumptum exhilarat animum, at haustum immoderate, furorem concitat.

1 *Sacra vite*] Vite Baccho consecrata. *Prius severis*] Potius plantaveris.

2 *Mite solum*] Cedens atque obsequens, quod facile a cultoribus sibi imperari permittat. *Mite*] Fundum bene exultum, vel mites uvas effarentem. *Tiburis*] De quo vide supra Od. 7. *Catili*] Catilius fuit frater Tiburis, a quo conditum est Tibur. Poëta igitur sua uitetur licentia, ponens fratrem pro fratre. *Catili*] Pro Catilli, qui Amphiaraifilius fuit: post prodigiam illam patris necem, cum Euandro in Italiam venit, atque ibi Tiburnum, Coram, et Catillum filios procreavit, qui una Tibur condiderunt, ac fratri Tiburti nomine appellarunt. *Torr. Turn. xxi. 3.*

3 *Siccis omnia*] Iis qui sobrii sunt, ac nimis severi, et vino nequaquam madidi.

4 *Mordaces*] Edaces curæ.

5 *Quis post*] Quis bene potus crepat, id est, commemorat, vel queritur militiam esse rem gravem? *Crepat*] Inter alia significat, eundem de re aliqua sermonem sæpius repeteret, nec quærendo tantum, sed laudando etiam: cum nihil aliud sit, quam crebrum sermonem usurpare, et ad Bac-

chum et Venerem referri debet. *Torrent.*

6 *Quis*] Quis non te potius, o Bacche, crepat et prædicat?

7 *Ne quis*] Ne quis supra modum bibat. *Modici*] Vini moderate bibiti. *Transiliat munera*] Verissimum est, quod de Vini natura Plin. scribit xiv. 5. neque viribus corporis utilius alind, neque aliud pernitosius, si modus absit. Muret. Var. Lect. vi. 12. Ang. Politian. Miscell. c. 61.

8 *Lapithis*] Centaurea rixa super mero debellata cum Lapithis monet, &c. id est, pugna a Centauris habita cum Lapithis, inde exorta, quod Centauri inter epulas Perithoi nuptiales plus nimium poti Lapitharum uxori bus vim inferre conarentur. *Rixa*] Veteres ita usi, ut non tam jurgium, quam ex jurgio pugnam, *Rixæ* verbo significant, præsertim Jurisconsulti nostri. *Super*] Post ebrietatem. *Super mero*] Pro in convivio, sive inter vina dixit: ut et 'super cœnam,' pro inter cœnandum.

9 *Debellata*] Simpliciter pro pugnata ac commissa dixit, cum 'debellare' bellando vincere sit. *Torrent.* *Debellata*] Rixa armis dijudicata. *Sithoniis*] Thracibus non levis, id est, iratus Bacchus dictus Euius, a voce Bacchantium ἐβοῦ. *Non levis*] Non ad Lycurgi Thracis exitium referendum, quem non violentia, sed contemptus numinis perdidit, verum ad turbulenta gentis totius convivia, de quibus mox Od. 27. *Torrent.* *Euius*] Cur ita dictus, incertum est. Probabilior illorum sententia, qui sic appellatum existimant, quod, cum bello Gigantæ strenue admodum se gesisset, Jupiter eum callaudans, ἐν viâ dixit. *Idem.*

10 *Quum fas*] Qnum licitum et illicitum distinguunt exiguo fine, id est, nullo discrimine. Nam ebrii exiguum differentiam esse volunt inter turpe et honestum.

11 *Avidi*] Cupidi ad explendam li-

bidinem. *Candide]* O bone Bacche! qui Bassareus est appellatus a vestis genere, qua Bassarides, Bacchi sacerdotes inducebantur. *Bassareu]* Græci dicunt, non Bacchum modo vocari ‘Bassaron,’ pro quo ‘Bassareus’ dicens maluit Horatius, sed et Bacchus ‘Bassaras’ et ‘Bassaridas,’ ilque a certo seu calceamenti, seu vestis genere, cum vulpinis pellibns, quod *Bassarai, βασσάραι*, dictæ sunt etiam ἀλόπεκες. Ego tamen vestem fuisse malim. Alii ἀπὸ τοῦ Βάσσεω, pro βοῶν, ‘Bassarum’ aut ‘Basarum’ dictum volunt. *Torrent.*

12 *Inritum]* Tunc homines bibunt Baccho invito, quum bibunt usque ad ebrietatem. *Inritum quatian]* Ante candidum vocavit, apertum ac since-rum, qualis revera esse creditur. Cæterum quia intemperantia laccusitus, eam severissime punit, negat Poëta se iraenndiam ejus provocaturum. ‘Quatere’ enim movere et exagitare significat. *Torrent.* *Obsita frondibus]* Operata atque obducta frondibus: hinc ‘mystica vannus Iacchi.’ Pampinis autem vel hedera cista illæ tegebantur, quas commovisse, nulli impune cessit. Qno Planti locus ille spectat: ‘Scis ubi mea commovi sacra, quas turbellas soleam dare?’ *Idem.* *Turneb.* xxii. 21.

13 *Sub divum]* Nec divulgabo ar- cana tua multis pampinis opera, id est, non profram in lucem res secretas meæ fidei commissas. *Sæva tene]* Comprime tympana et cornua tua, id est, reprime ebrietatem, quemadmodum tuæ sacerdotes ad furorem accenduntur, tympano tuo auditio et cornu Berecynthio, id est, Phrygio.

14 *Cornu tympana]* Et magna qui- dem sacrorum omnium cognatio erat, sed præcipue matris Denim, ac Bacchi, quod Catulli de Attide carmen manifeste ostendit. *Quæ tympana,* id est, quam ebrietatem. *Amor sui]* Φιλαυτία, arrogantia et lingua- incontinentia, sunt tres comites ebrie-

tatis.

15 *Vacuum]* Caput sine cerebro, id est, sine prudentia.

16 *Prodiga]* Fides effusa in secre-tis prodendis, omnia consilia nudans veluti vitrum, quod nihil occultat.

**ODE XIX.** *Ἐρωτικὴ.* **DE GLYCERA.** Se Glyceræ amore ita nri dicit, ut non bella, sed amores tantum scribere possit.

1 *Mater sæva]* Quod miris modis in amoribus cruentur amantes. *Cruq. Mater]* Venus, crudelis mater est multorum affectuum, qui eam comi-tantur.

2 *Thebanæque]* Bacchus qui colitur Thebis. *Puer]* Semeles filius.

3 *Licentia]* Otium quod in lasci-viam semper resolvitur.

4 *Finitis animum]* Definitis, certis et constantibus, quod dicit, Glyceræ in amorem sui pellicendi gratia; quod ei gratius id fore intellexerat. *Cruq.* *Finitis animum reddere amori-bus]* Ad amores extinctos animum re-ducere.

5 *Urit me]* Incendit me Glyceræ pulchritudo. *Turneb.* xxii. 21.

6 *Splendentis]* Quæ splendet clarius marmore candidissimo, quod in Insula Paro effoditur.

7 *Protervitas]* Petulantia vel ira-ficta, quæ in puella gratior est ama-toribus, quam obsequela, pudor, aut taciturnitas.

8 *Lubricus]* Vultus lubricus aspec-tu: ‘Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!’ nam velut in via lubrica difficile est sine casu vel pro-lapsione insistere, adeo certe est dif-ficile Glyceræ splendorem aspicere et complexum ejus non expetere.

9 *Tota ruens]* Totas vires effun-dens.

10 *Cyprum deseruit]* Egregie ob-sessum se amore describit: siqidem Venus relicta insula sibi longe grati-sima, tota in ipsum prounehat. Pa-phus autem et Amathus et Idalion Cypri oppida fuere. *Torrent.* *Cyprum]*

Insulam, ubi religiosissime colebatur.  
*Sytha*] Scytharum et Parthorum bella describere.

11 *Et versis, &c.*] Eodem referendum illud Virgilii: ‘Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.’  
*Bland.* codd. habent *Aversis*. *Versis*] Parthi fugientes ex equis pugnant.

12 *Nec quæ*] Nec Venus me patitur ea dicere quæ nihil spectant ad amorem, id est, bella dicere.

13 *Hic vitum*] Ad Venerem placentam, ut facilis Glyceræ complexu fruar. O pueri, id est, o servi, ponite et parate mihi cespitem vivum, id est, viridem (eius herba adhuc viridis est) ut super eam Veneri sacrificem. Nota, quod in rebus longam moram non ferentibus, cespes locum aræ obtinebat. *Cespitem*] Lambinus *cæspitem* per diphthongum scribit. *Turn.* xxii. 21.

14 *Verbenas ponite*] Sic Virgilius: ‘Verbenasque adole pingues et mascula thura.’ Bene verbenas, cespitem, et thus Veneri promittit, quæ non placatur sanguine. Cum itaque Veneris quoque proprium, atque apud Romanos pene perpetuum cognomen sit *Genitrix*, nefas merito videri posset, cæsis eam hostiis venerari, per quam vita concedatur. Eamque ob causam Erasmus hunc locum sic exponit, ut ‘venturam’ dicat ‘Glyceram leviorem, quam mactata sit hostia.’ Nannius *Miscell.* iii. *Acron.* *Torrent.* *Verbenas*] Herbas sacras.

15 *Bimi*] Duorum annorum.

16 *Mactata*] Postquam factum fuerit sacrificium, Glyceræ venit multo lenior et mansuetior, non proterva.  
**ODE XX. Πραγματική. AD MÆCENATEM.** Invitat Mæcenatem ad convivium, minime sumptuosum.

1 *Vile*] Per se quidem vile, præsertim Mæcenati assueto melioribus, sed multiplici nomine commendandum. Nam et apud se natum, et a se conditum scribit, et quidem eo tempore, quo Mæcenati, tanto totius

Pop. Rom. consensu, ob restitutam ei valetudinem in Theatro applausum fuit. Alii *vile* vocant, quia inemptum. Sed illud malum: nullius enim notæ vinum Sabinum. *Torrent.* *Vile*] Non magni precii. *Sabinum*] Vinum in montibus Sabinis natum.

2 *Cantharis*] In poculis modicis, non admodum capacibus. *Græca testa*] Dolia veterum fictilia fuisse dicit Torrentius: et hinc ‘testam’ pro dolio dixisse Lambinus negat: nam antiquitus, dicit, condebant vinum in testis, id est, amphoris, seu cadis fictilibus: quarum optimæ erant quæ fingebantur in Græcia. *Græcam autem testam*, Cumanam vel Samiam intellige. *Turn.* xvi. 5. *Testa*] Cado fictili, vel amphora, quæ fingebatur in Græcia.

3 *Conditum levi*] Diligentem asseverationem vini, quod datus est, indicat: siquidem testam ipse sua manu obleverat: quod vel cera, vel pice, vel crassiori aliquo gummi fieri consuevit. *Levi* autem et *livi* dicitur. hinc *relinere*. *Torrent.* *Levi*] Picavi, vel pice illivi, a verbo *lino*.

4 *Quum*] Quo tempore populus in theatro tibi applaudefebat, recepta valetudine.

5 *Eques*] In equestri dignitate permanens. *Ut paterni*] Sic, ut ripæ Tiberis et mons Vaticanus simul resonarent ad acclimationem et plausum populi tibi datum, quemadmodum in Theatro excipi solebant viri bene de Republica meriti, mali contra sibilis explodebantur.

6 *Paterni fluminis*] Propter patriam ejus *Thusciam*, ubi Tiberis oritur. *Comment.* *Fluminis*] Tiberis, qui fluit ab *Hetruria* Mæcenatis patria.

7 *Vaticani*] Vaticanus mons est theatro Pompeii vicinus, prope Tiberim.

8 *Imago*] Echo, quæ ultimæ seu extrempæ vocis desinentis repercussione jocari videtur.

9 *Cæcubum*] Vinum Campaniæ re-

gionis. *Domitam*] Pressam.

10 *Uram*] Tu bibes etiam vinum. Calenum, sic dictum ab urbe Calenis. *Mea nec*] Ergo nec Falernum habeo tibi vimum, nec Formianum, quæ illis temporibus vina fuere generosissima. Falernus regio est Campaniae ubi multi sunt colles vitiferi. Formiae, urbs est Latina juxta Caietam, quam Lacones condidere.

11 *Temperant*] Id est, poenula mea non sunt temperata vino Falerno, &c. *Lamb.*

**ODE XXI.** Εὐχαριστικὴ. IN DIANAM ET APOLLINEM. Hortatur virgines et pueros ad canendas eorum laudes.

1 *Dianam*] Latonæ filiam ex Jove, quæ in cælo Luna, in terris Diana, apud inferos Hecate nominatur. *Di-cite*] Cantate.

2 *Intonsum*] Ἀκειροκόμης sive ἀκερ-στέρκης dictus Apollo, quod comam non tondeat; eadem nempe ratione qua Jupiter Axur sive Axurus, qui etiam intonsa coma pingitur. Comam enim intonsam luctu parentis signum esse tradit Hesychius. Hinc est, quod etiam nobilium pueri, qui ad cyathum stabant, comati erant et splendide culti, ut et citharoedi. *Intonsum*] Capillis prolixis Sol pingitur, quia radios extendit usque in longissima. Pingitur etiam imberbis, quia nunquam senescit. *Cynthium*] Sic dictum a Cynthia sublimi monte, qui Delo imminet, ubi natus est.

3 *Latonamque*] Latona Dianam et Apollinem peperit ex Jove.

4 *Penitus*] Valde, vel familiariter.

5 *Vos lactam*] Vos virgines cantate Dianam, quæ gaudet fluvii et nemorum frondibus, id est, venatione. *Co-ma*] Quidam comam legunt: sed minus recte.

6 *Quæcunque*] Quæcunque nemorum coma prominet, aut in Algido (qui mons est in agro Tusculano, distans ab urbe Roma quindecim millia passuum) aut in Erymantho, monte

in Areadia: aut in nigris, id est, umbrosis sylvis Cragi, qui mons est in Lycia. *Gelido Algido*] Recte enim ab algendo dictum volunt Grammatici. Distat Roma duodecim millia passuum, ad ingressum Regilli lacus. Diana sacrum fuisse etiam constat. *Torrent.*

7 *Nigris aut Erymanthi*] Sic iv. Od. 12. ‘Cui pecus et nigri Colles Areadiæ placent.’ Virgil. quoque Georg. iii. ‘Aut sieubi nigrum Ilicibus crebris saera nemus accubat umbra.’ Densitas enim silvæ nigredinem efficit, ut et aquæ profunditas. Virg. Georg. iv. ‘Quæ niger humectat flaventia culta Galesus.’ Est autem Erymanthus Areadiæ mons, ob aprum in eo ab Herenle dominum in primis nobilis. *Torrent.* [Erymanthis Schoenborn. 2. ap. Jaeck.]

8 *Cragi*] Gragi habent lib. MSS. omnes. Græci Κράγος seribunt. Est Tauri montis pars in Lycia agrestium deorum antris celebris. *Torrent.*

9 *Vos Tempe*] Vos mares, id est, pueri, laudate Tempe, loca amenissima in Thessalia.

10 *Natalemque*] Delon, in qua nati sunt Apollo et Diana. *Delon Apollinis*] Multi quidem Dianam in Delo natam volunt. Horatius tamen in illo rūm videtur fuisse sententia, qui Apollinem quidem in Delo, sed Diana in Ortygia, quæ alia quam Delos insula, natam credunt. Qua de re plura Muretus suis in Catulli Carmen Sæculare commentariis. *Torrent.*

11 *Insignemque*] Laudate etiam Apollinis humerum, insignem pharetra et lyra, quam ipse a fratre Mercurio dono accepérat.

12 *Fraternaque lyra*] Auctor Hyginus, Mercurium, cum Apollinis boves abegisset, deprehensum, ei lyram donasse, ac vicissim ab eo virgulam illam accepisse, de qua supra Od. x. Lyra autem sibi concessa Orpheum Apollo docuit; ac postea inventa a

se cythara, ei lyram concessit. Hinc ratio constat, cur nunc lyra, nunc cythara Apollini tribuatur. *Torrent.*

13 *Hic bellum*] De Apolline ut sospitati ac conservatore, et mala omnia depellente, hic loquitur; quem Græci ἀλεξίακον appellant: quamvis enim idem et noxious, promptior tamen ad salutem; ad noxiā pigror credebatur: qua de re pulcherrime Maerob. *Saturn.* i. 17. *Torrent.* *Hic bellum*] Hic Apollo motus vestra prece a Pop. Rom. et Principe bellum, famam, pestem, abiget in Persas atque Britannos, Pop. Romani hostes. *Miseram*] Fame nihil miserius.

16 *Aget*] Depellet. *Turneb.* vi.  
24.

**ODE XXII.** Προσφωνητική. AD ARISTIUM. Vitæ integritas et innocentia ubique tuta est; idque sno exemplo probat.

[Schoenborn. 2. inscribit, *Ad Fuscum laudando innocentium.*]

1 *Integer vitæ*] Integrum vitæ vocat hominem, cui totius vitæ ratio optime constat. Vitæ enim integritas perfectum aliquid absolutumque significat. *Torrent.* *Integer vitæ*] Innocens, et qui suam vitam scelere non reddit impuram.

2 *Mauri jaculis*] Optimi codices testantur legendū esse Mauris; nam alibi quoque sic loquitur Horatius, ut ii. Od. 6. ‘Maura unda;’ et alibi, ‘Mauris anguibus.’ *Turneb.* xvii. 5. *Jaculis*] Cujusmodi utuntur Mauri, qui optimi erant jaenlatores. Ælian. lib. de Animal. xiv. 5.

3 *Gravida*] Pharetra plena sagittis veneno imbutis.

5 *Sive per Syrtes*] Quascunq[ue] Syrtes hic intelligamus et quæcunq[ue] itinera vel terra vel mari, nihil ei timendum esse Poëta ostendit, quem Dii ob vitæ innocentiam tueantur; non adversus ferarum vim tantum, sed quævis alia etiam ab homine discrimina. *Torrent.* *Sive per*] Sive iter fecerit per Syrtes (Libyæ solitudines

mediterraneas, arenosas, pulverulentas, et siticnosas) sive per Cancasum, Scythie montem altissimum, Promethei pœna nobilem.

6 *Inhospitalem*] Inhabitabilem propter aestum.

8 *Lambit*] Præterlabitur et placi-de tangit, alluit. *Hydaspes*] Hydas-pes, Indiae fluvius, de quo multa fabulosa ab historicis scribuntur.

9 *Me sylva*] Lupns fugit me increm in sylva Sabina, dum canto meam Lalagen, id est, Lalagæ amicæ meæ laudes, et ‘dum vagor ultra terminum,’ id est, dum expatior ultra agri mei fines. *Curis expeditus*] Id est, liber a curis.

11 *Expeditus*] Torrentius legendum censem *Expeditis*: ita etiam legit Porphyrius, ποιητικῶς dictum interpre-tans; ut *curas expeditas* dixerit, cum ipse enris expeditus sit.

12 *Inermem*] Mirum sane hoc, quod ferus lupus Horatum fugerit iner-mem: vitæ igitur integratæ est hoc assignandum.

13 *Quale*] Qualem portentosum lu-pum.

14 *Daunia*] Apuliæ pars, sic dicta a Danno illic rege, quem Diomedis socernm fuisse volunt: de qua pro-vincia Plin. iii. 11. Alii a Dauno fluvio: alii a Danno Turni vel ave vel patre (eognomines enim fuere) vocatam malunt. Unde et Apulia ipsa interdum Daunia et Apuli Danni dicuntur. Horatius iv. 14. de Aufido loquens: ‘Qui regna Danni præ-fluit Apuli.’ *Torrent.* *Militaris* autem dicitur, quia viros effert fortes et ad militiam aptos. *Esculetis*] In sylvis quæ esculis arboribus glandi-feris sunt consitæ.

15 *Jubæ tellus*] Mauritania, in qua Juba regnavit, terrarum ultima ad Occasum ac fretum Gaditanum. Plin. v. 1. Quamquam hic pro Africa posuit, quam leones infestant adeo, ut et urbes totas obsideant; captos in-colæ cruci affigant, quo similis pœna

metu aliū a noxa absterreantur. Auctor Polybius, teste Plinio viii. 16.

16 *Arida*] Propter aquarum penu-  
riam.

17 *Pone me pigris*] Descriptio cir-  
culturum, alterius borealis sive arcti-  
ci, alterius australis, sive antaractici, a  
frigore, nebulis, et aëris intemperie.  
*Cruq. Pigris nbi, &c.*] Campos assi-  
duo astrictos frigore ‘pigros’ vocat,  
instar hominum, qui ipsi quoque ni-  
mio frigore ignavi segnesque efficiuntur.  
Hinc ‘iners et ignavum frigus’  
Poëtæ appellant. *Torrent. Pigris*] In  
frigidis locis Arcticō vel Antartici-  
co subjectis, ubi aquæ glacie pigres-  
cunt.

18 *Æstiva recreatur aura*] Tepido  
temperatur vento.

19 *Quod latus*] Quam partem mun-  
di.

20 *Jupiter*] Malignus et insalubris  
aër perpetuo premit et occupat.

21 *Sub curru*] Sub Zona torrida, in  
Africa. *Propinqui*] Sol illic directos  
dejicit radios, obliquos alibi.

22 *Domibus*] Credebant antiqui Zo-  
nam torridam fuisse inhabitabilem;  
at jam notum est, multis eo navigan-  
bus, eam vitæ humanæ protrahendæ  
satis esse idoneam.

23 *Dulce*] Dulciter.

**ODE XXIII. Λεσχητική. AD CHLOEN.**  
Non est cur Chloë viri contactum  
fugiat, quum sit jam viri potens et  
ætate matura.

[Codd. ap. Jaeck. inscribunt, *Ad  
Chloe*; et, *Ad Liviam Chloe.*]

1 *Vitas*] Libri meliores scribunt,  
*Vitat hinnuleo, &c.* Syllabæ ratio muta-  
tionem induxit, ut *vitas* scriberetur.  
Sed Poëtæ id non tam anxie curant,  
ut multis exemplis videre est. Vide  
*Gul. Canterum Nov. Lect. v. 12.*  
*Hinnuleo*] Sic ‘equulens’ et ‘hœdul-  
eus,’ pro equulus et hædulus. Tum  
‘hinnulus’ non cervarum tantum aut  
caprearum soboles est, ut Varro et  
Columella testantur; sed equi etiam  
ex asina fœtus, ‘hinnus’ dicitur, nt

asini ex equa ‘mulus.’ *Torrent.* Seri-  
bitur et *Innuleo* sine II. Turn. xxvi.  
36. *Hinnuleo*] Similis hinnulo pullo  
cervino, quo nihil timidius. [Codex  
Guelpherbitana ap. Jaeck, *Vita inu-  
leo.* Cf. Bibl. Crit. Seebode, 1820. ii.  
p. 159.]

2 *Ariis*] In montibus sine viis, qua  
feræ discurrere solent.

3 *Matrem*] Cervam.

5 *Nam seu mobilibus*] Muretus non  
uno in codice legi affirmat: *Nam seu  
mobilibus ritis inhorruit Ad ventum foliis.* Sic et Sealiger legebat. *Seu*  
Sive veris adventus inhorruit, et pau-  
lo horridior incumbit; id est, tremuit  
mobilibus foliis. Sed per Hypallagen  
lege sic: sive folia mobilia in-  
horruerunt veris adventu. Poëta per  
veris adventum significat Favonium  
veris comitem.

6 *Rubum*] Sentem, vel morum  
agreste. Angl. *the bramble-bush.*  
[Guelph. *rubrum.*]

[7 *Democre* codd. ap. Jaeck.]

8 *Et corde*] Et animo et corpore.  
*Genibus tremit]* Pavor enim incipiens  
gennum quoque tremore arguitur: ut  
‘tarda trementi Genua labant.’ *Tor-  
rent.* [Guelph. *tremunt.*]

9 *Atqui*] Atqui, o Chloë, ego non  
persequor te frangere, ut aspera Ti-  
gris atque ut leo Gætulus. *Tigris*] Tigris truculentum est animal et ve-  
locissimum.

10 *Gætuluse*] Africus leo; est e-  
nim Gætulia pars Afriæ. *Frangere*] Ut te fraugam et occidam.

12 *Tempestiva*] Viro apta et matu-  
ra, aunos nata decem et septem. Jus-  
tinianus ‘viripotentem’ vocat, quæ  
jam matura viro sit.

**ODE XXIV. Θρηνητική. AD VIRGI-  
LIUM,** qui mortem Quintilii defle-  
bat immoderate.

[*Hoc fuit ejituphium Quintilii de-  
functi, qui fuit filius Virgilii, laudando  
eum, et consolando Virgilium, qui de  
morte filii nimium doluit.* Schoenborn.  
2.]

1 *Quis desiderio]* Virgilius Musam alloquitur. Vide Sigonii Emendat. I.

II. *Quis desiderio]* O Musa Melpomene cui pater vocem liquidam dedit cum cithara, præcipe, id est, præmonstra, vel doce, cur quenquam puerat desiderio tam chari hominis affici? aut quis debeat esse filis ejus desiderio?

2 *Lugubres Cantus]* In antiquis libris *lugubris* legebatur. Purns putus Græcismus est, quem non adverterunt docti. *Melpomene lugubris cantus*, est quod Græci dicere, η τῶν γοερῶν ἀσμάτων Μελπομένη, cum intelligunt, θεό. Latini, quia articulum non exprimunt, obscuritatem vitare non possunt. *Melpomene lugubris cantus*, est, *lugubris cantus dea*. 'Quare, inquit, o Melpomene, quis tandem modus futurus sit Quintilium lugendi. Heinsius. *Lugubres cantus]* Querulos cantus, ad deplorandam Quintilii morte accommodatos.

3 *Cui liquidam, &c.]* Canoram, clamoram, suavem, non raucam. Macrob. vi. 3. Turneb. xxvi. 36. *Pater]* Jupiter, cuius filiae dicuntur Musæ ex Mnemosyne.

5 *Ergo]* Vox indignantis aut dolentis est. *Quintilium]* Nisi temporum ratio obstaret, crederem hunc Quintilium Varum fuisse, de quo supra Od. 18. Ergo alium fuisse necesse est, et eum quidem, ut arbitror, de quo Eusebius Chronic. Olymp. 189. his verbis: Quintilius Cremonensis, Virgilii et Horatii familiaris, moritur. *Torrent.* Turn. xxx. 28. *Perpetuus]* Perpetua mors occupat. [Schoenborn. 2. a m. sec. *perpetuus dolor.*]

6 *Justitiæ soror]* Egregie: est enim fides, justitiæ fundamentum, ut Cicero inquit, id est, dictorum conventionumque constantia ac veritas. Tum bene veritatem fidei et justitiæ adjungit, quarum nulla sine alia esse aut subsistere potest; Cicero Offic. lib. I.

7 *Incorrupta Fides]* Fides quæ ne-

que prece neque pretio corrumpitur. *Nudaque Veritas]* Veritas aperta, simplex ac sine fuso.

8 *Quando]* Raro aut nunquam.

9 *Occidit]* Mortuus est ille, multis bonis deplorandus.

10 *Nulli flebilior]* Anget quidem his verbis Virgili luctum, sed paulatim labitur ad consolationem. Cum enim omnibus moriendum sit, neque quisquam ab inferis revocetur, sapientem decet dolori modum pouere. *Torrent.* [O Virgili Guelph.]

11 *Tu frustra pius]* Monet cum Diis non esse pugnandum, ne pro pietate in amicum, sit impius in Deos, quorum nutu cecidit Quintilius, non revicturus unquam pro arbitratu hominis. *Cruq. Tu frustra pius]* Tu, quamvis pius es, in vanum poscis Deos, ut Quintilium ab inferis excitatum tibi restituant. *Creditum]* Non ita tibi concessum a Diis, ut nunquam moretur. Recte enim Lucret. lib. III. 'Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.' Precariam quippe vitam agimus, dantis arbitrio posituri.

13 *Quid si]* Evidem crediderim legendum, *Qui si Threicio, &c.* Propoter rō tu frustra pius, &c. Judget lector. *Cruq. Quod si Threicio]* Quod si tu blandius et delectabilis Threicio Orpheo moderere fidem, id est citharae chordam, auditam arboribus, id est, quam arbores audiebant et sequabantur; non redeat tamen sanguis vanæ imagini, id est, animæ incorporeæ, quam Mercenarius non lenis precibus (sed inexorabilis) ad revocandam fati necessitatem semel compulerit et congregaverit in animarum multititudinem, virga sua horrida, id est, caduceo; de quo vide supra Ode XII. Ad Orhei autem et Eurydices fabulam respicit, omnibus notam. [Quin si Bibl. Crit. 1820. II. 2. 581. *Thraicio* Guelph.]

[14 Schoenborn. 2. *mactare pro moderere, Guelph. fidem arboribus.*]

15 *Vanæ imagini]* Quid imaginem

vocet, optime intelliget, qui meminierit loci illius Virgiliani lib. vi. ‘Et nidocta comes tenuis sine corpore vi-tas Admoneat voltare cavæ sub ima-gine formæ.’ [Num...imagine? Schoen-horn. 2.]

17 *Non lenis*] Qui non est ea leni-tate, ut precibus fati nexus, et neces-sitatem resolut ac rescindat. *Lenis recludere*] Genus loquendi Græcum. *Lambinus. Fata recludere*] Id est, ea quæ fato seu divina voluntate semel statuta, et jam conclusa sint, revo-care ac dissolvere. *Torrent.*

19 *Durum*] Durum est talis amici mortem ferre. *Patientia*] Patiendo. Reete igitur Virgil. ‘Superanda om-nis fortuna ferendo est.’ Et Mimo-graphus: ‘Feras, non culpes, quod mantri non potest.’ [*Durum est!* codd. ap. Jaeck.]

20 *Nefas*] Non licet, vel, non est possibile, ἀδίνατον. [Schoenborn. 2. *nefas est. Guelph. Q. est corrigerne nefas.*]

**Ode xxv. Μεμπτική.** **Ad LYDIAM** jam vetulam. Insultat ei, quod jam vetula merito ab amatoribus spernatur.

1 *Parcius*] Rarius quam antea. *Junctas*] Quasi elansas.

2 *Ictibus*] Lapidum jactu. [Codex Græv. *Lactibūs crebris.*]

4 *Janua limen*] Janna tua clausa est, nec a limine recedit.

5 *Quæ prius*] Quæ quidem janua crebro olim aperiebatur. *Facileis mo-rebat*] Janua autem quo sæpius, eo facilius ac minore strepitu aperitur, cardine non ita renitente, sed facili ac obsequioso. *Torrent.*

6 *Audis minus*] Audis quotidie mi-nus et minus vocem amatoris exclusi, dicentis: O Lydia, dormis tu longas noctes, dum ego, qui tuus sum, per-eo?

7 *Me tuo longas, &c.*] Amantis verba inter gemitus et suspiria, quæ rari-us audiri dicit Horatius, corrupta metricalē per ætatem forma.

9 *Inicem mæchos*] Quos tu, inquit, florente ætate superba et arrogans amatores contempsisti, iidem te vetu-lam pari arrogantia ac fastu contem-nent; nec flens reperies, qui amare te velint. *Mæchos* igitur καταχρηστi-kas pro quibusvis amatoribus dixit. *Torrent.* *Inicem mæchos*] Tu levis annus et contempta, vicissim flebis arrogantes mœchos, in solo angipor-tu, id est, cum fueris sola in angi-portu derelicta ab amatoribus, Thra-cio vento bacchante magis sub inter-lunia. *Arrogantes*] Amatores te fasti-dientes.

10 *Levis*] Vilis, ac nullius pretii, utpote quæ de noctu in angiportu amatores quærat. *Solum quoque angiportum* vocat desertum et infre-quen-tem, ut Virg. Georg. iv. ‘Te solo in littore seemu, Te veniente die,’ &c. *Torrent.*

11 *Thracio bacchante*] Auget abjec-tissimi scorti vilitatem, quod nocte, et ea quidem frigida ac tempestuosa, nee ulla apparente luna, tam turpes, impellente libidine, conditions in angiportis sub diu quærit, et ægre invenit. *Turneb. xxvi. 36. Thracio bacchante*] Aquilone seu Boreæ et Thra-cia furenter flante. *Sub interlunia*] Paulo ante, vel, circiter interlunii tempus, quando sunt noctis tenebræ. Plinius vocat illud tempus ‘Lunæ si-lentium.’


[13 *Quoniam tibi* Guelph. *amor et cu-pido* Schoenborn. 2.]

14 *Quæ solet matres*] Quæ solet equas ad libidinis furorem concitare: hinc mulieres libidinosæ dicuntur a Græcis ἴππομανῆς, id est, *equæ furen-tes. Furiare*] Ad furorem et insaniam adigere. *Turneb. xix. 29.*

15 *Ulcerosum*] Circa jecur tunnū ul-ecribus madens, propter ardorem li-bidinis.

16 *Non sine questu*] Non sine que-rimonia; eo quod juvenes vetulis anteponunt puellas.

17 *Pubes edera, &c.*] Hic pullam





6B471A



LOS ANGELES  
THE LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LOS ANGELES THE LIBRARY OF  
THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LOS ANGELES THE LIBRARY OF  
THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LOS ANGELES THE LIBRARY OF  
THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LOS ANGELES THE LIBRARY OF  
THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LOS ANGELES THE LIBRARY OF  
THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LOS ANGELES THE LIBRARY OF  
THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LOS ANGELES THE LIBRARY OF  
THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

University of California, Los Angeles

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 835 1

L 007 184 237 1

